

Typis Fr. Frommann.

L. ANNAEI SENECAE

OPERA.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT DISPUTATIONES
ET INDICEM ADDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

VOLUMEN PRIMUM
CONTINET EPISTULAS MORALES.

LIPSIAE
SUPMTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.
MDCCCXLII.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

EPISTULARUM MORALIUM

LIBRI XX.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

LIPSIAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.

MDCCCXLII.

FREDERICO HAASE

ERNESTO GRUBITZ

AMICIS CARISSIMIS

DEDICAVIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

PRAEFATIO.

Iam in publicum emitto primum volumen editionis Senecae ante triennium fere promissae: quam quomodo comparatam voluerim, cum pluribus describitur in Prolegomenis meis (Lipsiae 1839), tum paucis hic adumbrare libet. Cum enim vidissem in tanta librorum mstorum copia Senecae opera parum adhuc emendata ferri virosque maiorum aetate doctos (quorum gloriam ego profecto non sum qui detractem) satius saepe duxisse sua Senecae commenta ingerere quam veras scripturas ex antiquis libris repetere: illius scripta ad codices tam impressos quam mstos ita recensere institui, ut antiquissimos et probatissimos quasi duces sequerer nec, nisi necessarium visum esset, ad deteriores deflecterem. hi omnino negligendi non erant: nam aliquando genuinam scripturam referunt, sive quodam casu servatam, sive felici divinatione restitutam. Raro ad aliorum coniecturas confugi, rarius etiam meas recepi. Itaque factum est, ut saepe scripturam elegantiorem, quam vocant, repudiarem non immemor omnium nationum scriptores vel elegantissimos aliquando minus eleganter scripsisse, sive casu peccaverunt, sive consulto. Idem in Senecam cadere praeter totam eius orationem probant ii loci, in quibus spernere se elegantiam et nitorem ipse profitetur (cf. Ep. 75, 1. 115, 1. al.). Scripturas

librorum partim ab aliis partim a me ipso excerptas subieci additis etiam virorum doctorum coniecturis, ut probaretur contextus, aut amplius posset emendari. Hos commentarios quam copiosissimos feci, tales tantum ad rem criticam utiles esse ratus: ideoque singulos libros, quos ipse excussi, accurate notavi. de ceteris plura dare quam acceperam non potui et invitus saepe scripsi *plerique* ϱϱ (codd. Romani), *antiquiores* ϱϱ, alia, quemadmodum Sanctolonius annotaverat. Cum libros a me ipso perlectos non nominatim commemoravi, puta eos consentire cum scriptura a me recepta: de reliquis nihil affirmo. Proposui igitur non ea tantum, quae in meum usum sunt collata, sed alia quoque a Pinciano, Grutero, Opsopoeo, aliis olim observata. quibus congestis ne nimis cresceret opus (quatuor enim voluminibus ex pacto est absolvendum), notis usus sum et signis commodis, ut opinor: ipse vero pauca tantum disserui, cum praesertim in indice atque in disputationibus de Senecae philosophandi et scribendi ratione eadem tractandi foret locus. Neque vereor, ne crimini hoc mihi vertant viri docti, quod calamo temperavi, si meminerint non tironibus me laborasse, sed ipsis qui ea, quae proferre supersedi, bene atque melius etiam callerent. Certe facili opera multa potui laudare de rebus grammaticis, philosophicis, aliis, quae omnibus eruditis prompta sunt: faciliore etiam ex Senecae libris congerere similes locos, cum praeter ea, quae ipse per tot annos collegi, in libris meis sit ingens Grauwii index mstus. Quantum ad artem criticam bene exercendam conferat errorum, qui a librariis solent committi, diligens observatio, satis constat: idcirco eorum quoque indicem adiecturus interim, ubi commodum esse videbatur, praeter ceteros laudavi Drakenborchii commentarios Livianos. Diversum verborum ordinem iis tantum locis notavi, qui alias quoque erant corrupti: quem si ubique voluissem referre, unum alterumve volumen erat adiiciendum. Hoc tamen affirmo me

optimos libros esse imitatum inter se plerumque consentientes. Eosdem sum secutus in scribendis vocibus, ita tamen, ut rationem haberem inscriptionum illius aetatis, nec non consulerem grammaticos veteres. Horum tamen auctoritati cave ne nimium tribuas, ut qui saepe inter se atque a membranis lapidibusque dissentiant: immo quae illi damnant, simul docent usitata fuisse. Nec scriptorem veterem edituro id spectandum est, quomodo ex sua quodque origine sit vocabulum scribendum, sed quae fuerit scriptoris consuetudo. Hac de re copiosius sum acturus singulari disputatione volumini quarto inserenda: eandem enim operam omnibus scriptoribus antiquis navandam esse puto, quam nuper in Virgilio egregie posuit G. P. E. Wagner v. cl. (P. Virgil. Maro. vol. V. Lips. 1841). In distinguendis sententiis verbisque id curavi, ne maiore signorum numero dilaceraretur potius oratio quam interpungeretur: si tamen non ubique constantem sibi deprehenderis rationem meam, in huius rei difficultate causam esse positam arbitraberis. Quod ab *) *Epistulis Moralibus* initium feci contra vulgatam consuetudinem, gravissimae sunt suavissimaeque et iam olim ante reliqua Senecae opera formis exscriptae: atque suppetebant etiam praeter contextum a Schweighaeusero multis locis correctum auxilia plura et praestantiora quam in ceteris scriptis. Schweighaeuserum igitur secutus ab initio libri ea tantum indicavi, quibus haec editio ab illa discrepat: mox tamen commodius hoc esse arbitratus eam ubique laudavi. Tanta autem sunt Schweighaeuseri in Senecam merita, tanta mea in virum egregium pietas, ut non minore

*) Hunc titulum iam Schweigh. restituit, praeterquam quod scripsit *Epistolae* contra vetustissimos libros Argentor., Bamberg., Pariss.: legitur enim apud Gellium N. A. XII, 2. et in codd. Argent., Bamberg., Rehdig. r, Erlang., nec multum differunt Par. 8658. et Norimb., quorum hic vocat *epistolas litterarum moralium*, ille *Litteras Morales*. Alius Paris. (St. Germ. 1429.) dicit *Librum Moralium*.

gaudio perfunderer, quotiescunque eius scripturam firmare potui meorum librorum auctoritate, quam cum meliorem hi obtulerunt: quod quidem non raro factum esse intelliges. Eadem erga Schweighaeuserum pietas prohibuit, quo minus in dubiis locis ab eo discederem et darem aeque probabilia nec tamen certiora. Singulis epistolis cum Schweighaeusero praescripsi *Seneca Lucilio suo salutem,* subieci *Vale:* hoc enim in libris mstis omnibus (excipe unum T) et in impressis ante Muretum legitur, illud habent antiquissimi B Pp Sa, ad quos aliquando accedunt G et Erl. In iisdem libris antiquissimis epistolae numeris non signantur: quamobrem rectius scribebatur [*Epistula I.*]. Denique *Epistulas* in*) libros distribuere sum conatus: attamen cum vetustissimi codd. Pp, quibus maximam fidem habeo, post librum VIII. me deficerent nec ante XIV. succurrerent B Sa, malui rem imperfectam relinquere quam temere aliquid moliri. Recentiores enim, cum alioquin discreparent ab antiquis, in subsidium advocandi non videbantur. Illam autem librorum distinctionem ab ipso Seneca esse factam cum verisimile est ex consuetudine Romanorum (Ciceronis, Plinii, Symmachi), tum docet Gellius, qui (N. A. XII, 2.) laudat *librum vicesimum secundum Epistolarum Moralium*, et probant msti, quorum alii omnes epistolas in libros digerunt, alii paucos tantum libros denotant: quamvis non desint codices, in quibus nulla librorum distinctio reperiatur. Si numerum librorum quaeris, XX sunt superstites, quod apparet ex B Sa R: **) plures olim fuisse docet locus Gellii modo laudatus. nam quae ille ex libro vice-

---

*) De hac re doctissime disputavit Ludovicus de Ian in Symbolis p. 8 sqq. cf. Diar. Litt. Hal. a. 1840. n. 159. p. 53 sq. Primus librorum divisionem sustulit Muretus, qui eam *antiqui nullius codicis auctoritate ac testimonio niti* male contendit in Scholiis ad Sen. Epp. in.

**) Quae nunc feruntur epistolae, in tria volumina antiquitus solebant distribui, ut primum contineret Ep. 1 — 52., secundum Ep. 53 — 88., ter-

simo secundo profert, nunc apud Senecam non leguntur. Ille autem Gellii locus adduxit quosdam librarios, ut ex XX libris facerent XXII: alii, quo pleniora viderentur exemplaria, exhibuerunt etiam XXV. Quod in quibusdam codd. (Aw TSbc Parr. 8539. 8615. Sorbb. 1586. 354. St. Germ. 1429. 𝔄) libri omnino non significantur, duas causas subesse puto: librarii, cum in aliis exemplaribus aliam librorum distinctionem invenissent, tutius duxerunt eam prorsus omittere quam falsam recipere. deinde librorum initia et fines rubro notabantur post absolutam contextus scriptionem nec ab iisdem semper, a quibus ille erat exaratus, quod demonstrant litterarum ductus. Apparet autem id facile aut omnino potuisse omitti aut certe in iis locis, ubi minus spatii esset relictum. Idem valet de*) salutationis formula. Subiungo tabulam, in qua conspiciuntur librorum initia notatis iis epistolis, a quibus incipiunt. Codicum mstorum impressorumque eadem sunt signa, quibus alibi utor, praeter V et *v*, quorum hoc significat cod. Vindobon. CCI. (secundum Endlicheri rationem), illud cod. Vindobon. CC., cum quo consentire dicitur eiusdem bibliothecae cod. CCII. sR indicat summaria codici R adiecta: ea laudavi tantum, ubi cum ipso codice discordant, in quo libri noni finis decimique initium non cernuntur. utrumque supplendum esse ante Ep. 71. colligo inde, quod ea una omnium caret argumento, quod dicunt. Uncos circumdedi, si in quo codice initium libri non significatur, sed divinatur tantum.

---

tium Ep. 89—124. (primum et secundum saepe sunt coniuncta): hinc recte colligitur quartum volumen integrum deperisse.

*) Exturbata est ea etiam a summariis, quae multi codd. (non antiquissimi) singulis epistolis praefigunt.

Initium libri II.	Initium libri III.	Initium libri IV.
Rυ𝔑 (𝔅) 𝔈1. — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 13. r P2. = Ep. 14. GsRV Herb. P3. 4. Col. = Ep. 12. Erl. = Ep. 9.	p R e Erl. = Ep. 22. r = Ep. 23. GV (Herb.) P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 20. υ = Ep. 21.	pe Erl. υ = Ep. 30. R = Ep. 31. r P2. = Ep. 33. G Herb. P 1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 29. V = Ep. 28.
Initium libri V.	**Initium libri VI.**	**Initium libri VII.**
(P) p Erl. = Ep. 42. R = Ep. 46. r = Ep. 44. GV Herb. 𝔑 — 𝔅 (𝔈 1. 2.) 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 36. υ = Ep. 37.	P(p) R = Ep. 53. r = Ep. 55. GV Herb. 𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 45. Erl. = Ep. 50. υ = Ep. 46.	(P) p = Ep. 63. R = Ep. 59. r = Ep. 60. GV 𝔑 — 𝔊𝔍𝔲 = Ep. 51. Herb. = Ep. 52. Erl. = Ep. 58. υ = Ep. 53.
Initium libri VIII.	**Initium libri IX.**	**Initium libri X.**
p = Ep. 70. R = Ep. 66. r = Ep. 67. GV Herb. 𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 58. Erl. = Ep. 63. υ = Ep. 59.	Rυ = Ep. 69. r = Ep. 72. GV Herb. 𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 66. Erl. = Ep. 70.	(R) = Ep. 71. sR = Ep. 72. r = Ep. 77. GV Herb. 𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 70. Erl. = Ep. 75. υ = Ep. 73.
Initium libri XI.	**Initium libri XII.**	**Initium libri XIII.**
R 𝔑 𝔈1. — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 77. r = Ep. 82. GV Herb. 𝔅 = Ep. 73. υ = Ep. 79.	R 𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 83. r = Ep. 86. GV Herb. = Ep. 77. υ = Ep. 85.	R𝔑 — 𝔊 𝔍𝔲 = Ep. 86. G Herb. = Ep. 80. V = Ep. 81. υ = Ep. 88.

Initium libri XIV.	Initium libri XV.	Initium libri XVI.
BSa R 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 89. sR = Ep. 90. G Herb. = Ep. 83. V = Ep. 84. 𝔳 = Ep. 91.	B Sa R = Ep. 93. G Herb. = Ep. 86. 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 95. V = Ep. 87. 𝔳 = Ep. 97.	B Sa R 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 96. G Herb. = Ep. 88. V = Ep. 90. 𝔳 = Ep. 99.
Initium libri XVII.	Initium libri XVIII.	Initium libri XIX.
B Sa R 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 101. G Herb. = Ep. 93. V = Ep. 94. 𝔳 = Ep. 103.	(B) Sa 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 104. R = Ep. 107. G Herb. = Ep. 96. V = Ep. 97. 𝔳 = Ep. 106.	B Sa = Ep. 110. R = Ep. 114. G Herb. = Ep. 101. V = Ep. 102. 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 108. 𝔳 = Ep. 109.
Initium libri XX.	Initium libri XXI.	Initium libri XXII.
B Sa = Ep. 118. R = Ep. 120. sR = Ep. 119. G Herb. = Ep. 107. V = Ep. 108. 𝔑 — 𝔗 = Ep. 108. 𝔙 — 𝔊 𝔍u = Ep. 113. 𝔳 = Ep. 111.	G Herb. = Ep. 110. V = Ep. 111. 𝔑 — 𝔗 = Ep. 113. 𝔳 𝔙 — 𝔊 𝔍u = Ep. 115.	G Herb. = Ep. 118. V = Ep. 119. 𝔑 — 𝔗 = Ep. 115. 𝔙 — 𝔊 𝔍u = Ep. 120. 𝔳 = Ep. 117.
Initium libri XXIII.	Initium libri XXIV.	Initium libri XXV.
𝔑 — 𝔗 = Ep. 118. 𝔳 = Ep. 120.	𝔑 — 𝔗 = Ep. 120. 𝔳 = Ep. 122.	𝔑𝔑 = Epp. 122. 𝔳 = Ep. 124. (i. e. 123. nam V𝔳 Epistola 48 in duas divisa numerant Epll. 125).

Iam describendi sunt*) libri, quibus usus sum in Epistulis Moralibus.

A. CODICES MANUSCRIPTI.

I. Ab superioribus usurpati.

1. Codices Erasmi. (*L. Annaei Senecae Opera — per Des. Erasmum Rot. — Basileae* 1529. ib. 1537. ib. s. a. *Lugduni* 1555. al.)

Ad primam Senecae editionem (*Basil.* 1515.) Erasmus duo libros mstos adhibuit, alterum Gulielmi Archiepiscopi Cantuariensis, alterum Collegii Cantabrigiensis: *sed mutili fuerunt atque vulgatis etiam exemplaribus mendosiores.* Illa editio in marginibus tantum habet aliquot varias scripturas libris non significatis. In praefatione secundae editionis scribit se usum esse *optimorum codd. praesidio inter quos aliquot mirae vetustatis:* atque in appendice annotationum adiicit exemplar e Brabantia ad se allatum esse, cum epistolarum opus iam aliqua ex parte esset excusum, ex eo se restituisse, si qua prius fefellissent. Rarior tamen est tam in scholiis quam in appendice mstorum mentio: neque aliter eos laudat nisi *cod. vetustus, cod. vetustissimus, exemplar felicius, cod. quidam, alius codex* etc. praeter unum locum, ubi citat *exemplar Britannicum*, ut de illorum codicum virtutibus aut vitiis iudicium ferre non liceat.

2. Codices Pinciani. (*Fernandi Pinciani — Castigationes utilissimae Venetiis* 1536. *Opera L. Annaei Senecae — per Des. Erasmum Rot. — Basil.* s. a. et typ. n. *L. Annaei Senecae Phil. Scripta — Paris.* 1598. ib. 1602.)

In praefatione ad Ioannem Taveram Archiepiscopum Toletanum Pincianus ait se usum esse quindecim libris mstis et pluribus summa industria et labore hinc inde conquisitis, in ipsis autem Castigationibus nomina haec tantum profert: a) *exemplar Franciscanum* (*cod. coenobii d. Francisci Salmentic.*), quod ipse praedicat *antiquissimum et emendatissimum ac plane venerandae fidei.* Hic librorum Pinciani facile est optimus. b) *exemplar Facundi et Primitivi* (*ex. divorum Fac. et Primit. correctissimum*): bonus liber videtur fuisse, sed deterior illo. c) *exemplar divae Mariae* (*ex. divae Mariae Salment., ex. bibliothecae d. Mariae Salm.*): rarius laudatur, quam ut possit diiudicari. d) *exemplar Pincianum* (nomen habet a *Pincia*, quae hodie dicitur *Valladolid:* alibi appellatur *ex. divi Pauli Pinciani* vel *d. Pauli*): admodum raro laudatur. e) *exemplar familiare* sive *domesticum* (*Gallicana manu scriptum, Gallicanum meum, Gallicana littera scriptum, ex. Gallicanae litterae, quo utor familiariter*): hic codex et proximus, qui saepius ceteris citantur, melioris notae non sunt. f) *exemplar scholasticum* (*ex. scholarum, ex. scholarum*

*) De libris tam impressis quam mstis copiosius disputavi in Prolegomenis cap. II. et III.

Salmenticensium. idem videtur esse, quod alibi dicitur *ex. academiae Salmentic.*, *ex. gymnasii Salment.*): plerumque concordat cum Sc et X. Multo saepius nomina librorum reticet atque *vetus lectio*, ait, aut *correctiora exemplaria*, *emendatiores codd.*, *castigatissimi codd.*, *sunt codices*, *qui*, aliter. Aliquando autem sua commenta sub veteris lectionis nomine Pincianum protulisse suspicor. Pinciani Castigationibus usi sunt Curio, Muretus, Gruterus, Lipsius, Gronovius, Ruhkopfius, Schweighaeuserus.

3. Codices Modii. (*Francisci ModI Brug. Novantiquae Lectiones — Francofurti* 1584. in Gruteri Lampad. tom. V.)

Modius per Posthium Archiatrum Wirzeburg. duos Epistolarum 88 priorum [ultra enim non laudantur] codices acceperat, alterum *Dominicanorum* (*Praedicatorum*) *Wirzeburgensium*, alterum *abbatis* (*abbatiae*) *St. Stephani Wirzeb.*, quorum neuter hodie exstat Herbipoli. Ex iis ille in singulos Epistolarum locos non raro bonam scripturam protulit, quae commendata per Gruterum a Lipsio, Gronovio, Schweighaeusero maiore ex parte recepta est. Loci Novantiquarum Lectionum, in quibus Senecae Epistolae emendantur, hi sunt: Ep. 2. 21. 36. 58. 70. 109. 116. 120. 123. 127. 130. 132. 133.

4. Codices Mureti. (*L. Annaeus Seneca a M. Antonio Mureto correctus et notis illustratus. Romae* 1585. Mureti scholia in Senecam saepe sunt excusa sicut in editionibus Commelinianis a. 1593. 1603. Paris. 1598. 1602. in Mureti Operibus ed. Ruhnk. tom. III. al.)

In Mureti scholiis laudantur *vetus liber meus*, *vetus liber*, *liber Siculus*, qui quanti sint aestimandi, ego quidem non dixerim, cum pauca tantum ex iis protulerit Muretus.

5. Codices Opsopoei. (*L. Annaei Senecae Phil. — Opera — Paris* 1587. *L. Annaei Senecae Scripta — Paris.* 1598. ib. 1602. al.)

Quatuor sunt: a) *Puteanus optimus* (nunc in bibliotheca Paris. numero 8539. signatus), b) *Puteanus alter* (uterque Claudii Puteani), c) *Nicotianus* (Io. Nicotii), d) *Ambianensis* (bibliothecae Ambianensis), quorum nullus ultra Ep. 88. continuatur. Omnes sunt inter libros meliores, sed ceteris praestantior *Nicotianus*, ad quem prope accedit *Puteanus optimus*. Scripturis horum librorum ab Opsopoeo iusto rarius laudatis bene usus est Schweighaeuserus.

6. Codex Iureti. (*L. Annaei Senecae Phil. Scripta — Parisiis* 1598. ib. 1602.)

Continet Ep. 1—52. 63—88., quod colligo ex scripturis commemoratis: hac Epistolarum 53—62. defectione et singulis scripturis simillimus est Argentoratensi b. Eas huius libri scripturas, quas in commentariis praetermisi, hic propono. Ep. 2, 3. *distringit*, supra lineam *distrahit.* 7, 4. *Interfectores interfecturis.* ib. 5. *excutere morem suum.* ib. 7. *cum his conversare.* ib. 8. *Sed ne soli mihi hodie profecerim.* ib. 9. *et quid habes.* 8, 6. *hodierno legi* om. *die.* ibid. — *ut me* ante *interroges.* 9, 6. *si ad nihil aliud ad hoc ut*

exerceat. ib. 18. — *poetam* ante *comicum.* 11, 3. *subitus affunditur.* 12, 3. *Philosii villici filius.* ib. 10. + *in vita teneri potest invitus.* 13, 3. *subsiluisti.* ib. 4. *aut fingimus aut praeripimus.* ib. 9. *Inquiramus itaque in rem.* ib. 14. *Socratem confecit.* 14, 14. *Denique consilium.* ib. 15. — *stipe* ante *inplebo.* 15, 7. *mediatoris sui temperamentum.* 18, 5. *Grabatus ille vilis sit.* ib. 7. *ille magister voluptaris.* ib. 9. *animi fortitudo.* ibid. *sequi horum similitudinem.* ib. 11. *solida non recipiunt.* 19, 3. *penitus recondaris.* 20, 4. *sapientiae veteris.* ib. 10. *nisi apparuerit aliquem.* ibid. *tamquam meliora, sed praeparari tamquam facilia* om. *ad.* 21, 3. *Idiomeneo* „et ita semper nominat.“ ib. 6. *alienae potentiae fuerunt.* ibid. *in epistolam magnum venerit.* ib. 10. *bene accepturus es.* 23, 1. *ad summam.* ib. 3. *meditari de dolorum patientia.* 24, 11. *adeo mors timenda est* om. *non.* ib. 17. *nec Titii viscera.* ib. 20. *veritati commendas verba.* 28, 5. *magno animo eluctantur.* 29, 7. *intermittent.* 30, 2. *iunctura diducitur.* ibid. *deficiatur.* 31, 8. *Non per Paeninum.* 33, 1. *quia insuspectatae, quia mirum est.* ib. 2. *nihil inventurum cum intervenerit.* ib. 8. *ad exemplar pendere.* ib. 9. *commodatur.* 34, 1. *reliqueras supertegeras.* 35, 4. *ille ne commovetur quidem.* 36, 4. *ridiculosa res est.* ib. 8. *nec enim opus esset.* ib. 10. *et in rerum natura ex qua.* 37, 1. *sacramento rogatus es.* 39, 1. *profutura sit ratio.* 40, 1. *memoriam revocant.* 41, 1. *ad aurem simulacri.* ib. 6. *aurata iuba mittitur.* ib. 8. *alter alterni trudimus.* Iur. ci. *alterni trudimus* om. *alter.* 45, 2. *transnassem.* ib. 3. *emancipavi.* 47, 12. *patrem familias.* ib. 17. *iram evocet.* 48, 4. *ex istu scientia.* ib. 6. *lusoria ista componis.* ib. 10. *praestringat oculos.* Ep. 49, 11. *se mors tantum prope ostendit.* 50, 2. *domum tenebricosam.* 51, 12. *in Ienica Catonis.* ib. 13. *quos Pstilistas Aegyptii.* 66, 19. *et quae per lata procedit et quae per stricta.* ib. 24. *quam districtam et operosam.* ib. 26. *Quorsus haec.* ib. 40. *transfixos aut exanimatos serpentium.* ib. 48. *Ego condubitem.* 67, 13. *non thure nec sertis.* 69, 4. *ad perfectum perducit.* ibid. *Interest nihil illa ad nos* sine *an.* 70, 5. *bene mori an male.* ib. 8. *frequentibus exsequiis.* ib. 15. *qui excitet dies.* ib. 18. *quam studiose mori.* 71, 1. + *sub manu quoque, sub manu quod aiunt.* ib. 6. *qui animum demittunt et convertunt.* ib. 7. *quisque volet tibi contumeliam faciat.* ib. 15. *si naturae remiscebitur.* ib. 28. *et tremebit sapiens.* probat Iuretus. cf. Nonius Marcellus c. 10. *De mutatis coniugationibus.* ib. 29. *procurrerent.* ib. 31. *rediget ad liquidum.* 72, 2. *incisione scribere.* 74, 6. + *Hanc enim imaginem.* ib. 11. *Natat omne consilium.* ibid. *sistat voluntas nostra.* ibid. *ultra summam non est locus.* ib. 13. *quae pro primis vulgus optat.* ibid. *et relatio gratiae, si timetur labor.* ib. 16. *in animo contineamus.* ibid. *ad pessimam.* 76, 4. *contemnendus est ipse contemptus.* ib. 11. *quam specioso incumbat lecto.* ib. 20. *Omnia enim relinquis.* ib. 22. *ducit aut vocat.*

77, 8. *lenis dissolutio non e x perta.* ib. 17. *Nestoris et S a t i a e.* 82, 12. *quod non habuit e d ecus.* ib. 25. *ne P y t h i o quidem.* probat Iuretus. 83, 6. *et quasi inter i u n go.* 85, 1. *ad trad u c tionem nostram.* 86, 5. *qui sic l a u d a r i sustineat.* ib. 16. + *e t milium serentes.* ib. 17. *pa- r i t autem arboris.* ib. 19. *habemus pluviam in nostra t e m p e state.* 87, 8. *cursores Numidas* om. *et.* ib. 17. *T h molus.* 88, 15. *per prae- c e pt u m euntem.* ib. 26. *Non magis quam simplicitatem a c modera- tionem ac modestiam, non magis quam.* ib. 34. *n e c sciam quid igno- rem* siue interrogatione.

7. Codices Gruteri. (*L. Annaeus Seneca a M. Antonio Mureto correctus — ex Typographeio Hier. Commelini* 1593. ib. 1603. *apud Io. Le Preux* (Lugd.) 1595.)

In Epistolis Gruterus diligenter contulit quatuor codd. *Palatinos* (P1. 2. 3. 4. nostri δελx sunt, vel in bibliotheca Vaticana Pal. 1538. 1539. 1542. 1541.) et in Ep. 88., quae in P1. non legebatur, *Palatinum quintum:* contulit etiam librum *Coloniensem* (Col.), a Fratribus Minoribus Colonia transmissum. Ex his P1. congruit fere cum nostro G, P3. cum R, nec raro P4., qui alicubi ceteris est melior, eandem scripturam habet atque P1. et G. P2. a viris doctis plerumque optimus habetur librorum Gruterianorum, nec tamen raro concinit cum codicibus recentioribus et interpolatis: ex nostris ei simillimus est r. *Coloniensis* certe non est deterior. Gruteri opera usi sunt Lipsius, Gronovius, Ruhkopfius, Schweighaeuserus.

8. Codex Lipsii. (*L. Annaei Senecae Phil. Opera — a Iusto Lipsio emendata et Scholiis illustrata. Antverp.* 1605. 1615. 1652.)

Eius scripturas rarius proposuit Lipsius: sed apparet librum corruptum fuisse et interpolatum.

9. Codices Dalechampii. (*L. Annaei Senecae Phil. et M. Annaei Senecae Rhet. Opera — A I. Dalechampio castigata. A. The. de Iuges recognita.* (*Aureliae*) 1628. al. 1627.)

Quae Dalechampius in utrumque Senecam ex mstis excerpserat et aliunde collegerat, post ipsius mortem delata sunt ad Theodorum de Iuges: is edidit in libro modo laudato adeo negligenter, ut confidere ei noluerim et raro laudaverim scripturas in illius editionis marginibus propositas. Commemorantur per totum Epistolarum opus a) *cod. Scaligeri* (noster G) b) *vetus meus* c) *Troncianus* d) *vetus cod. Romanus* e) *cod. Germanicus* (*excusus Tamisii* 1568. fortasse est 𝔗): in Epistolis 88 prioribus f) *cod. Verderianus*, g) *Chifflerianus*, h) *cod. St. Stephani* (idem, quo usus erat Modius) i) *cod. tristilus* (*tribus columnis exaratus*) k) *alter Scaligeri. Cod. St. Stephani* (et *cod. Dominicanorum Herbipoll.*, cuius tamen scripturam laudatam nusquam invenio) et *Germanicum* procuraverat Ioachimus Norimbergensis medicus nobilis.

10. Codices Gronovii. (*Io. Frd. Gronovii ad L. et M. Annaeos Senecas Notae. Lugd. Bat.* 1649. ib. 1658.)

Ad priorem editionem contulit a) Epistolarum codicem, quem *Gru-*

terus olim possederat, nec tamen laudaverat: ad alteram b) *Erfurtensem*, I. G. Graevii opera impetratum, (quem frustra quaesivi Erfordiae et Berolini: non enim est A noster) et c) *cod. Nic. Heinsii.* Horum neutrum plures quam 88 priores epistolas habuisse ex Gronovii notis constat. Praeterea Alb. Rubenius miserat excerpta ex mstis d) *Bruxellensibus duobus*, e) *Torrentiano*, f) *Leodiensi*, g) *Cambronensi*, h) *Insulano. Membranae nostrae,* quas passim laudat, videntur codicem olim Gruterianum significare. Libri Gronoviani cum melioribus facere solent: certum tamen de singulis iudicium propter raram eorum commemorationem non facile quisquam protulerit.

11. Codices Ruhkopfii. (*L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia — recognovit et illustravit Fr. Ern. Ruhkopf. vol.* 2. *Lipsiae* 1800. *vol.* 3. ib. 1805.)

Ruhkopfius acceperat a Friderico Christ. Matthiae collationem a) *codicis Amploniani*, de quo inter nostros libros dicturi sumus, ab Harlessio autem collationes b) *codicis Norimbergensis* et c) *Erfordiensis,* diversi ab Amploniano (hunc quoque frustra quaesivi). Libros *Norimbergensem* et *Erfordiensem* conspirasse ait cum Gruterianis nec in locis dubiis aut corruptis quidquam auxilii praebuisse quippe e codice recentiore descriptos. Paucas tantum horum librorum scripturas profert Ruhkopfius. Passim etiam laudat d) *cod. Erlangensem*, cuius scripturas, ut opinor, idem Harlessius suppeditaverat.

12. Codices Schweighaeuseri. (*L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia — vol.* 4. *Argent.* 1809.)

a) Sa (*Arg. a*, *ms. a*, *a* apud ipsum Swum) membr. sec. IX. 4. foll. 132. col. 1. (linn. 21 et 22.) continebat olim tertium Epistolarum volumen i. e. Ep. 89—124. lib. XIV—XX.: sed cum primus fasciculus membranarum perditus esset (Ep. 89—90, 7. *nos magnis multisque conqui*), in eius locum substitutus est fasciculus primus voluminis primi (Senecae et Pauli Epistolae, Senecae ad Lucilium Ep. 1—3, 5. *alterum tutius. Sic utrosque*). Finis hic est: L. ANNAEI SENECAE AD LUCIUM [sic hoc uno loco] EPISTULAR. EXPLICIT LIB. XX. Simillimus est nostro B (i. e. Bambergensi). *b*) Sb (*Arg. b.*, *ms. b.*) membr. sec. XI. vel XII. 4. min. foll. 146. col. 1. linn. 21. *luculenta scriptura, ad Gothicam quidem quae vocatur leviter inclinans.* Continebat olim Ep. 1—52. 63—88: sed Schweighaeuseri aetate, cum perdita esset aliqua foliorum pars, inerant tantum Ep. 1—44, 4. *alternata series. Non facit nobilem.* Ep. 52, 10. *statim illis et loqui et laudare licuisse?* usque ad finem eiusdem epistolae (exciderunt fasciculus XI. et XII., folia XVI). Ep. 63—81, 20. *summa infelicitas urget.* Liber, qui habet salutationis formulam et *Vale*, inter meliores est habendus et plerumque concordat cum cod. Iur. et Norimb. cf. quae infra de eodem inter meos libros dicta sunt. *c*) Sc (*Arg. c ms. c*) chart. sec. XIV. aut XV. in. foll. 189. forma est maxima, scriptura elegans. continet Ep. 1—124., quae habent *Vale*, carent salutationis

formula: sed eius loco cuique epistolae praemissum est breve quoddam argumentum. Multa habet scholia cum breviora inter lineas tum longiora in oris. Non paucis quidem locis scriptura est corrupta, alibi tamen bona et sincera et saepe eadem atque in Pinc. ex. schol. et 𝔛. (Codices modo laudati hodie quoque exstant in bibliotheca Argentoratensi his signis notati: Sa = C. VI. 5. Sb = C. VI. 17. Sc = D. II. 5.) *d*) Pr. a (*Par. a.* bibliothecae regiae n. 8615.). *e*) Pr. b (*Par. b.* bibl. regiae n. 8539.). *f*) Pr.d (*Par. d.* Palat. 1546. Heidelberga Romam, Roma Parisios delatus: nunc in bibliothecam Heidelb. restitutus). Hos codices cum editione Bip. 1. (𝔅 1.) Parisiis contulit Car. Frid. Tim. Emmerich in Ep. 1—32. et parte Ep. 33., deinde in Ep. 60—88. In Parisinis ipse supplevi Emmerici collationem, Palatinum integrum contulit Sanctolouius: quamobrem legas, quae de tribus his codicibus suis locis annotavi. Etiam ex *cod. Amploniano* quatuor priorum epistolarum excerpta ad Schweighaeuserum miserat Fr. Chr. Matthiae.

13. Codices Iani. (*D. Ludovici Iani, Gymn. Suevofurt. Prof., Acad. Reg. Monac. Adscr., Symbolae ad notitiam codicum atque emendationem epistolarum L. Annaei Senecae. Suevofurti* 1839 [Francofurti ad Moenum apud Wetzstein].)

a) B i. e. Bambergensis vetustissimus, de quo infra ago. *b*) Norimb. (N apud Ianum. in bibliotheca Norimbergensi signatus 20. V. C.) sec. XIII. vel XIV. membr. formae maximae foll. 56. coll. 2. linn. 46. continet praeter Hieronymi de Seneca testimonium et spurias Senecae ac Pauli Epistolas et Epitaphium Senecae Ep. 1—52. 63—88. quae nec in libros sunt distributae nec nisi a recentiore manu numeris notatae: habent *Vale*. Epistolis ad Lucilium praemissa sunt haec: *Incipiunt epl'e Lucii annei Senece litterarum moralium ad Lucilium*, subiecta: *Expliciunt epl'e Lucii Annei Senece Literar. moralium ad Lucilium.* Conveniunt scripturae cum cod. Iureti et Arg. b. *c*) Erl. (E. in bibliotheca Erlangensi notatus 34. Cc. III. 9. idem est ac noster e.) sec. XIV. vel XV. chart. maximae formae. paeter alia continet in fol. 9—125. *Epistolas morales ad Lucilium* subscriptis his verbis: *Explicit liber annei Senece moralium epl'ar.* Codex aliquot locis mutilus iu Germania, ut videtur, exaratus est a librariis compluribus, qui duodena fere folia scripserunt. Habet usque ad Ep. 34. salutationis formulam et *Vale*, in reliquis *Vale* tantum. Epistolas partim in libros distribuit, de qua re supra scripsi. Licet recentior sit liber et perversam saepe habeat scripturam, plerumque tamen concinit cum B et Sa atque eiusdem familiae est habendus. *d*) Herb. (H. in bibliotheca Herbipolitana Mch. f. 59.) chart., formae maximae ab aliis atque aliis librariis neque eodem tempore exaratus. praeter alia continet Senecae Ep. 1—87. 89 (quae in duas est divisa) — 124. scriptas sec. XIV. in foliis 133 lineis indivisis, quarum numerus sibi non constat. Epistolae iu XXII libros divisae sunt et numeris notatae: salutationis formulam non habent, sed eius loco summaria eadem fere atque 𝔛 praeferunt. *Vale* plerumque est subiectum. Codex hic deterior cum neutro Modianorum convenit, nisi quod ea, quae intra lineas leguntur, con-

gruunt saepe cum scripturis ex cod. Dominicanorum laudatis: non tamen ita dissimilis est nostri G. *e*) *cod. Aldersbacensis* (asservatur in bibliotheca Monacensi) sec. XIII. membr. Fol. continet Ep. 1 — 10. His libris adiutus Ludovicus de Ian v. cl. non paucos Epistolarum locos bene correxit.

II. Codices ad hanc editionem aut primum aut denuo excussi.

(Qui in Prolegomenis non sunt descripti, eos hic stellae signo notavi.)

1. Codices Germanici.

a) A (*Amplonianus.* bibliothecae Amplonianae, quae Erfordiae est) membr. sec. XII. 4. foll. 110., col. 1, linn. 21. Liber accurate et nitide scriptus habet praeter Hieronymi locum de Seneca ac Senecae et Pauli Epistolas suppositas Ep. 1 — 52. de Clem. I, 1 — 18, 2. *est aliquid quod in hominem.* Non optimos quidem aequat, sed certe inter meliores est referendus. cf. de eo Ruhk. vol. I. praef. p. X. (Contuli cum 𝔈.)

b) B (*Bambergensis.* M. V. 14. Iaeck N. 1088.) membr. sec. IX. vel X. 4. foll. 133. (in extremo duae tantum sunt lineae et dimidia), col. 1. linn. 21 et 22. continet *Epistularum Moralium* l. XIV — XX (libri XVIII. initium non significatur) i. e. Ep. 89 — 124. quarum singulis praescriptum *Seneca Lucilio suo salutem*, subiectum *Vale.* Liber a duobus vel tribus librariis satis nitide exaratus eandem fere servat scribendi rationem, quae exstat in vetustissimis Virgilii mstis Mediceo et Vaticano: non raro tamen singulas syllabas et voces omittit aut bis ponit. Insigne additamentum habet Ep. 110, 17. et alia vitia: nihilo tamen secius meorum librorum est praestantissimus et codici Sa tam similis, ut singulis fere paginis inter se respondeant. (Contuli cum 𝔈.)

c) b (ipse *Bambergensis.* M. IV. 4. Iaeck N. 1090.) membr. pagg. 125. Fol. Praeter alia habet Senecae Epp. 52. priores (pagg. 69 — 92.) coll. 2. linn. 55. 57. 80. 83. sec. XIII. emendate et nitide quamvis minutis litteris scriptas. Desinit Ep. 52. in verba *non laudatur ille nunc* § 13., cum duo folia exsecta sint: reliqua eiusdem epistolae alia manus in margine supplevit. Descriptus esse videtur ex A: nam ubique fere cum hoc consentit et Ep. 48, 7. verba *quisquis — respondentium*, quae in A punctis sunt notata, omittit. Hanc ob causam raro tantum laudavi codicem b. (Contuli cum 𝔈.)

d) G (*Guelferbytanus.* Gud. 10. Ebert N. 765.) sec. XIV. in. membr. foll. 287. coll. 2. formae maximae. Continet L. Annaei Senecae opera omnia praeter Ludum, quaedam supposita et M. Senecae Declamationes. Epistolae, quarum singulis summaria sunt praefixa, in XXII libros digeruntur et raro habent salutationis formulam, semper *Vale.* Ep. 88. suo loco omissa legitur fol. 97. et *de septem liberalibus artibus* inscribitur. In Epistolis hic liber deteriores secutus pleraque habet cum 𝔓 (P1.) communia. Totum codicem correxit Guidomarus Deriani, qui varias scripturas multas tam inter lineas quam in oris posuit et haec subscripsit: *Senece de beneficiis liber VII. explicit. Et sciendum quod iste liber et*

omnes alii libri Senece quos habet Reverendus pater dominus: P. Dei gratia episcopus tholosanus sunt per me Guidomarum deriani de plestin plene et de verbo ad verbum correcti cum libris fratrum minorum de castro plebis clusine dioecesis Anno nativitatis domini M.CCC quinto; adhuc sede apostolica vacante; unde apparet eundem librum esse, qui in Ju [Ios.] *Scaligeri* dicitur, cuius manum alicubi agnovisse videor. (Contuli cum L4.)

e) g (*Guelferbytanus.* Gud. 335. Ebert N. 784.) membr. 8. sec. X. col. 1. linn. 20. praeter alia habet Senecae Ep. 16. 17. 10. 47. 43. 42. 5. 12. 15. 3. 4. in foliis 59 — 86. Hic codex quamvis ab homine imperitissimo scriptus annumerandus est optimis. (Contuli cum B1.)

f) w (*Guelferbytanus.* 23, 32. Ms. Aug. 4. Ebert N. 779.) membr. 4. sec. XV. foll. 89. col. 1. linn. 24. 27. 29. 31. 32. ab initio mutilus. Insunt Ep. 16, 3. *ut dematur otio nausea* — 88. (in libros non digestae): sed Ep. 85. extremo loco posita est. Habet *Vale*, caret salutatione. Liber, qui videtur in Francogallia esse exaratus, multa habet scripturae compendia nec tamen difficilem lectionem. saepius concordat cum nostris r et ι (P2.). (Contuli cum L4.)

g) E (*Erlangensis*, alius atque ille, quem contulit Ianus) membr. Fol. sec. XII. aut XIII. [iudice Gottl. Christophoro Harless] nitide nec multis aut difficilibus compendiis scriptus. Insunt St. Bernhardi Epistolae, alia, Liber [spurius] Senecae de Remediis Fortuitorum, Senecae Epistolae 1 — 66, 25. *aliarum rerum inaequalitas* (in haec verba Epistolae ad Lucilium desinunt adiecto *Vale*), de Clementia, Senecae et Pauli Epistolae [suppositae]. Liber bonus est, ex quo pauciora excerpta esse doleo. (Cum B1. conferendum curavit G. Chr. Harless.)

h) * e (*Erlangensis* idem, quo usus est Lud. Ianus. vide quae scripsi supra). Ex hoc codice aliquot scripturas Fr. Chr. Matthiae in editionis suae exemplo annotavit, quo ipse utebatur. Exemplar illud Matthiaei aliis quoque viri docti observationibus et coniecturis ornatum liberalissime mecum communicavit I. G. Richter Nordhusanus v. cl.

i) * R (*Rehdigeranus.* olim Leonardi Iustiniani, nunc bibliothecae Rehdigeranae, quae est Vratislaviae) membr. Fol. min. foll. 180. col. 1. linn. 29. (pauca tamen folia, quae sunt ab initio, habent lineas 30) sec. XIV. eleganter et nitide in Italia exaratus. folia 67 — 72. inde ab initio Epistolarum Senecae aliam manum referunt atque reliqua. Continet Senecae Epistolas ad Lucilium in XX libros distributas, quibus praeter Ep. 71. praemittuntur summaria, *Vale* rarius subiicitur. Eadem fere summaria in fine repetuntur secundum librorum rationem aliquantulum immutatam. Non raro hic codex interpolatus est, aliquando tamen genuinam scripturam exhibet. Quae in contextu sunt omissa, plerumque in marginibus et intra lineas leguntur. Consentit semper fere cum λ (P3.). (Contuli cum Ru.)

k) * r (ipse *Rehdigeranus*) membr. Fol. sec. XIV. praeter varia Augustini, Ciceronis, Io. Damasceni continet excerpta ex Senecae libris de Clementia et de Beneficiis atque Epistolas 88 priores in XII libros divi-

sas: in his columnae sunt binae, lineae sexagenae. Salutatione caret, *Vale* plerumque subiicit. Eaedem fere huius libri sunt virtutes quae nostrorum ι (P2.) et w, eadem vitia. (Contuli cum 𝔐u.)

l) * T (*Ludovici Trossii Hammonensis v. d.*) chart. 4. sec. XV. in. foll. 57. col. 1. linn. plerumque 27, in aliquot paginis 26, in aliis 28. Continet praeter locum Hieronymi ac Senecae et Pauli Epistolas ad Lucilium Epp. 52 priores nec in libros distributas nec numeris signatas. Praefigitur plerisque *Seneca Lucilio* sive *Seneca ad Lucilium* aut, ubi angustius spatium, *Seneca*, *Vale* non subscribitur. Finitur Ep. 52. in folio 53. recto: in eodem folio verso et in reliquis leguntur quaedam theologica. Liber ab homine non imperito scriptus inter optimos fere est habendus. (Contuli cum 𝔐a.)

m) V (*Vindobonensis.* apud Endlicherum CXCVIII.) membr. Fol. sec. XIV. foll. 36. coll. 2. Princeps littera auro ceteraeque epistolarum initiales coloribus ornatae sunt, plerumque etiam sententiarum principia minio notata. Continet Ep. 1—88., sed inde ab Ep. 85. excerpta tantum exstant, nec non in superioribus plurima sunt omissa: in fine conspicitur index Epistolarum ab alio eadem aetate confectus. Hic codex inter corruptissimos est. (Collatus est cum 𝔅1.)

n) u (*Vindobonensis*) chart. sec. XV. inter aliena habet Senecae Ep. 2 et 6. (Collatus est cum 𝔅1.)

o) Bul. (olim *Bulovii Beiernumburgensis*) chart. sec. XV. cum 𝔊ro in primis epistolis collatus a Liebaldtio Numburgensi v. d., qui varias scripturas liberaliter mecum communicavit.

2. **Codex Argentoratensis.** (Arg. b. Sb. cf. quae supra inter Schweighaeuseri codices de hoc libro disputata sunt) cum 𝔅1. collatus ab Oberlino, qui eum refert ad sec. X. Tum continebat Ep. 1—52. 63—88. integras. Ubi eadem ab Oberlino atque a Schweighaeusero prolata vidi, librum significavi per Sb, in iis, quae solus Oberlinus laudavit, per Arg. b: alibi dissentire inter se viros doctos annotavi.

3. **Codex Bernensis.** (B in prioribus epistolis) sec. XIII. collatus cum 𝔅1. continet excerpta ex Senecae scriptis et Ep. 1—82, 19. *sic mala illa credideris:* sequuntur Symmachi Epistolae. Liber ad deteriores inclinat.

4. **Codices Parisini.**

a) P (bibliothecae regiae N. 8658. A. olim *I. A. Thuani*) membr. 8. sec. X. foll. 126. col. 1. linn. 19. 20. in primo fasciculo (foll. 8.), in sequentibus 29. 30. Continet Ep. 1—88. incipit CONTINENT' IN HOC *codice Lucii Annei Senecae Litterarum moralium ad Luciliũ libri numero. XX.* (numerus alia manu et alio atramento scriptus) SENECA LUCILIO SUO SALUTEM. In fine haec leguntur: RAGAMBERTUS QUAMUIS INDIGNUS LAICUS BARRITUS [ita fere nunc legitur: sed aliquid scripturae est perditum, ut olim fuisse videatur BARBATUS] HUNC CODICẼ SCRIPSIT. Epistolae plerumque habent salutationis formulam, semper *Vale.* Initia librorum raro notantur, sed alicubi spatium vacuum

significat locum, ubi omissa sunt. Liber optimis vix est inferior. (Hunc codicem et proximum in duodecim epistolis prioribus ipse contuli cum ed. Tauchnit.: reliqua ad idem exemplar diligenter et accurate excussit *Dr. Adolphus Philippi Hamburgensis v. d.*)

b) p (bibliothecae regiae N. 8540. olim *Pithoei*, post *Colberti*) membr. Fol. min. sec. XI. foll. 54. col. 1. linn. 33, sub finem 32. Olim habuit Ep. 88 priores, sed cum exsecta sint folia nonnulla, nunc desinit in Ep. 71, 6. Folia 31 et 32 continentia Ep. 121, 11 — Ep. 122 ex. et simili manu scripta nescio quo casu inserta sunt inter Ep. 47, 8. verba *videre ingenuum* et *potes quam ille*, ut turbatus quidem sit ordo, sed nil hic omissum. Adest salutationis formula et *Vale:* librorum initia nonnusquam significantur. Hic liber illum (P) aequat fere praestantia, aliquando etiam superat.

c) Pr. b (bibliothecae regiae N. 8539. olim *Puteani*. Opsopoeo *Puteanus optimus*) membr. Fol. sec. XI. foll. 95. col. 1. linn. 31. Insunt praeter locum Hieronymi ac Senecae et Pauli Epistolas suppositas ad Lucilium Ep. 1 — 88., quae praeter 41. habent *Vale*, carent salutationis formula: nec sunt in libros distributae nec numeratae. Liber a variis exaratus, quorum certe tres fuisse constat, ad optimos prope accedit. (Hunc et proximum in Ep. 32 — 60. contuli cum Ma: reliqua excusserat in Schweighaeuseri usum Emmericus.)

d) Pr. a (bibliothecae regiae N. 8615. olim *Colberti*) membr. Fol. sec. XIII. continet Ep. 1 — 88. et libros de Clementia. Deterior est codice Pr. b, non tamen spernendus.

e) Sorb. (bibliothecae regiae Sorbon. 1586.) membr. 4. sec. XII. foll. 106. col. 2. linn. 35. 30. 32. 31. Habet M. Senecae Declamationes, L. Senecae Ep. 1 — 88. (desunt quae ab Ep. 1, 2. verbis *eius iam praeteriit* ad Ep. 3, 5. *reprehendas et eos* leguntur), libros de Beneficiis tam mutilos, ut octo tantum folia impleant, de Clementia I, 1 — 9, 8. *Adeo nihil facilius potes quam contra Caesarem.* In Epistolis probus est liber. (Contuli partim cum Ma.)

f) Sorb. 2. (bibliothecae regiae Sorbon. 354.) membr. Fol. sec. XIII Continet locum Hieronymi, Senecae et Pauli Epistolas suppositas, ad Lucilium Epp. 88 priores, alia. (Ep. 63. contuli cum Ma.)

g) Germ. (bibliothecae regiae St Germ. 1429.) membr. Fol. min. sec. XIII. foll. 77. col. 1. linn. 25. Continet Epp. 88 priores nonnullis omissis, reliquarum ordine saepe turbato. Hoc est initium: *Incipit Liber Moralium Lucii annei Senece ad lucilium. Vale* plerumque est subscriptum, salutatio abest. (Paucos locos contuli cum Ma.)

5. *) Codices Romani (a *Raynaldo Sanctolonio* ab initio minus accurate, deinde diligenter collati cum Ju. Consensum eorum indicavi per ρρ).

A. Vaticani. *a*) α. 1769. membr. in fol. praestantissimus adeoque

*) In his libris describendis utor verbis Sanctolonii: quae ipse adieci, uncis sunt circumdata.

non praetereundus. Exaratus videtur per Rolandum de Plagola anno D. 1403. dum Romae esset Legatus pro Civitate Paduae: qui nomen suum et Senecae [*Lucani*] Poetae Epitaphium a se via Ostiensi repertum ad calcem subdidit. *) M. A. || LVCANO. CORDVBENSI. || POETE. BENEFICIO. || NERONIS. CAESARIS. || FAMA SERVATA. *b*) * Φ. 2199. membr. in fol. picturis auro minioque fulgentibus ornatus, elegantissime exaratus sec. XV. *c*) Z. 2200. membr. elegantia, aetate, forma priori similis. Sed praeterea frequentibus notatiunculis et correctionibus tum inter lineas tum ad margines auctus. *d*) β. 2201. membr. in fol. eleganter et emendate exaratus sec. XIII. adiectis e regione variis lectionibus. *e*) γ. 2202. membr. aetate, forma, elegantia priori similis. Hoc addito, quod operum initia imaginibus aliisque emblematibus affabre depictis decorantur. *f*) δ. 2203. membr. in 4. exaratus sec. XV. Additur ad calcem expositio Colutii Florentini super 1. Epistolam Senecae ad Lucillum. (Hic cum superiore saepissime concordat et inter meliores libros est habendus.) *g*) ε. 2205. membr. in 4. elegans et emendatus, exaratus sec. XIII. Epistolae in hoc nec numerantur e regione nec in libros discriminantur. Sunt autem circiter CXXVIII. (Quamvis pluribus locis interpolatus servat alicubi genuinam scripturam.) *h*) ζ. 2207. membr. in fol. exaratus, ut videtur, manu Germanica sec. circiter XIII. Epistolae in eo CXXVI. numerantur. (Hic quoque non leviter est interpolatus.) *i*) * φ. 2208. membr. in 4. elegantissime exaratus sec. XV. *k*) * Δ. 2212. membr. in fol. magno, apicibus ad Gothicum stylum vergentibus in Germania, ut videtur, exaratus initio sec. XV. initialibus literis auro minioque affabre depictis a summo ad calcem exornatus. (Raro laudatur.) *l*) * H. 2213. membr. forma, aetate, ornatu priori fere similis. (Hic quoque raro laudatur.) *m*) * X. 2214. membr. in fol. exaratus circa finem sec. XIV. elegantibus picturis ornatus. (Raro laudatur.) *n*) * ψ. 2215. membr. in fol. eleganter exaratus sec. XIV. atque ornatus ut superior. (Non spernendus hic liber.) *o*) * χ. 2216. membr. in fol. eleganter exaratus sec. XIV. *p*) η. 3873. membr. in 4. quadrato exaratus anno 1368.

B. Palatini. *a*) * II. 869. membr. in 4. oblongo exaratus sec. XIII. Epistolae sunt initio et fine mutilae. (Bonus liber desinit Ep. 123, 2.) *b*) ϑ. 1538 membr. in fol. eleganter exaratus sec. XIV. pictisque imaginibus ad initia librorum decoratus. Grutero dicitur Palatinus primus. (Ubique fere consentit cum G.) *c*) ι. 1539. membr. in fol. magno, optimae notae et correctissime scriptus sec. XIV. literis initialibus auro minioque depictis ornatus. Grutero Palatinus secundus. (Consentit fere cum r et w.) *d*) ϰ. 1541. chart. in fol. manu Germanica exaratus sec. XVI. (?) notulisque ad margines ditatus variisque lectionibus. (Grutero est Pal. 4.). *e*) λ. 1542. chartac. in 4. eleganter et emendate exaratus sec. XVI. (?) (Grutero est Pal. 3. convenit plerumque cum R et saepe in contextu habet eas scripturas, quae apud R in oris notantur). *f*) μ. 1543. membr. in 4. sec. XIII. Desunt in hoc novem integrae priores Epistolae et initium decimae. (Desinit in

*) Hanc inscriptionem nec apud Gruterum nec apud Osannum reperio.

Ep. 88. verba *si Protagorae credo:* sed reliqua eius epistolae ab antiqua manu sunt suppleta.) *g*) ν. 1546. membr. in fol. parvo quadrato eleganter exaratus sec. XII. non praetereundus. (4. foll. 165. col. 1. linn. 24. externa specie admodum similis est Amploniano. continet librum suppositum de Remediis Fortuitorum et inde a fol. 56. usque ad fol. 160 b. Epp. 88 priores: sed aliquot foliis deperditis desiderantur, quae leguntur inter Ep. 49, 8. *Demens omnibus merito viderer* et Ep. 51, 11. *in regione Baiana.* Ep. 88. finitur verbis *Si Protagorae credo.* Sequuntur locus Hieronymi de Seneca, Epitaphium Senecae, Pauli et Senecae Epistolae suppositae, theologica quaedam hoc initio: *Ego fons vivus dico ad illos qui propter nomen meum tunica mea induti.* finis est: *unde etiam decipitur in estimatione sua.* Schweighaeusero est *Par. d.* Hic liber redditus bibliothecae Heidelbergensi non est spernendus, licet aliquot locis sit interpolatus.) *h*) ω. 1547. membr. in 4. exaratus sec. XI. charactere, quem Langobardicum appellant. non praetereundus. (Rarissime laudatur.) *i*) ξ. 1549. membr. in 8. exaratus sec. XIII. (Desinit in Ep. 81, 17. verba *quod volet adiuvare adiutus.*) *k*) K. 1550. membr. 8. exaratus sec. XIII. initio et fine mutilus. (Desinit in Ep. 83, 19. verbum *laxatur.*)

C. Ottoboniani. *a*) . Υ. 1228. chartac. in fol. exaratus sec. XV. (collatus tantum in Ep. 75.). *b*) ο. 1533. membr. in 4. exaratus sec. XIV. adsunt e regione variae lectiones. (Cum ν aliquando consentit.) *c*) π. 1579. chartac. in fol. exaratus sec. XV. adsunt variae lectiones notulaeque marginales. (Saepius concordat cum ο.) *d*) ρ. 1670. membr. in 4. exaratus sec. XIII. initio et fine mutilus. (Hic liber omnium maxime est interpolatus, ut in eo vix Senecam agnoscas.) *e*) σ. 2090. chartac. in fol. exaratus Mutinae per Iohannem de Regio anno 1381. qui notulas variasque lectiones marginibus adiecit. Videtur non praetereundus. (Non paucis locis cum Col. consentit.)

D. Alexandrini. *a*) . Γ. 209. membr. in 8. exaratus sec. XIII. Sunt Epistolae selectae numero 48. *b*) τ. 1454. membr. in 4. eleganter exaratus sec. circiter XII. Codex fuit Alexandri [potius *Pauli*] Petavii Senatoris Parisiensis: deinde Alexandrae Christinae Suecorum Reginae, quae illum cum ceteris selectis Alexandro P. P. VIII. testamento legavit. Codex est optimae notae nec praetereundus. (Bonus liber est, qui saepe concordat cum mG.) *c*) . Θ. 1544. membr. in 4. exaratus sec. XIII. initio et fine mutilus.

E. Urbinas. υ. 219. membr. in fol. elegantissime exaratus iussu Friderici a Monte Feretrio Urbini Ducis, cuius insignia prae se fert, sec. XV. Epistolae CXXVI. numerantur. (Non raro concinit cum B optimo.)

Reliqui codices, quos passim laudant Oudendorpius, Burmannus, Vossius, alii, memorantur quidem suis locis, sed accuratius hic describi nequeunt: nec satis constat de illis libris, quibus usus est Latinus Latinius. (*Latini Latinii, Viterbiensis, Bibliotheca Sacra, Et Profana. Sive Observationes, Correctiones, Coniecturae, et Variae Lectiones. In Sa-*

cros, Et Profanos Scriptores E Marginalibus Notis Codicum Eiusdem. A Dominico Macro Melitensi — Collectae. Et Nunc primum, è Bibliotheca Brancaccia in lucem Editae. Romae. M DC. LXXVII.)

B. *) LIBRI IMPRESSI.

I. Impressi ante Erasmum.

1. 𝔄. *Editio Anonyma.* Fol. foll. 210. linn. 35. Hoc initium: *Lucii Annei Senece Cordubensis ad Lucilium epi ‖ stole. Feliciter Incipiunt Prima. De colligenda.* Auctore Van Praet tribui solet *Mentelio* sive *Mentelino* librario Argentoratensi. Sed Bardilius Uracensis v. cl., qui multa alia de libris Senecae impressis ad me docte scripsit, id minime constare asseverat: nam singulare illud R, quod in hoc quoque libro cernitur, in *Vincentii Bellovacensis Speculo Historiali* a Mentelino a. 1473. impresso nusquam conspici. *Speculum* autem illud in testimonium laudaverat Van Praet. Ceterum ille liber ex codice recentiore et valde interpolato transscriptus est formis per hominem indoctum, qui ne compendia quidem scripturae satis usitata potuit explicare. Multas scripturas communes habet cum Pinc. ex. schol. et Sc: usurpatus est a Schweighaeusero diligenter, a Ruhkopfio passim, fortasse etiam ab Erasmo. (Cf. Hain Repert. Bibl. N. 14597. Bibl. Spenc. tom. II. N. 426. p. 347 sq. Contuli cum 𝔖.)

2. 𝔍. *Editio Incognita* (venditata a Prinzio librario Vesaliensi). 8. foll. 84. linn. 19. 20. 21. 22. 23. (ne proximae quidem inter se paginae parem habent linearum numerum). Fasciculi singuli, qui foliis octonis constant praeter ultimum, suis signis in prioribus quatuor foliis sunt notati sic: a, a2, a3, a8(4): ultimus habet duodecim folia, quorum sex priora sic signantur: k, k2, k3, k8(4), kv, kvi. Hic praeterea male est complicatus, ut foliorum ordo sit turbatus aliquantulum. Litterarum figurae sunt Gothicae et rudiores: quamobrem ad prima artis typographicae monumenta librum referre non dubito. Initium hoc est: *Incipit liber eplārū senece ad luciliū ‖ de institutione morum* [L] *Vceus anneus Seneca lucilio suo salutem ‖ Ita fac mi lucilli vēdica te tibi Et tēpus ‖ quod adhuc restat collige et serva.* Finis: *Nō facile dixerim utrū magis irascar illis qui nos ‖ nichil scire voluerūt An illis qui ne hoc quidē nobis ‖ reliquerūt nichil scire. Vale.* (Ep. 88. ex.) Scribitur *stud e a* (studia), *gaud i o* (gaudeo), *sede* (caede) al. compendia satis sunt frequentia. Excerpta Epistolarum 88 priorum, quae insunt in hoc libro, non omnino concordant cum vulgatis (*Arnoldi de Colonia Lips.* 1495. *Wolfgangi Monacensis* ibid. 1501. al.): nam modo plura exhibent, modo pauciora, modo singulis verbis differunt. (Contuli cum 𝔐a: nec tamen multa ex hoc libro in commentariis proferre visum est.)

3. 𝔓. *Editio Parisina a.* 1475. 4. min. foll. 211. linn. 25. Initium:

*) Eos tantum commemoro, quibus ad rem criticam aliquid est momenti, quibusque ipse usus sum.

Ieronimus in libro de viris illustribus sic de Seneca scribit: Vcius anneus seneca. clausula: *Expliciunt epistole Sene* ‖ *ce ad Lucilium. Impresse Parisius Anno domini M.CCCCLXX.V.* (prodiit ex officina *Petri Caesaris et Iohannis Stoll*). Insunt locus Hieronymi, Pauli et Senecae Epistolae, Epitaphium Senecae, ad Lucilium Epp. 88 priores numeris signatae praeter Ep. 60—76. Folia quinque extrema habent indicem, in quo summaria epistolarum per locos communes sunt digesta, sicut *De commendatione paupertatis Epistola II. IV. IX. XIV. XVII.* Liber petitus est ex codice deteriore. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14600. Bibl. Spenc. tom. II. N. 424. p. 343 sq. Contuli Parisiis paucas epistolas cum ed. Tauchnit.)

4. 𝔑. *Editio Romana a.* 1475. fol. min. foll. 168, quorum primum caret scriptura, linn. 36. Initium: *Incipit prologus beati Ieronimi super epistolis* ‖ *Pauli ad Senecam: et Senecae ad paulum.* clausula: FINIS ‖ *Praesens haec epistolarum Senecae ad Lucilium* ‖ *impressio In alma urbe Roma in domo nobilis* ‖ *viri Petri de maximis non atramento: plumali* ‖ *Calamo: neq; stilo aereo: sed artificiosa quadam* ‖ *adinventione imprimendi seu characterizandi:* ‖ *opus sic effigiatum est, ad dei laudem industriaeq;* ‖ ꝑ *magist* ꝝ *Arnoldum pannartz Alamanũ est cõsu* ‖ *matũ. Anno salutis.* M.CCCC.LXXV. ‖ *Die vero prima Mensis Februarii: Sedeñ* ‖ *Sixto Pon. Max. Anno eius quarto.* Insunt locus Hieronymi, Pauli et Senecae Epistolae, Epitaphium, Epistolae ad Lucilium in XXV libros distributae. Hic est fons, ex quo omnes posterae editiones emanarunt: sed ipse profluxit ex codice non optimo. Usus est hoc libro Schweighaeuserus. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14601. Bibl. Spenc. tom. II. N. 425. p. 345 sqq. Contuli cum 𝔖.)

5. 𝔑. *Editio Neapolitana a.* 1475. Fol. voll. II. linn. 48. vol. I. olim habuit folia 145, ut apparet ex chartarum indice: sed primum folium, quod fuit vacuum, in omnibus exemplaribus videtur perditum esse. Continet hoc volumen Senecae opera praeter Epistolas, Naturales Quaestiones et Ludum: ne spuria quidem sunt omissa. Initium: *Incipit lucii annei Senecae cordubensis liber de moribus in quo notabiliter.* In folii extremi pagina priore post finem Proverbiorum haec leguntur: *Sub domino Blasio Romero monacho Populeti philosopho ac theologo celebri est im* ‖ *pressum hoc opus in civitate Neapolis Anno domini: M.LXXIIII. Divo Ferdinando re* ‖ *gnante.* ‖ *Gabrielis Carchani mediolanensis in artificem carmen:* ‖ *Iam poene abstulerat Senecae monumenta vetustas* ‖ *Vixq; erat haec ullus cui bene nota forent* ‖ *Tam bona: sed docti Matthiae scripta moravi* ‖ *Artificis: non est passa perire manus* ‖ *Huic igitur meritas grates studiosa iuventus* ‖ *Pro tam sublimi munere semper agas.* In eiusdem folii altera pagina conspicitur *Tabula huius libri Senecae quinternorum et foliorum* in quatuor columnas disposita. Volumen alterum, quod habet folia 108, repetit Epistolarum editionem Romanam paucissimis tantum mutatis. Ex hoc libro perraro Harlessius excerpta miserat ad Ruhkopfium: sed primam tantum epistolam complectebantur. Eundem magno emolumento se adhibuisse ad Lagrangii

versionem Francogallicam retractandam scribit Naigeon. vid. Oeuvres de Séneque tom. II. p. 11. (Contuli cum 𝔖, non tamen omnes epistolas. Cf. Hain Repert. Bibl. N. 14590. Bibl. Spenc. tom. II. N. 419. p. 338 sqq.)

6. 𝔗. *Editio Tarvisina a.* 1478. Fol. foll. 215. linn. 53. Initium: *Incipit Lucii Annei Senecae cordubensis liber de moribus: ‖ in quo notabiliter.* Fol. 215 a post Epistolarum finem legitur: *Liber epistolarum moralissimi Senecae ‖ finit foeliciter.* sequitur index librorum et clausula: *Impressum Tarvisii per Bernardum de Colonia ‖ Anno domini M.CCCC.LXXVIII.* Litterae sunt Gothicae. Repetit hic liber editionem Neapolitanam: sed omittit omnia, quae illa habet in media extremi quaternionis plagula (Ep. 120, 10. *non deesse ei in his* — Ep. 122, 2. *nec orientem umquam*), cum librario mancum exemplar traditum sit. Atque etiam alibi inter se leviter discrepant. Hoc libro usi sunt Erasmus, qui habuit exemplar Rudolphi Agricolae notis et coniecturis ornatum, Gronovius, Schweighaeuserus. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14591. Bibl. Spenc. tom. II. N. 420. p. 340. Ipse possideo librum.)

7. 𝔅. *Editio Veneta secunda a.* 1492. Fol. 208 folia numerantur, quibus duo sine numero sunt praefixa. linn. 62. Fol. 1 a. legitur: *Senece omnia opera.* 1 b. post indicem librorum: *Venetiis impressa. M.CCCC.XCII. die ultima octobris. Per Bernardinū ‖ de Coris de Cremona. ‖ Registrum chartarum.* Fol. 2 a. *Seneca Paulo* ‖ PROLOGVS BEATI HIERONYMI SVPER EPISTOLIS. Fol. 3 a. LIBER PRIMVS ‖ LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. Fol. 210 b. in pagina ima: *Explicit liber sextus et ultimus controversiarum.* Repetere videtur ed. Venetam primam (*Venetiis per Bernardinum de Cremona et Simonem de Luero. Die V. Octobris M.CCCC.XC.* cf. Hain Rep. Bibl. N. 14593. Bibl. Spenc. tom. II. N. 421. p. 340 sq.) quam excutere non licuit, sed mutato librorum ordine. Accesserunt iam in illa Naturales Quaestiones et *liber de liberalibus studiis* (Ep. 88. suo loco non omissa). Epistolae in XXII libros sunt divisae earumque contextus saepe differt ab 𝔐𝔑𝔗: ut dubium non sit, quin libri msti sint adhibiti. Usus est hac editione Schweighaeuserus una cum ea, quam Venetam tertiam plerumque appellant (Panzer vol. IV. p. 480), ipse autem primam esse putat. Hos libros raro scripturis diversos esse idem docet. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14594. Meo exemplari utor.)

II. Libri inde ab Erasmo ad Gothofredum impressi.

1. 𝔈1. *Editio Erasmi prima.* Fol. Basileae a. 1515. apud I. Frobenium. Continet eadem, quae sunt in editionibus Venetis, mutato tamen ordine et addito Ludo. Parum operae ipse Erasmus posuerat in hac editione adornanda, quae in plurimis repetit contextum Venetarum, non raro tamen ab iis differt: negligentius etiam se gesserunt librarii, cum Erasmus abesset in Anglia. cuius negligentiae exemplum notavi ad Ep. 52, 7. Usi sunt hoc libro Gronovius et Schweighaeuserus: ego utor meo exemplari.

2. E2. *Editio Erasmi secunda.* Fol. Basileae 1529. per Hier. Frobenium et Io. Hervagium. Multo haec est emendatior priore: de mstis, quibus usus est Erasmus, iam supra scripsi. (Hunc librum consuluit Schweighaeuserus.) Repetita est Basileae 1537. apud Io. Hervagium et ibidem s. a. et typ. n. (apud eundem Hervagium, quod docent litterarum figurae et insigne Hervagianum in titulo atque in fine positum) Pinciani Castigationibus adiectis: unde coniicio ipso anno 1537. aut proximo hunc librum prodisse. Ego utor hac editione, quae ab Erasmi ed. II. non differt, quod sciam: idcirco non dubitavi eam notare per E2.

3. C. *Editio Coelii Secundi Curionis.* Fol. Basileae a. 1557. per Io. Hervagium et Bern. Brandum. Hic liber multum differt a prioribus, cum Curio saepissime Pinciani veterem lectionem atque eiusdem et Erasmi coniecturas receperit nullo prorsus iudicio, alia etiam suo arbitrio mutaverit. Itaque quae inde a Grutero in Muretum iactantur, magnam partem cadunt in Curionem.

4. G. *Editio Dionysii Gothofredi.* 8. Basileae 1590. per Euseb. Episcopium. Repetit editionem Curionis paucis tantum mutatis. Coniecturas Gothofredi, quarum magnus est numerus, raro tantum laudavi, cum ad restituendam scripturam eas nihil conferre persuasum mihi esset. Simili ratione Curionem sectantur editio Parisina a. 1587. (curaverat Nic. Faber) et *) Lugdunensis a. 1592.

---

*) Hanc editionem rarissimam, quam a nullo virorum doctorum commemoratam video, dono mihi misit Bardilius Uraccensis v. cl.: iam eam describo. Constat duobus voluminibus in octonis, quorum prius habet paginas 1279. praefiguntur folia 26 non numerata, in quibus titulus, index contentorum, praefatio [Nicolai Fabri], de Seneca veterum auctorum loci, elogia auctorum de Seneca, fragmenta ex libris Senecae, qui interciderunt. sequuntur paginae 114 suis numeris signatae cum Rhenani scholiis in Ludum, Martini Episcopi Formula honestae vitae sive de quatuor virtutibus cardinalibus, Martini Episcopi de Moribus libro uno, St. Hieronymi de Seneca testimonio, Epistolis Senecae et Pauli, oratione Senecae (Tac. A. XIV, 53—55.) et Neronis responso, Proverbiis Senecae. Praeterea insunt in hoc volumine libri de Beneficiis, Epistolarum libri XXII. cum Erasmi scholiis et Pinciani Castigationibus selectis (utraque etiam ad reliquos Senecae libros accedunt eadem ratione, quae est in editione Curionis), liber de Providentia, de Paupertate, de Remediis Fortuitorum, libri de Ira, de Clementia, de Beata Vita, de Tranquillitate, Quod in sapientem non cadit iniuria, de Brevitate Vitae, Consolatio ad Polybium, ad Marciam, ad Albinam (Helviam). Titulus hic est: *Annaei Senecae Philosophi Scriptorum Quae Extant, Tomus Primus. In quibus praeter varias lectiones in margine notatas, additi sunt novissimè libri antehac non impressi, singulisque Capitibus et Epistolis, ad meliorem facilioremve intelligentiam Summaria. Cum annotationibus Mureti, Pinciani, Opsonii, aliorúmque diversorum collectionibus. His accessére cumulatissimi Indices. Pagina sequens in his Tomis contenta indigitat. Lugduni, Apud haeredes Symphoriani Beraud M. D. XCII.* Voluminis secundi titulus: *L. Annaei Senecae Philosophi Scriptorum Quae Extant, Tomus Secundus. In quibus post Quaestiones naturales, Controversias, Declamationes et Suasoriae M. Senecae patris, esse creditae, continentur. Cum Mureti atque aliorum in omne Opus annotationibus, et Indicibus. Lugduni, Apud haered. Symphoriani Beraud. M. D. XCII.* Habet paginas 1142, quibus praecedunt folia 8 non numerata cum titulo, praefatione [Nic. Fabri], catalogo Controversiarum et Suasoriarum. sequuntur folia 97 non numerata, in quibus errata et index. Continent

III. Libri, qui habent contextum a Mureto constitutum.

Pleraque Muretus ex editione Curionis retinuit, alia mutavit ex coniectura saepe infelici, pauca emendavit mstis adiutus: scripturae receptae rarissime rationem reddidit. Praeter elegantis viri inconstantiam, quam criminatur Gruterus, causa fuisse videtur mors praeveniens editionem. Prodiit ea Francisco Bentio et Iulio Roscio Hortino curantibus Romae a. 1585. Fol. (hunc annum praefert titulus, in fine legitur 1586). Librum rarum conferre mihi non licuit: sed eius contextus saepe est repetitus: in editionibus Commelinianis a. 1593 (1594.) Fol. a. 1603. (1604). Fol. a. 1604. 8., Lugdunensibus a. 1594. (1595.) 12 et 8., Parisinis a. 1598. Fol. a. 1602. Fol. (hac usus est Schweighaeuserus, atque ego utor et significo per 𝔐). Alias omitto.

IV. Libri, qui habent contextum a Lipsio constitutum.

Iustus Lipsius librorum inprimis Gruterianorum praesidio adiutus et in Senecae scriptis maxime versatus ita ea recensuit, ut non pauca vitia sustulerit, plura fortasse reliquerit: nam caute egit vir egregius et Curionem aliosque imitari noluit. Attamen nonnunquam ei accidit ut in peius mutaret scripturam. Coniecturae, quas in scholiis proposuit, plerumque parvi sunt, aliquando tamen satis certae. Prima eius editio prodiit Antverpiae a. 1605. Fol. Hanc usurpavit Schweighaeuserus, mihi ea uti non contigit: itaque alteram (a. 1615.) consului, quae a prima in scripturis a Schweighaeusero laudatis non discrepat, et indicavi per 𝔏. Contextum autem a Lipsio constitutum servant, si Iugem excipis, ante Ruhkopfium omnes paucis tantum et levioribus mutatis. Nam ipse Io. Fr. *) Gronovius satius duxit in notis monere lectorem de hoc vel illo loco emendando quam recipere etiam certissimas scripturas. Quae autem in eius editione altera Antverp. a. 1658. (1659.) 12. aliter habent atque nostra scriptura, ea praescripto 𝔊𝔯𝔬 notavi. Quibus mstis usus sit Gronovius, supra legitur. Paulo etiam plura emendata sunt in ed. Lipsiana quarta (𝔏4.) a. 1652, qua, cum ex 𝔊𝔯𝔬 non ducta esset, ita usus sum, ac si ante illam prodisset. Ne Iugis quidem editionem (𝔍𝔲) in commentariis praetermisi, quanquam nullius fere est ad rem criticam momenti. Prodiit Aureliae a. 1627. (1628.)

---

paginae signatae Naturales Quaestiones, Controversias, Declamationes, Suasorias, Ludum, folium vacuum, ad Ἀποκολοκυντωσιν Claudii Caesaris notas [Nic. Fabri], Senecae versus (epigrammata), Mureti notas (p. 758—892), I. Opsopoei collectanea et notas (p. 893—1036), [Nic. Fabri] Annotationes in libros M. Annaei Senecae, [I. Opsopoei] collectanea et notas quasdam in M. Annaeum Senecam. In marginibus eadem fere notantur, quae in 𝔈2. et 𝔈 ibidem exstant: quaedam tamen omittuntur, alia accedunt. Repetit fere haec editio Parisinam a. 1587.

*) Huius cum in Senecae Naturales Quaestiones notas mstas nactus essem ex bibliotheca civitatis Hamburgensis, exstitit mihi fiducia etiam Lugduni aliquid observationum in Senecam ab eodem aut a Lipsio scriptarum latere. Itaque hac de causa adii Iacobum Geel virum clarissimum et doctissimum, qui summa humanitate in me usus omnia eius generis, quae illic servantur, accurate recensuit: unde apparet me spe esse deceptum.

Fol. et videtur de exemplari ed. Lugdunensis a. 1592. aut Parisinae a. 1587. admodum negligenter descripta esse.

V. Editio Ruhkopfii. (Ru. *L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia quae supersunt recognovit et illustravit Fr. Ern. Ruhkopf. vol. II. Lipsiae* 1800. *vol. III.* ib. 1805.)

Ruhkopfius maxime fretus Gronovii iudicio, nonnunquam etiam Gruterum secutus, locos Epistolarum non ita paucos correxit, alibi tamen recepit scripturas minime probatas: plurima intacta reliquit, vel ea quae ex Gruteri Gronoviique libris emendari poterant. Quibus mstis ipse usus sit, supra dixi. Hanc editionem ita imitatus est Fr. Chr. Matthiae (Francof. a. 1808. Ma), ut pauca repeteret ex Bi. (Bipontina priore), pauciora ipse mutaret.

VI. Schweighaeuseri editio. (S. *L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia — vol. III et IV. Argentorati ex typographia societatis Bipontinae* 1809. sive *L. Annaei Senecae ad Lucilium Epistolae Morales ad fidem veterum librorum in his trium msstorum Argentoratensium recognovit emendavit notisque criticis illustravit Ioh. Schweighaeuser instituto Gallo-Franc.* etc.)

Non facile quisquam eorum, qui de Senecae scriptis emendandis bene sunt meriti, Schweighaeuserum superat, virum perspicacis ingenii et subacti: qui si plures libros mstos consulere potuisset, non dubito quin pauca tantum relicturus fuerit posteris. Plurima enim ex codicibus vetustis restituit, alia divinando emendavit: nonnulla quoque vitia, quae eum fugerant, tollenda esse in notis criticis monuit. Quibus locis et quo iure a viro egregio recedendum esse existimaverim, ipse videbis.

Quo faciliore negotio uti liceat commentariis criticis, notas librorum in iis usurpatas et passim iam memoratas secundum litterarum ordinem adiicio subiuncta reliquorum signorum interpretatione.

Librorum notae.

A = cod. Amplonianus.
Arg.b. = cod. Argentorat. ab Oberlino collatus.
α = cod. Vaticano-Romanus 1769.
A = ed. Anonyma (vulgo Mentelini).

B = cod. Bernensis in Epp. 1 — 82. Bambergensis in Epp. 89 — 124.
b = cod. Bambergensis alter
β = cod. Vaticano-Romanus 2201.
Bi. = ed. Bipontina prior.

C = ed. Curionis.
Col. = cod. Coloniensis Gruteri.
Γ = cod. Alexandrino-Romanus 209.
γ = cod. Vaticano-Romanus 2202.

Δ = cod. Vaticano-Romanus 2212.
δ = cod. Vaticano-Romanus 2203.
E = cod. Erlangensis meus.
Erl. = cod. Erlangensis Iani.

e = cod. Erlangensis Matthiaei.
ε = cod. Vaticano-Romanus 2205.

Z = cod. Vaticano-Romanus 2200.
ζ = cod. Vaticano-Romanus 2207.

H = cod. Vaticano-Romanus 2213.
η = cod. Vaticano-Romanus 3873.

Θ = cod. Alexandrino-Romanus 1544.
ϑ = cod. Palatino-Romanus 1538.

G = cod. Guelferbytanus (Gud. 10.)
Germ. = cod. Parisinus (St. Germ. 1429.)
Gr. = codices Gruteri.
g = cod. Guelferbytanus (Gud. 335.)
𝔊 = ed. Gothofredi.
𝔊ro = ed. Gronovii a. 1658.

Herb. = cod. Herbipolensis Iani.

ι = cod. Palatino-Romanus 1539.
𝔍 = ed. Incognita Prinzii.
𝔍u = ed. Theod. Ingis.

K = cod. Palatino-Romanus 1550.
ϰ = cod. Palatino-Romanus 1541.

λ = cod. Palatino-Romanus 1542.
𝔏 = ed. II. Lipsii.
𝔏4. = ed. IV. Lipsii.

Mod. = codices Modii.
mss. = codices msti mei.
μ = cod. Palatino-Romanus 1543.
𝔐 = ed. Mureti (Parisina a. 1602.)
𝔐a = ed. Matthiaei.

Norimb. = cod. Norimbergensis Iani.
ν = cod. Palatino-Romanus 1546.
𝔑 = ed. Neapolitana a. 1475.

ξ = cod. Palatino-Romanus 1549.

Ops. = codices Opsopoei.
(singulos Opsopoei codd. suis nominibus appellavi).
o = cod. Ottoboniano-Romanus 1533.

P = cod. Parisinus 8658 A.
Pall. = codd. Palatini Gruteri.
P1. = cod. Palatinus primus Gruteri.
P2. = cod. Palatinus secundus Gruteri.
P3. = cod. Palatinus tertius Gruteri.
P4. = cod. Palatinus quartus Gruteri.
P5. = cod. Palatinus quintus Gruteri.
Pinc. v. l. = Pinciani vetus lectio.
(singulos Pinciani codd. suis nominibus appellavi).
Pr.a = cod. Parisinus 8615.
Pr.b = cod. Parisinus 8539.
Pr.d = cod. Parisinus 1546. (nunc Heidelbergensis).
Prr. = Pr.abd (8615. 8539. 1546).
p = cod. Parisinus 8540.
Π = Palatino-Romanus 869.
π = Ottoboniano-Romanus 1579.
𝔓 = ed. Parisina a. 1475.

R = cod. Rehdigeranus I.
r = cod. Rehdigeranus II.
ρ = cod. Ottoboniano-Romanus 1670.
ρρ = codices Romani omnes.
ℜ = ed. Romana a. 1475.
ℜu = ed. Ruhkopfii.

Sa = Schweighaeuseri *ms a.* (Argentor.)
Sb = Schweighaeuseri *ms.b.* (Argentor.)
Sc = Schweighaeuseri *ms.c.* (Argentor.)
Sorb. = cod. Parisinus Sorbon. 1586.
Sorb. 2. = cod. Parisinus Sorbon. 354.
Ss = codices Schweighaeuseri.
σ = cod. Ottoboniano-Romanus 2090.
𝔖 = ed. Schweighaeuseri.

T = cod. Lud. Trossii.

τ = cod. Alexandrino-Romanus 1454.
𝔗 = ed. Tarvisina a. 1478.

V = cod. Vindobonensis I.
n = cod. Vindobonensis II.
w = cod. Guelferbyt. (23, 32. Ms. Aug. 4.)

Υ = cod. Ottoboniano - Romanus 1228.
υ = cod. Urbino - Romanus 219.

𝔙 = ed. Veneta a. 1492.
Φ = cod. Vaticano - Romanus 2199.
φ = cod. Vaticano - Romanus 2208.

X = cod. Vaticano - Romanus 2214.
χ = cod. Vaticano - Romanus 2216.

ψ = cod. Vaticano - Romanus 2215.

ω = cod. Palatino - Romanus 1547.

Interpretatio reliquorum signorum.

= significat *exhibet* vel *exhibent.*
∾ ,, *congruit* vel *congruunt* cum contextu nostro.
\+ ,, *addit* vel *addunt.* Voces additae distinguuntur latiore spatio inter litteras interiecto.
— ,, *omittit* vel *omittunt.* Idem signum editionum notis interpositum earum seriem indicat.
al. m. ,, *alia manu.*
ant. m. ,, *antiqua manu.*
ci. ,, *coniectura* vel *coniicit.*
cii. ,, *coniecturae* vel *coniiciunt.*
cr. ,, *corrigitur.*
d. sive del. significat scripturam *deletam* esse in eo libro, cuius notam sequitur.
ex., exx. significat *exemplar*, *exemplaria.*
ex ing. significat *ex ingenio.*
exc. ,, *excipe* vel *excepto*, *exceptis.*
l. sive lit. significat *lituram* et pertinet tantum ad librum proxime praecedentem.
m significat *marginem* libri proxime sequentis aut, ubi uncis est inclusum, antecedentis.
n. ,, scripturam punctis esse *notatam.*
om. ,, *omisso.*
p. m. ,, *prima manu.*
rec. m. significat *recenti manu.*
Rell. sive rell. significat *reliqui libri mei.*
Rell. n. l. significat *De reliquis non liquet.*
s significat scripturam *supra* positam: eius idem est usus atque m.
s. m. sive sec. man. significat *secunda manu.*
sp. v. sive sp. vac. significat *spatium vacuum.*
Sw. significat *Schweighaeuser.* Similibus compendiis scripsi ceterorum virorum doctorum nomina satis nota: haec et reliqua ipse facile explicabis.

***

Hoc unum restare videtur, ut viris doctis omnibus, qui me in hoc opere sustentarunt, gratias agam quam maximas: plurimum enim me multis debere confiteor, etiam iis, quorum nomina laudare non licuit.

Scribebam Portae d. I. Martii mensis a. MDCCCXLII.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

EPISTULARUM MORALIUM

LIBRI XX.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

EPISTULARUM MORALIUM

LIBER I.

EPISTULA I.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Ita fac, mi Lucili, uindica te tibi, et tempus, quod adhuc aut auferebatur, aut subripiebatur, aut excidebat, collige et serua. Persuade tibi hoc sic esse, ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per neglegentiam fit. et si uolueris adtendere, maxima pars uitae elabitur male agentibus,
magna nihil agentibus, tota uita aliud agentibus. Quem mihi 2
dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem aestimet,

Lib. I. Ep. 1.

Seneca Lucilio suo salutem. De hac salutatione et de titulo vide quae in praef. diximus.

Ita fac. T = *Itaque.* Sb — *fac.* 𝔑 — 𝔗 + *ergo.*

aut auf. Sorb. G (s∾) e — *aut.*

collige. e = *colliga.*

tibi hoc sic esse = pA Rr T Ee V ϱϱ (exc. ϑ) Sab Pr.abd P 2. 3. Col. B [= ita] 𝔑 — 𝔐. Sc 𝔄 — *tibi hoc.* PG P 1. 4. ϑ𝔏 — 𝔐a — *hoc.* Sc 𝔄 + *ut tibi scribo.* G Bul. αβζϑσ P 1. 2. 4 𝔄 𝔈 1. + *quaedam enim tempora.*

eripiuntur. 𝔑 — 𝔈 1. = *surripiuntur.*

quae — fit. G P 1. 4. ζϑ𝔏 — 𝔐a = *quae — venit.*

adtendere. Bul. 𝔄 + *bene attend.*

maxima pars — magna = PpAT Sorb. r VEe ϱϱ (exc. λσυ) Sab Pr.abd P 1. 2. Ops. quidam codd. Erm. 𝔓 𝔑 — 𝔅. GR B Sc = *magna p. v. — maxima.* P 1. Col. 𝔄 𝔈 1 — 𝔐a = *magna vitue pars — maxima.* P 4. = *maior vitae pars — max.* Haec scriptura *magna — maxima* debetur librariis, qui cum Erm. putabant in hoc loco inesse gradationem. cf. H. Steph. Prood. Ep. 21.

tota vita. αγζ = *tota vero.* P (h. l. mancus) Sc 𝔅 — 𝔐a — *vita.*

aliud agentibus. p Bul. 𝔄 = *aliquid ag.*

2. *aestimet.* Bul. 𝔄 = *existimet* solita horum vbb. confusione.

qui intellegat se cotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus: magna pars eius iam praeteriit. quicquid aetatis retro est, mors tenet. Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas conplectere: sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris. Dum differtur
3 uita, transcurrit. Omnia Lucili aliena sunt, tempus tantum nostrum est. In huius rei unius fugacis ac lubricae possessionem natura nos misit, ex qua expellit quicumque uult. et tanta stultitia mortalium est, ut quae minima et uilissima sunt, certe reparabilia, inputari sibi, cum inpetrauere, patiantur, nemo se iudicet quicquam debere, qui tempus accepit: cum interim hoc unum est, quod ne gratus quidem potest reddere. Interrogabis
4 fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista praecipio. fatebor in-

fallimur. e + *sepe fall.*
quod mortem prospicimus = p [s. *non* al. m.] P Sorb. Ec quidam ρρ P 2. Sa Pr. abd [in d s: *non* r. m.] Vinc. Bell. Sp. H. IX, 115. 𝔈 2 — 𝔖. T r A αβγδηπ mG Sb Col. 𝔑 — 𝔈 1. + *non prosp.* R P 3. + *non m. prosp.* P 1. = *qui* (m. = *quod*) *mortem quam procul esse coniicimus.* Etiam Lat. Latinius Bibl. Prof. p. 45. legit = *quam procul esse coniicimus.* P 3 = *q. m. quasi procul esset prospicimus.* mG V εϑοσ mmPr.ab E = *q. m. quasi procul esse coniicimus.* Bul. Sc 𝔄 𝔍 = *q. m. procul esse coniicimus.* G = *q. m. procul esse cognoscimus.* ζ = *q. m. quasi procul esse concipimus* De vb. *prospicere* cf. Drkb. ad Liv. XXII, 6, 8.
pars eius. A = *eius pars* et mox *est retro.*
Fac ergo. 𝔓 — *ergo.*
mi Lucili = mss. Non enim h. l. Pronomine carebant tres Ops., sed infra.
ex crastino. V Sa 𝔍 = *de crast.*
3. *Omnia Lucili* = mss. (exc. Col. Sac αυ, qui cum 𝔄𝔑 — 𝔖 + *mi*) 𝔍.
tempus tantum. B = *temp. autem.*
rei unius = mss. (exc. P 2. — *unius*) 𝔑 — 𝔗. V𝔄𝔓 = *unius rei.* 𝔅 — 𝔊 = *rei nimis.*
ex qua expellit = PpA aliquot ρρ Sa et b (p. m.) unus Ops., et probat Gron. G γϑιπυ P 1. 2 et 3. (p. m.) 𝔑 — 𝔈 1. = *ex qua expellitur.* r T + *ex qua non expellit.* e ηλο R P 3. (s. m.) mP 1. Pr. a et b (s. m.) Put. 2. ap. Ops. 𝔓 + *ex qua non expellitur.* α = *ex qua expellit quandocunque vult.* β = ∞ *quomodocunque vult.* δν Sb (s. m.) Col. Ops. 𝔈 2 𝔊𝔊 = ∞ *quemcunque vult* ζ + *ex qua non expellitur, nisi quicunque vult.* Bul. Sc Pinc. ex. schol. 𝔄 + *ex qua nemo expellitur nisi quicunq. v.* 𝔐 — 𝔐a + *ex qua nos expellit*, quod unde Mur. sumpserit, nescio.
et tanta. G P 1. 2. Pinc. Sc 𝔈 — 𝔐a = *sed tanta.* vid. Ind. s. v. *Et.*
cum inpetravere. Sb = *impetraverunt.* G Bul. αβγδεζϑλουσ P 1. 3. 𝔄 𝔅 — 𝔊 = *periere.* 𝔑 — 𝔗 = *perire.* Grut. ci. = *quaesiere.*
nemo se iudicet. mG Sc plerique Gr. Rr 𝔄 𝔑 — 𝔈 1 = *Nemo iudicat se* aut *Nemo se iudicat.*
quicquam. A = *quicquid.*
debere. Arg. b + *non deb.*
accepit: cum. G 𝔄 = *acceperit* et G + *quod cum.*
ne gr. quidem. Bul. plurimi ρρ Sc 𝔑 — 𝔊 = *nec gr. quidem.* G (s. m.) 𝔄 = *gratis.* ν = *quod gracius qu.*
fortasse. αστ = *forte.* ν = *forsitan.*

genue: quod apud luxuriosum sed diligentem euenit, ratio mihi constat inpensae. Non possum dicere nihil perdere, sed quid perdam et quare et quemadmodum, dicam, causas paupertatis meae reddam. Sed euenit mihi, quod plerisque non suo uitio ad inopiam redactis: omnes ignoscunt, nemo succurrit. Quid ergo est? Non puto pauperem, cui quantulumcumque superest sat est. Tu tamen malo serues tua, et bono tempore incipies. Nam ut uisum est maioribus nostris, sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo, sed pessimum remanet. Uale.

EPISTULA II.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Ex his quae mihi scribis, et ex his quae audio, bonam spem de te concipio. non discurris nec locorum mutationibus inquietaris. Aegri animi ista iactatio est. Primum argumentum conpositae mentis existimo posse consistere et secum morari. Illud autem uide, ne ista lectio auctorum multorum et omnis generis uolu-

praecipio. T = *praenuntio.* G = *praecipiam* cr. ∾.

4. *fatebor.* A G (s. m.) Bul. αγσ𝔱 Sc 𝔜 = *Fateor.*

quod apud. P 4 + *ñ quod ap.* P 2 = *quod caput.*

sed diligentem. G α𝔖γ𝔱 P 1. 3. Col. 𝔅 + *sed se dil. evenit.* mγ = *inveni.*

inpensae. cod. Lips. P 1. 4. 𝔱 mG = *expensae.*

nihil perdere = Pp ATVBEe ρρ (exc. η𝔖λξσ𝔱𝔲) P 1. 2. tres Ops. Ss. 𝔜 𝔍. Rell. mss. 𝔐 — 𝔐a + *me nihil perdere* aut *nihil me perd.* vid. Gramm. Sen. cap. de Synt.

Sed evenit = mss. (de B et ρρ nihil proditur) etiam Ops. Gr. Ss. 𝔜. r = *sed venit.* 𝔐 — 𝔐a = *Sic evenit.* De harum particularum confusione frequentissima cf. Bentl. ad Hor. III, 24, 5. Drkb. ad Liv. XXI, 13, 5.

ignoscunt. 𝔗𝔅 = *ignoscant.*

Quid ergo. 𝔈 1. 2. — *ergo.*

sat est. G σ𝔱𝔲 = *satis est.*

A — *Tu tamen — remanet.*

bono tempore incipies = Ops. Ss (exc. Arg. c et Pr. a, cuius scriptura hoc loco evanuit) Pp T γην P 2. (p. m.) 𝔍. Ee Vσ𝔲 𝔓𝔐 = *bono tempore incipias.* r + bono *tempore uti incipies.* rell. + b. t. *uti incipias.*

visum est r — *est.* V — *sera.*

in imo. γι + *est.*

sed pessimum. rζλ P 3. Col. + *sed et pess.* quod placuit Grutero.

Vale = mss. praestantissimi. vid. praef.

Lib. I. Ep. 2.

Ex his. Cum Gron. Gruteri notam ad sequentia spectantem male intellexisset, addidit *Et*, quod retinuerunt posteriores ad 𝔐a.

et ex his. 𝔈 2. — 𝔐 — *et.* V 𝔍 + *et quae audio.*

de te concipio. G = *habeo de te.* m ∾.

nec locorum. r T = *non loc.*

ista iactatio. Bul. Sc 𝔜 = *ista iactantia.* A G = *est iactatio.*

conpositae. 𝔅 — 𝔈 2. + *bene compos.*

auctorum mult. G (m ∾) αζ P 1. = *mult. librorum.* ε = *docto-*

minum habeat aliquid uagum et instabile. Certis ingeniis inmo-
rari et innutriri oportet, si uelis aliquid trahere, quod in animo
2 fideliter sedeat. Nusquam est qui ubique est. Uitam in peregri-
natione exigentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant nullas
amicitias. Idem accidat necesse est his, qui nullius se ingenio
familiariter adplicant, sed omnia cursim et properantes transmit-
tunt. Non prodest cibus nec corpori accedit, qui statim sumptus
emittitur. Nihil aeque sanitatem inpedit quam remediorum cre-
bra mutatio. Non uenit uolnus ad cicatricem, in quo medica-
menta temptantur. non conualescit planta, quae saepe transfer-
tur. nihil tam utile est, ut in transitu prosit. distringit libro-
3 rum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris,
satis est habere quantum legas. Sed modo, inquis, hunc librum
euoluere uolo modo illum. Fastidientis stomachi est multa de-

rum mult. ι + *et auct. mult.* P 4. om. haec, et in P 3. sunt al. m. suppleta.

fideliter. ζ = *feliciter.*

2. *Vitam in per. exig.* = Pp A T r BVE Sab Pr. e — *vitam.* δηξ = *in per. vitam exig.* G Sc Germ. 𝔄 = *Vitam in per. agentibus.* β = *In per. existentibus.* ε = *In perigrinationem exeuntibus.* ι = *in per. vitam ducentibus.* u = *Vitam in per. hoc evenit agentibus.* R ℜ — 𝔐a = *In per. vitam agentibus.* Bul. = *vit. in perig. habentibus.*

multa hospitia. p = *mala ospitia.*

nullas am. ζ + *am. vero nullas.* u + *et nullas am.*

accidat nec. est. Bul. Sc Pr. b 𝔄 = *accidit.*

his qui. sG R ℜ — 𝔈 1 = *eis qui.* 𝔈 2 — 𝔐a = *iis qui.*

nullius. G ζοτ = *nulli.* in p ultima vocis syllaba erasa est. ν = *se adplicant.*

properantes. T Bul. αγζεϑξυ mσ tres Gr. Sbc 𝔄ℜ — 𝔊 ℜu 𝔐a = *properanter* accommodata hac voce ad praecedentem *cursim.*

inpedit. p = *inpendit.* Saepe vel optimi codices mss. *n* aut *m* litteras temere inserunt vel adiiciunt. cf. Oudend. ad Caes. B. G. II, 6, 3. Nonnumquam hoc vitium inde ortum esse videtur, quod longae vocales lineola imposita notabantur. ο = *nihil enim sanit. magis impedit.* u + *nihil aeque aliud.*

medicamenta temptantur. P 1. 4. Col. G 𝔏 — 𝔐a + *crebro m. t.* Sc sG 𝔄 𝔈 1 — 𝔊 + *crebra m. t.* αγ mο + *crebro plura m. t.* R P 2. 3. βι + *med. diversa t.* Haec ipsa varietate se spuria esse testantur.

temptantur. e = *compotantur.*

convalescit. P 1. γϑ mG 𝔐 = *coalescit.*

saepe. ℜ — 𝔊 = *saepius.*

ut in transitu = Pp Ee A 𝔖t Sa Erf. Ruhk. tres Ops. ℑ. Rell. 𝔄 ℜ — 𝔐a = *quod in tr.*

3. *distringit lib. mult.* = Pp A T ν P 2 (p. m.) quidam Lips. Sab Pr. bd (a h. l. mancus) e. nec longe discedunt EV = *Distinguit lib. m.* u = *Distrahit te lib. mult.* P 3. Col. Rr ζ Vinc. Bell. l. l. = *Distrahit animum l. m.* ℜu 𝔐a + *Distringit animum l. m.*. P 4. = *Distrahit unimam lib. mult.* 𝔄 ℜ — 𝔅 1. P 1. et 2 (s. m.) Germ. (lit.) = *Distrahit animum libr. mult.*

satis est = Pp B V Rr G ρρ (exc. αγοτ = *satis sit*) 𝔄 ℑ. Rell. ℜ — 𝔐a = *sat est.*

sed modo. ℜ — 𝔗 + *etiam.*

inquis. Sb = *inquam.*

gustare, quae ubi uaria sunt et diuersa, inquinant, non alunt. Probatos itaque semper lege, et si quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. Aliquid cotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxilii conpara, nec minus aduersus ceteras pestes. et cum multa percurreris, unum excerpe, quod illo die 4
concoquas. Hoc ipse quoque facio: ex pluribus, quae legi, aliquid adprehendo. Hodiernum hoc est, quod apud Epicurum nactus sum: (soleo enim et in aliena castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator:) *Honesta,* inquit, *res est laeta paupertas.* Illa uero non est paupertas, si laeta est. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid 5
enim refert, quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum pascat, quantum feneret, si alieno inminet, si non adquisita, sed adquirenda conputat? Quis sit diuitiarum modus, quaeris: primus habere quod necesse est, proximus quod sat est. Uale.

inquinant. GR αβεζιοτ u Gr. 𝔑 — 𝔈 2. 𝔑u 𝔐a = *coinquinant.*

diverti. unus Ops. E mɔ = *deverti.* Pinc. ex. schol. Sc (BV) e plerique ρϸ 𝔄𝔈 — 𝔅 1 = *divertere.* 𝔑u 𝔐a = *devertere.* alia exx. Pinc. P 1. 3. (p. m.) 4. αζστ G = *transire.*

aliquid adv. m. p + *al. cotidie adv. m.*

4. *percurreris.* p = *percurres s* ∾. G = *illa die.*

concoquas. Bul. Gr. ατ 𝔄 𝔑u 𝔐a = *excoquas.* b = *est quo quas* ex A = *c̄qoquas.*

Hoc ipse. Sc 𝔄 = *Hoc ipsum.*

quae legi. ρϸ (exc. βλου) R P 3. Col. (E) Sc 𝔄 𝔑 — 𝔐a = *quae lego.*

nactus sum. p = *nanctus sum,* quod h. l. ex huius libri uuius auctoritate recipere non sum ausus. sed vid. Ind. in *Nanciscor.*

aliena causa. E = *alia causa.*

Honesta, inquit. βι = *Hon. quidem.*

R — *Illa vero — laeta est.*

Si laeta est. In libris ante 𝔖 vulgatis legebantur vbb: *Cui enim cum paupertate bene convenit dives est.* ex fine Ep. 4. propter argumenti similitudinem temere huc translata. Neque enim in mss. optimis Sa Ops. Nicot. A p Germ. comparent, et in aliis aliter leguntur. Sb Re 𝔑 — 𝔐 𝔊rc — 𝔐a addunt *enim,* qua particula copulentur cum praecedentibus. Quidam Gr. plerique ρϸ G (p. m.) Sc 𝔑 — 𝔅 = *quicunque.* Bul. 𝔄 = *cuicumque.* Pro *dives est* Arg. b υ 𝔍 exhibent *pauper non est.*

5. *Non qui.* Pr.a υ 𝔍 + *Non vero qui.*

plus cupit. o = *plura cupit.*

iaceat. RG = *lateat,* quod coniecerat Burm. ad Anth. L. I. p. 513.

quantum feneret = Pp AG αγζιστ 𝔑u 𝔐a Pall. Sab Pr.abd Rr T Germ. mG 𝔍𝔑 — 𝔅 1. 𝔖 = *aut f.* Bul. Sc 𝔄 = *et f.* e = *at f.* 𝔑 = *feneretur.* 𝔗 𝔅 = *foeneretur.* υ — *quantum pascat — feneret.*

adquirenda. e = ∾ o. Pr.b = *quaerenda.*

conputat. v = *computet.*

quis sit. G = *quid sit.*

quaeris. Arg. b = *inquiris.*

βε + *proximus habere quod sat est.*

EPISTULA III.

Seneca Lucilio suo salutem.

Epistulas ad me perferendas tradidisti, ut scribis, amico tuo. Deinde admones me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia non soleas ne ipse quidem id facere. Ita eadem epistula illum et dixisti amicum et negasti. Itaque sic priore illo uerbo quasi publico usus es et sic illum *amicum* uocasti, quomodo omnes candidatos *bonos uiros* dicimus, quo-
2 modo obuios, si nomen non succurrit, *dominos* salutamus. Hac abierit! Sed si aliquem amicum existimas, cui non tantumdem credis quantum tibi, uehementer erras et non satis nosti uim uerae amicitiae. Tu uero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Isti uero praepostero officia permiscent, qui contra praecepta Theophrasti, cum amauerunt, iudicant, et non amant,

Lib. I. Ep. 3.

ne omnia. G στ Pall. = *ut non omnia.*

quia non soleas = Pp A Rr TE BV Sab Pr.abd ℑ. Germ. g αβγιτ P 2. ℜ — 𝔐 = ∾ *nec ipse quidem.* e = ∾ *solebas* ∾. ν = ∾ *soles* ∾. G Col. P 1. 3. 4 𝔏 — 𝔐a = *q. nec solcas ipse quidem.* Bul. Sc 𝔄 = *q. non soleas tu ipsc quidem.* ο = ∾ *ipse hoc facere quidem.*

id facere = Pprb T Germ. Ee Sabc 𝔄. ℑ — *id.* GR all. ℜ — 𝔐a = *hoc facere.*

Ita. p = *item.* V — *quasi — quomodo omnes.*

succurrit. G plerique Gr. = *occurrerit.* e 𝔄 = *occurrit.*

2. *Hac abierit* = Pp (P = *Hac habierit*) A Germ. T Sab (Arg. b = *At abierit*) P 2. 4. Mod. Ep. 2. Nicot. = *ac habierit.* mG Pr.a (E) ℭ 2 — 𝔐a = *Hoc abierit.* c = *Hic abierit*, quod ci. Gron. Bul. Sc Pr.bd Ambian. Put. 𝔄 = *Hoc abierit.* G Rr V optimus Lips. ℜ — ℭ 1. omittunt hacc vbb.

Sed si. A = *sed et si.* T — *Sed. amicitiae. Tu vero.* PGT Rr Bul. Sbc Pr.abd Gr. Ops. (praeter Nicotian., qui priora *Errat — probat* habet, sed omittit reliqua) Vinc. Bell. Sp. H. IX, 116. 𝔄 ℜ — 𝔊 his interponunt vbb. Ep. 19, 11. *Errat et ille — ipse non est.* Deleri voluerat Mur., sed operae reliquerunt posteriora *Nullum — non est*, quae eiecit Lips.: et merito secuti sunt inferiores. Nam praestantissimi libri pA Sa, ad quos accedunt Ee, illa non agnoscunt, et in reliquis hoc loco varie scribuntur.

Tu vero. p = *Tu vere.*

de ipso prius. Bul. Sc 𝔄 = *prius de ipso.*

ante amic. iudic. A = *ante am. autem deliberandum.* Bul. ζ Germ. + *iudic. est.* ι = *iudicandus.* ν = *antea iudicandum.*

praepostero = p Germ. Ee Sab Pr.b g Ops. A = *praepostera.* ετ + *praepostero ordine.* quod in uno Ops. s. m. addidit. Bul. Sc 𝔄 + *praepostero ordine eque.* vulg. ante 𝔖 = *praepostere.* vid. Ind. s. h. v.

permiscent. Sc 𝔄 = *miscent.*

amaverunt — iudicaverunt = Pp Germ. A Sab Pr. b E e g r. G = *amaver' — ∾.* vulg. ex ℜ cum all. mss. et 𝔄 = *amaverint — iudicaverint.* e = *iudicant, non amant* om. *et.*

cum iudicauerunt. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tam audaciter cum illo loquere quam tecum. Tu quidem ita uiue, 3
ut nihil tibi committas, nisi quod committere etiam inimico tuo possis. sed quia interueniunt quaedam, quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaueris, facies. Nam quidam fallere docuerunt, dum timent falli, et illi ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est quare ulla uerba coram amico meo retraham? quid est quare me coram illo non putem solum? Quidam quae tantum amicis 4
committenda sunt, obuiis narrant et in quaslibet aures, quicquid illos urit, exonerant. quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant, et si possent, ne sibi quidem credituri

Diu cogita. G αγζιοτ P 1. 3. 4. = *Diu delibera*, maluit Grut.

e Sc 𝔛 = *tibi recipiendus.* „commode", ait Sw.

placuerit. Bul. ε Sc 𝔛 + *pl. tibi.* αγζ + *illud fieri.* Arg. b + *istud f.*

audaciter = p Germ. g Sa Pr.bd vetustissim. fragm. Leid. ap. Oudend. ad Appul. M. p. 207 b. vulg. *audacter.* quod invitus retinuit Sw. vid. Ind.

3. *ut nihil tibi committas* = mss. Vinc. Bell. Sp. H. IX, 116. edd. ante Mur.: Pronomen ab hoc eiectum recte restituit Ruhk. Lips. ci: *ut nihil tibi consciscas.* Alterum probat Gron. et explicat *conscium facere*, R P 3. s. m. (p. m. = *illi*) = *ut n. cui* ∾.

inimico tuo = mss. et imprr. ante 𝔐. Pronomen inde ab 𝔐 omissum restituit Sw. Germ. V = *amico tuo.*

fecit arcana. AG Sa αεζτ = *facit arc.* G — *omnes cogitationes.* e = *misce.*

Fidelem si. A = *Si fid.* e = *Infidelem si.*

Bul. Sc 𝔛 = *facias.*

Nam quidam = mss. (Pr.ab = *quidem*) imprr. ante 𝔈 1.: inde vulg. ad 𝔐a = *Nam multi.*

et illi ius pecc. = mei omnes (praeter VTg et aliquot ρρ) 𝔈 1. — 𝔊 Gr. (Col. — *et*) Sabc Pr.b. g = *et illius p.* ꙅλ 𝔅 = *et illi vim* (m ∾). V mτ Pr.d = *et illius peccati occasionem.* Tτ 𝔛 = *et illi usum peccandi.* o = *et illi viam pecc.* ℜ — 𝔗 = *illius vim peccandi.* 𝔐 — 𝔖 = *et aliis ius pecc.* Poenituit Sw. non restituisse scripturam, quam ad amicum referri bene perspexit.

Quid est quare = A Rr. Pe ν Nicot. + *ego.* p g optimus Put. Sb + *ergo* (p cr. = *ego*). Sw. ex Arg. a = *Quid? quare ergo.* quam scripturam *ergo* particula moleste abundare facile apparet. Vulg. ante 𝔖 = *Quid est ergo? quare.* quod in aliis mss.: alii = *Quid ergo est quare.* Utramque vocem (*ego. ergo*) spuriam habeo: at si quid addendum, malo recipere *ego.*

ulla verba. 𝔈 2 — 𝔐 — *ulla.* Restituit Lips.

amico meo. male 𝔐 — 𝔏 — *meo.* T — *Quid est — solum.*

coram illo. Ab = *illi.* mb = ∾. α = *cum amico.*

Sc 𝔛 = *solum non putem.* Bul. = *non solum putem.*

4. *narrant.* G = *vertunt.* m = ∾. idem mox = *quorumlibet* cr. = ∾.

illos urit. p (lit.) = *urserit.* s. ∾

rursus. A = *rursum.*

carissimorum. p = *kariss.* G αδοτ + *amicorum.*

αδοτ = *conscientias.*

ne sibi quidem. AG 𝔈 1. = *nec* ∾. Sc + *nec ipsi sibi quidem.* 𝔛 = *nec ipsi sibi quid credit.* ℜ — 𝔅 = *nec quidem sibi.* G = *interius credituri.*

interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est: utrumque enim uitium est et omnibus credere et nulli. sed alterum honestius dixerim uitium alterum tutius. Sic utrosque reprehendas, et eos qui semper inquieti sunt, et eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria, sed exagitatae mentis concursatio. et haec non est quies, quae motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio et languor. Itaque hoc quod apud Pomponium legi, animo mandabitur: *Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse quicquid in luce est.* Inter se ista miscenda sunt: et quiescenti agendum et agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera: illa dicet tibi et diem fecisse et noctem. Uale.

EPISTULA IIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Perseuera ut coepisti, et quantum potes propera, quo diutius

vitium est. V = *vitandum est.* A = *vitium dixerim.* om. excerpta Grut.

5. *Sic utrosque.* Bul. b 𝔛 = *Sed utr.* b = *inquietati.*

reprehendas. G + *oportet* (n).

gaudens. p = *gaudes.* s: *n.*

non est ind. B + *haec n. e.* „Haec verba Pomponii Secundi, poetae tragici, versus esse statuit Heumannus (Poec. Vol. II. p. 30.), quos ita scribit:

Haec tumultu gaudens non est industria,
Sed exagitatae mentis concursatio.

Sive: *Sed est agitatae mentis concussatio.* Saltem erit legendum: *tumultu gaudens haec non est industria* observante Grotefendio." [Matth.]

G Bul. 𝔛 = *et hoc non est quies.* Pp = *langor.*

Itaque hoc. RB P 1. 3. — *hoc.* Col = *Itaque si hoc, quod sequitur, hoc quod apud.* unde Grut. ci = *Itaque quod hodie apud.* P 4. = *Ita quod hoc.*

Pomponium. G Pr.a 𝔛 = *Pompeium.* optimus Lips. = *Pompeium philosophum.* Sed de *Pomponio* vid. Tacit. Ann. V, 8. et Lips. ad Tac. Ann. XI, 13.

animo mandabitur. = Pp A αβγεζιντ EeBV Germ. gTr Sbc Pr. abd Ops. P 2. 𝔛 ℜ — 𝔗. (ℜ — 𝔗 = *mandabatur.*) 𝔅 — 𝔐𝔞 cum ceteris Gr. + *tuo.*

Quidam adeo. G αγζ + *enim.*

refugerunt. B = *fugerunt.* e = *effungerunt.* αγϑτο = *transfugiunt.* Lat. Latin. Bibl. Prof. p. 45. legit = *fugiunt.*

in turbido. e = *turpi loco.* et idem mox — *ista.*

agenti. αγζινοτ = *genti.*

quiescendum est. G — *est.*

et diem fecisse = Germ. FA (s: *se* post *fecisse* al. m.) Sbc 𝔛. pR P 2. Col ℜ — 𝔐𝔞 + *se et diem fec.* RVTe quidam Pinc. = ∾ *fecisse se* (e = *sese*). GB P 4. + *et diem se fec.* quod maxime placuit Grut. P 1. + *et noctem fecisse et diem se.* Pr.abd sBul. quidam Pinc. + *se et diem fec. se et noctem.* De ϱϱ nihil proditum. In tanta igitur positionis varietate et fretus bonis libris omisi cum Sw. pronomen. De structura Senecae usitata vid. Gram. in Synt. Pron.

Lib. I. Ep. 4.

et quantum. ℜ — 𝔅 — *et.*

quo diutius. Bul. Sc 𝔛 = *diut.*

frui emendato animo et conposito possis. Frueris quidem, etiam dum emendas, etiam dum conponis. alia tamen illa uoluptas est, quae percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe purae et splendidae. Tenes utique memoria, quantum senseris gaudium, cum praetexta posita sumpsisti uirilem togam et in forum deductus es. maius exspecta, cum puerilem animum deposueris, et te in uiros philosophia transscripserit. Adhuc enim non pueri- 2
tia, sed quod est grauius, puerilitas remanet. Et hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus senum uitia puerorum, nec puerorum tantum sed infantum: illi leuia, hi falsa formidant, nos utraque. Profice modo: intelleges quaedam ideo minus timenda, quia multum metus adferunt. Nullum magnum, quod extremum est. Mors ad te uenit: timenda erat, si tecum esse posset.

quo. A = *ut diut.* Ge = *quod diut.*

animo et. 𝔛 + *animo diu et.*

etiam dum. Bul. Sc 𝔛 = *et dum.*

Frueris quidem. Germ. — *quidem.* r + *Fr. etiam quidem.* 𝔑 — 𝔅 = *etiam dum componis et dum emendas.* R P 3. 𝔈 1 — 𝔐 = *etiam dum componis etiam dum emend.* p = *dum componas.* s ∾.

alia tamen. Heum. Poec. l. l. p. 31. ci = *altior tamen.* A = *est illa voluptas.* Rr — *illa* (R s ∾). e — *est.*

ab omni. G = *et omni.*

Tenes utique. GSb (tac. Oberl.) = *Tenes itaque.*

Sorb. GSc = *gaudium senseris.* T = *gaudium sumpseris.* m ∾.

posita. Bul. αβζϑτ Sc 𝔛 = *deposita.* Bul. Sc 𝔛 = *vir. tog. sumps.* G = *sumpseris.*

deposueris. G = *deponens.* m ∾.

in viros ph. = Pp A r Ee BV Sb Pr.b vet. lect. Mur. Vinc. Bell. l. l. 𝔐 — 𝔅 1. 𝔐a 𝔖. Sorb. = *in vires.* βδη = *viros in te.* GT R γπτϑλξ Gr. Sc Pr.d 𝔛𝔑 — 𝔊 𝔑u = *in virum.* Bul. (s. m.) E βδηνο Sb Pr. d Vinc. Bell. = *philosophiae.* P (s ∾) p g Sorb. E Bul. βδηνο Sb Pr. d = *transscripseris.* G P 1. 4. (3. p. m.) = *transsumpserit.* Vinc. Bell. = *transtuleris.*

2. *non pueritia.* Col. unus Ops. mP 2. 𝔅 — 𝔐a + *in nobis.* P 3. υ eadem addunt post *puerilitas.*

A β = *gravius est.*

peius est. 𝔑 — 𝔅 — est. Pp E = *peior est.*

habemus. 𝔑 — 𝔗 = *habes.*

vitia. Bul. 𝔛 + *vero.*

infantum = Pp A (A + *et inf.*) Tg r e Sc 𝔛. Hoc cum praestantissimi mei ferant, etiam in pluribus mss. esse mihi persuadeo, quamquam nihil notatum est. Namque haec minus curabant vv. dd., sicuti Sw. ex A falso refert *infantium.* GR 𝔑 — 𝔖 = *infantium.* Arg. b + *sed et infantium.*

Profice. G P 1. 3. 4. Col. R Pr. d 𝔑 — 𝔊 = *Prospice.*

intelleges. G P 1. 3. 4. Col. RrT Pr. d Sc (EV) 𝔛𝔅 — 𝔐a + *et int.*, quae particula etiam aberat ab Ops. 𝔅 = *intellige.* b = *intelligerem.* (ρρ n. 1.).

ideo. G = *etiam.* e — *ideo.*

quia. e = *que.*

V = *plus metum afferunt.* G 𝔐 = *auferunt.* 𝔈 = *efferunt.*

nullum magnum. 𝔈 2. — 𝔅 1. + *malum.* recte reiecit 𝔑u, nam praeter ε in nullo cod. est. V = *nullum malum quod extremum.* ζ = *nullum magnum est extremum.* T = *nullum magn. est, quod extr. est.* *nullum* i. q. nihil. vid. Ind. s. v. *Nullus.*

ad te venit. p = *atenuita.*

necesse est aut non perueniat aut transeat. Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptionem animae. Non uides,
3 quam ex friuolis causis contemnatur? Alius ante amicae fores laqueo pependit, alius se praecipitauit e tecto, ne dominum stomachantem diutius audiret, alius ne reduceretur e fuga, ferrum adegit in uiscera. Non putas uirtutem hoc effecturam, quod efficit nimia formido? Nulli potest secura uita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos con-
4 sules numerat. Hoc cotidie meditare, ut possis aequo animo uitam relinquere, quam multi sic conplectuntur et tenent, quomodo qui aqua torrente rapiuntur, spinas et aspera. Plerique inter mortis metum et uitae tormenta miseri fluctuant: et uiuere

s ∾. r = *veniet.* mox *erit* cr. ∾. R = *est.* Sc 𝔄𝔑 — 𝔅 = *esset.*

esse posset. e = *non possit.* *nec est.* G P 1. 2. 3. 4. + *autem.* *non perveniat.* p = *ne perv.* *transeat* = 𝔄 mss. exc. R sG βυ, qui cum 𝔑 — 𝔐𝔞 = *pertranseat.*

contemptionem = mss. Ops. Modii Gr. Ss. mei (exc. Pp G P 1. = *contemplationem.* R μμειοτ P 2. = *contemptum* = 𝔈 1 — 𝔐 𝔅 1 — 𝔐𝔞). e + ∾ *mortis vel animae.*

inquis. Arg. b = *inquit.*

3. *contemnatur.* 𝔑 = *condemnatur.* Bul. 𝔄 = *contemnitur.*

amicae. P = *amico* s ∾ *i* = Sorb. s ∾ *e.*

e tecto = Pp AgT Rr Ee V Sbc 𝔄 𝔑 — 𝔅𝔍. GGr. = *ex tecto.* ρρ = *de*, *e*, *ex tecto*, nullus = *a.* Modii membr. Domin. carebant omnino praepositione. 𝔈 1. — 𝔐𝔞 = *a tecto.*

diutius aud. G = *aud. diut.* atque idem etiam in sequentibus saepe mutat verborum ordinem.

e fuga. Sorb. Bul. Sc 𝔄 = *a fuga.*

adegit. Arg. b = *redegit.*

efficit = p Sorb. AgG Rre (EBV Arg. b) Sc 𝔄 𝔅 1 — 𝔐𝔞. PT 𝔈 1. — 𝔊𝔯𝔬 𝔖 = *effecit*, quod Sw. putat in mss. tantum non omnibus legi et ex Senecae consuetudine esse. Ego tamen confido libris optimis pA Sorb. g (Ops. et Grut. nihil de suis prodiderunt, nec constat de ρρ), cum facile propter praeterita *pependit* — *praecipitavit* — *adegit efficit* mutari potuerit in *effecit*, uti in seqq. quoque Bul. Sc 𝔄 = *cogitavit.* Accedit quod Sen. pergit per Praesens tempus. 𝔑 — 𝔅 = *fecit.*

producenda. Sorb. Pr.a + *re.*

magna bona. A Bul. Sc 𝔄 = *multa bona.* —

4. *meditare.* A = *cogita meditare.*

relinquere. Bul. Sc 𝔄 + *deducere vel rel.*

conplectuntur. Mod. = *amplectuntur.*

qui aqua. Arg. b = *quae aqua.*

aqua torrente = 𝔄 𝔑𝔗 𝔈 1. — 𝔊𝔯𝔬. mss. praeterquam quod p = *aqua torrentis.* V 𝔑 = *aquae torrente.* αοστ = *aquarum torrente.* G = *aquam a torrente rapiunt* (*m a* n.). 𝔈 2. — 𝔐 𝔅 1. — 𝔐𝔞 = *a torrente.*

rapiuntur. e = *capiuntur.*

spinas et aspera. R β μοε pars Gr. + *inter sp. et asp.* Bul. αγεζιοτ Sc pars Gr. 𝔄 𝔑 — 𝔅 + *per sp. et asp.* 𝔈 1. — 𝔊 + *in sp. et asp.* Praepos. bene delevit Mur., nec conspicitur in Ops. Mod. P 1. Sb rell. meis.

tormenta. Pr.d ν = *pericula* — *cruciantur* al. m. s = *torm.* — *fluctuantur.*

fluctuant. Age Pr.bsd = *fluctuantur*, quod praeferendum h. l. putat Sw., sed nihil muto propter ceterorum librorum consensum. p = *flectant* cr ∾. Pr. a hic defectus est.

nolunt et mori nesciunt. Fac itaque tibi iucundam uitam omnem
pro illa sollicitudinem deponendo. Nullum bonum adiuuat ha-
bentem, nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus. Nul-
lius autem rei facilior amissio est, quam quae desiderari amissa
non potest. Ergo aduersus omnia, quae incidere possunt etiam 5
potentissimis, adhortare te et indura. De Pompeii capite pu-
pillus et spado tulere sententiam, de Crasso crudelis et insolens
Parthus. Caius Caesar iussit Lepidum Dextro tribuno praebere
ceruicem, ipse Chaereae praestitit. Neminem eo fortuna pro-
uexit, ut non tantum illi minaretur, quantum permiserat. Noli
huic tranquillitati confidere: momento mare euertitur. eodem
die, ubi luserunt nauigia, sorbentur. Cogita posse et latronem 6
et hostem admouere iugulo tuo gladium. ut potestas maior absit,
nemo non seruus habet in te uitae necisque arbitrium. Ita dico:

et mori. gBr Sb — *et.*
itaque. R (cr ∾) ℜ — 𝔅 = *iam.* Sb = *Facitque.*
deponendo p = *deponen d a s : o.*
adiuvat. R (E) ℜ — 𝔐a = *iuvat* quod etiam in ρρ quibusdam esse videtur.
facilior. rβν mSorb. = *felicior.*
desiderari. A = *desiderare.*
5. *adversus omnia.* AT — *omnia.* pge = *adv. h a e c.*
incidere. Rr Sorb. Gg Gr. (exc. P 2.) Bul. Sc. 𝔄ℜ — 𝔐a = *accidere.*
etiam potentissimis. V — *etiam.* A = *etiam ∾ m u s.* G αγζτ P 3. 4. Col. = *e t ∾ m e.* P 1. = *e t ∾ m a.* Sorb. = *et potissimis.* s ∾.
Adhortare. Sorb. = *adorare* s = *praeparare.* Sb = *adortare.* Pr.d ν = *te ip s u m.*
et indura. Sorb. — *et.*
pupillus = mss. praeter A et Mod., qui = *pusio.* e cod. Jureti = *pusillus.* Sw. ci = *pupulus*, quod legitur Ep. 12, 3. Stewech. Elect. ad Arnob. L. IV. p. 107. ci = *pullus.*
tulere. G Sorb. B = *tulerunt.*
Caius. A Sb RGTe Sc = *Gaius.* 𝔄 = G. Sw. putat scriptum fuisse *C. Caesar* = P.
Dextro = Pp A Sorb. gTG Rr Ee V ρρ (exc. πσ) P 1. 3. 4. Col. unus Erm. Pr.bd 𝔄 ℜ — 𝔗 ℜu 𝔐a 𝔖. πσ Sb (Oberl. legit ∾) 𝔅 — 𝔊 = *Decio.* P 2. = *Dextio.* B = *Dexto.* 𝔐 — 𝔅 1. = *Decimo.*

Chaereae. Pp = *cereae.* g = *caeraeae.* G = *choice.* mG = *thoree.* 𝔄 = *Cetheree.*
permiserat. G ζσ mν Sc P 4. 𝔄 = *p r o miserat* = ci. Heum. Poec. Vol. II. p. 31. A = *provexerit.* Pr.d = *pervexerat.* ν = *provexerat.* (Itaque aut Emmericus aut Sanctolonius male legit.) Alterutrum verum esse posse Sw. videbatur.
Noli. G + *te.* P 1. 4. = *Nolite.* B = *Nolo.*
evertitur = mss. (exc. ε) 𝔄 ℜ — 𝔊 𝔏 — 𝔊ro ℜu 𝔐a 𝔖. ε 𝔐 𝔅 1. 𝔍u = *vertitur:* in Arg. b Sw. legit *evellitur*, sed lituram esse ait: Oberl. = *evertitur.* Vinc. Bell. Sp. H. IX, 116. = *concutitur.*
eodem die. Bul. Sc 𝔄 = *e a d. die.* Lips. „quibusdam *die* abest, et possis ad *momentum* referre."
ubi. p — *ubi.*
luserunt. p = *luxe' e t.* βεν = *lu x erunt*, solito librorum praesertim Italicorum vitio.
6. *et latronem. et* a Mur. omissum Sw. restituit „ex veterum librorum omnium consensu", et legitur particula in Pp A Rr g EV 𝔄 ℜ — 𝔊, sed carent ea T Sorb.: de ceteris nihil proditur. A = *hostem posse.*
admovere. G = *amovere.*
V = *nemo n e c servus non habet.* P 4. = *n u n q u a m non servus.*
in te vitae. Bul. Sc 𝔄 = *t u e vit.*
Ita. Bul. Sc 𝔄 = *Itaque.*

quisquis uitam suam contempsit, tuae dominus est. Recognosce exemplum eorum, qui domesticis insidiis perierunt, aut aperta ui aut dolo: intelleges non pauciores seruorum ira cecidisse quam regum. Quid ad te itaque, quam potens sit quem times, cum
7 id propter quod times, nemo non possit? At si forte in manus hostium incideris, uictor te duci iubebit. Eo nempe quo duceris. Quid te ipse decipis et hoc nunc primum, quod olim patiebaris, intellegis? Ita dico: ex quo natus es, duceris. Haec et eiusmodi uersanda in animo sunt, si uolumus ultimam illam horam placidi exspectare, cuius metus omnes alias inquietas facit.

Sed ut finem epistulae inponam, accipe quod mihi hodierno die placuit. et hoc quoque ex alienis hortulis sumptum est:
8 *magnae diuitiae sunt lege naturae conposita paupertas.* Lex autem illa naturae scis quos nobis terminos statuat? Non esurire, non sitire, non algere. Ut famem sitimque depellas, non est necesse superbis adsidere liminibus nec supercilium graue et contumeliosam etiam humanitatem pati, non est necesse maria temptare nec sequi castra. Parabile est quod natura de-

Recognosce. p — *Recogn.*

exemplum eorum. p = *exemplorum.* cr. = *exemplo sunt.* Sw. ci = *exempla.*

intelleges. 𝔈 1. — 𝔐a + *et int.* Sc 𝔄 = *cecidisse ira.* G = *ira cecid. serv.*

Quid ad te itaque. νɔ Pr.d = *Quid prodest itaque.* e = *Quid a te itaq.* —

7. *At si forte* = pAg T (eB) cod. Erm. 𝔊 — 𝔖. Rell. mss. 𝔄 ℜ — 𝔈 2. = *Aut si f.*

hostium. Bul. Sc 𝔄 = *forcium.* ν = *in manibus inimicorum.*

duci iubebit. A = *iub. duci.* Bul. Sc = *iubebat.*

Eo nempe. Bul. Sc 𝔄 = *Nempe eo.* G τ — *nempe.* s∾. R (del.) mr βιo P 3. mP 2. 𝔅 — 𝔊 + *eo nempe momento.*

p — *Quid te ipse — intellegis.* GVB ζιoτ = *te ipsum.*

G — *olim.* A = *primum intellegis, quod.*

Ita. Bul. Pr.a Sc 𝔄 = *Itaque.*

Haec. Bul. Sc 𝔄 + *enim.*

eiusmodi = Pp Sorb. g Te. quod propter *Haec* mutatum in *huiusmodi* = AR 𝔄ℜ — 𝔖. G et r = *huius.* de ceteris non constat.

A = *sunt versanda in an.* Sc 𝔄 = *vers. sunt in an.* G Sorb. = *in an. vers. sunt.*

ultimam illam = Pp Sorb. g T Be. Sc 𝔄 = *illam horam ult.* AGRr ℜ — 𝔖 = *illam ult.* (rell. n. l.)

placidi. ε Sc = *placide.* Arg. b g (cr.) = *inquietates.*

hoc quoque. Sc 𝔄 = *hoc quod.*

hortulis. Bul. 𝔄 = *articulis.* Tp Sc all. = *ortulis.*

8. *statuat.* R εɔ ℜ — 𝔐a = *statuit.*

sitimque. e — *que.* GB = *sitim famemque.* e R = *repellas.*

adsidere. G = *assistere.*

et — etiam. ita saepe Sen. vid. Ind. s. v. *Etiam.* GV αγτ — *etiam.*

humanitatem. sR ε Col. = *inhumanitatem.* βγτ sG P 3. 4. = *humilitatem.*

pati. p = *perpeti.*

nec sequi. BV = *et sequi.* A = *nec castra sequi.*

siderat, et adpositum: ad superuacua sudatur. Illa sunt quae togam conterunt, quae nos senescere sub tentorio cogunt, quae in aliena litora inpingunt. Ad manum est quod sat est. Cui cum paupertate bene conuenit diues est. Uale.

EPISTULA V.

Seneca Lucilio suo salutem.

Quod pertinaciter studes et omnibus omissis hoc unum agis, ut te meliorem cotidie facias, et probo et gaudeo: nec tantum hortor, ut perseueres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more, qui non proficere sed conspici cupiunt, facias aliqua, quae in habitu tuo aut genere uitae notabilia sint. Asperum cultum et intonsum caput et neglegentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum, et quicquid aliud
ambitionem peruersa uia sequitur, euita. Satis ipsum nomen 2
philosophiae, etiam si modeste tractetur, inuidiosum est: quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons [nostra] populo conueniat. Non splendeat toga, ne sordeat quidem. Non habeamus argentum, in quod

adpositum = mss. 𝔄 𝔑 — 𝔈 2. 𝔊ro — 𝔖. 𝔈 — 𝔐 𝔍u = *expositum*. Cod. Erm. 𝔑 — 𝔅 + *parvo constat et*. 𝔈 1. = *appos. et ad sup.*

supervacua. Bul. 𝔄 = *superiora*.

togam. V = *vitam totam*. ζ = *vitam*.

conterunt. Lips.: „vidi, qui *contexunt* legerent, caeculos."

tentorio. Sorb. = *temptoria*.

aliena. Bul. Sc 𝔄 = *alia*.

sat est = Pp Ag Sorb. Rr BV Sb βγεδιο 𝔑 — 𝔐. GT Gr. Sc 𝔄 𝔏 — 𝔖 = *satis est*.

Cui cum paup. nonnulli ρρ 𝔑 — 𝔅 = *Qui cum paup*. 𝔐 — 𝔐a — *Cui cum — dives est*. Huc ea pertinere non ad Ep. 2. probat mss. consensus.

Lib. I. Ep. 5.

pertinaciter. 𝔍 = *vehementer*.

ζ = *studeas*.

rogo. V 𝔍 + *temet rogo*. b = *rogito*.

te admoneo. E — *te*. V = *moneo*. G (s∾) αγτ = *rogo*.

notabilia sint. Germ. 𝔄 = *not. sunt*.

cultum. 𝔄 = *vultum*. 𝔑 — 𝔊 = *incultum*. cf. Mod. ep. 2.

et intonsum. Germ. — *et*.

evita. 𝔈 1. — 𝔏 = *devita* contra mss. auctoritatem.

2. *philosophiae*. Germ. = *philosophia*.

consuetudini. Ag = *consuetudine*. p = *consuuetudine*. (pg cr. ∾ *i*). Abl. fortasse genuinus, quem ut explicarent, G P 1. 3. 4. adiecerunt *a*. Br. Vit. 18, 1. *Excerpe itaque te volgo*. Alibi idem vb. habet praepos. *ex*. II. Beneff. 29, 5. *ex omnibus singula excerpas*. Pol. 36, 4. *hunc praeterire ex omni Caesarum numero excerpendum*.

frons [nostra]. Pp T R B all. = *frons populo nostra*. G et r = *populo frons nostra*. Sb = *frons populo conveniat nostra*. Ideo vocem, quae iam Sw. e scholio adscita esse videbatur, uncis inclusi.

ne sordeat quidem. AgG R 𝔑 —

solidi auri caelatura descenderit: sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse. Id agamus, ut meliorem uitam sequamur quam uolgus, non ut contrariam: alioquin quos
3 emendari uolumus, fugamus a nobis et auertimus. Illud quoque efficimus, ut nihil imitari uelint nostri, dum timent ne imitanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem et congregationem. a qua professione dissimilitudo nos separabit. Uideamus, ne ista per quae admirationem parare uolumus, ridicula et odiosa sint. Nempe proposi-
4 tum nostrum est secundum naturam uiuere. Hoc contra naturam est torquere corpus suum et faciles odisse munditias et squalorem adpetere et cibis non tantum uilibus uti, sed tetris et horridis. Quemadmodum desiderare delicatas res luxuriae est, ita usitatas et non magno parabiles fugere dementiae. Frugalitatem exigit philosophia, non poenam: potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperetur uita inter bo-

𝔊 = *n e c sord. q.* Arg. b 𝔄 = *n o n sord. q.* V — *quidem.*

in quod. Pbg G Ee Rr T Sbc Pr. abd 𝔄 𝔑 — 𝔊 = *in q u o*, quod Sw. fortasse verum esse videbatur. De *quo* et *quod* confusis vid. Drkb. ad Liv. XXXVI, 33, 3. B = *argenti.* 𝔄 = *descend a t.*

contrariam. Germ. = *contrar i a.* 𝔍 = *contrar i u m.*

alioquin. T 𝔈 1. — 𝔐a = *alioqui.*

emendari. Ge (p s. m.) αβτ P 1. 3. 4. 𝔏 = *emenda r e.* P 2 = *imitari.*

fug. a nobis et avert. (P. 1. 3. 4. Col.?) 𝔈 1. — 𝔐a = *fug. et a nobis avert.* β = *fuga b i m u s a nobis et aver t e m u s.*

3. *efficimus.* G = *effic i e mus.* T = *facimus.*

velint V = *nolint.*

a qua profess. A — *professione* m∾. P 1. = *a qua professio n u m diss.* 𝔈 1. — 𝔐 = *a qua professio n i s diss. separabit.* 𝔏 — 𝔅 1. = ∾ — *nos.* Vb = *sepa r a t.*

ridicula. G (s ∾) αγζοτ = *ridic u l o s a.* e = *ridicu l o et od i o.* G — *Videamus — volumus.*

sint. 𝔐 = *fiant.*

propos. nostrum. G — *nostrum.*

4. *corpus suum.* Germ. = *corpus t u u m.* p = *et fac i l e odisse et i n s i d i a s.* s ∾.

G = *nundinas* m∾.

vilibus. e = *vili o r i b u s.*

tetris. Pp Ag 𝔄 = *certis.* T m∾ = *i n certis.* αγεζι Arg. b = *crudis.* G + *s e d e t i a m horridis.* e = *tertis vel teteris.* B + *tetris e t s o r d i d i s et horr.* E = *v i r i l i bus uti et certis.*

horridis. V = *sordidis.*

desid. delicatas res. Rr G 𝔑 — 𝔐a = *delic. res desid.* αζοτ = *p e t e r e delica t o s c i b o s.* cod. Jureti = *desiderare delicias res luxuriae est.*

luxuriae. Arg. b = *luxur i a.* g = *lux o r i a.* τ = *luxur i o s i.*

ita. p = *tam.*

parabiles. G P 1. 3. (cr. ∾) 4. o = *parat o s.*

dementiae. GR T Sc 𝔄𝔑 — 𝔐a + *est.* e = *dement i a e s t.* Sw. refert in Arg. b esse quod edidimus, sed Oberl. legit *dementia est.*

A = *philos. exigit.*

incompta. Germ. = *inconposita.* b = *compta.*

Hic mihi m. 𝔄 = *s e d mihi hic m.* r = *hic mod. mihi.*

BVG = *bonos et publicos mores.*

nos mores et publicos: suspiciant omnes uitam nostram, sed
agnoscant. Quid ergo? eadem faciemus, quae ceteri? nihil in- 5
ter nos et illos intererit? Plurimum. Dissimiles esse nos uolgo
sciat qui inspexerit propius. Qui domum intrauerit, nos po-
tius miretur quam supellectilem nostram. Magnus ille est, qui
fictilibus sic utitur, quemadmodum argento: nec ille minor est,
qui sic argento utitur, quemadmodum fictilibus. Infirmi animi
est pati non posse diuitias. Sed ut huius quoque diei lucellum 6
tecum communicem, apud Hecatonem nostrum inueni cupiditatium
finem etiam ad timoris remedia proficere. *Desines,* inquit, *ti-
mere, si sperare desieris.* Dices: quomodo ista tam diuersa
pariter sunt? Ita est, mi Lucili: cum uideantur dissidere, con-
iuncta sunt. Quemadmodum eadem catena et custodiam et mi-
litem copulat: sic ista, quae tam dissimilia sunt, pariter ince-
dunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire: utrumque 7
pendentis animi est, utrumque futuri exspectatione sollicitum.

suspiciant. Germ. TbBVArg.bε pars Gr. = *suscipiant.* T Col. + *non.* G = *sufficiant.*

omnes. Col. = *omnis.* Rβ = *homines.* r — *omnes.* P 2. = *non suspiciant homines vitam nostram.*

sed agnoscant. Germ. pars Gr. = *sed cognoscant.* VEe 𝔄 𝔈 1. + *sed non agn.* 𝔈 2. 𝔊 = ∾. 𝔈 = *et agnosc.* 𝔑 — 𝔅 𝔐 — 𝔖 + *sed et agnosc.* Omisi *et*, quod in meorum uno R apparet. Grut. ex Col. et aliis particulam refert: at Sanctolonius eam invenit tantum in ι aliena manu scriptam. Etiam Sw. e scholio irrepsisse videbatur.

5. *faciemus.* 𝔄 = *faciamus.* 𝔑 — 𝔗 = *facimus.*

𝔄 + *quae et ceteri.*

Plurimum. A = *multum.*

esse nos. p = *essonus* s∾. V = *nos esse vulgus.* v — *vulgo.* AG = *nos esse.* B + *nos et istos.* Col. — *esse.*

sciat. m𝔈 2. = *sentiat forte nesciat.*

A = *propius inspexerit.* p = *proprius.*

Germ. = *Qui domi nos potius miretur.*

quemadmodum arg. A = *sicut* — *quemadm. fict.* rαεζɔ = *ut.*

Infirmi. R 𝔑 — 𝔅 + *autem.*

AG = *non posse pati.*

6. A — *Sed ut huius* — *miser est.*

lucellum. β 𝔄 = *Lucilli mi.*

Hecatonem. 𝔄 = *Hecathonum.* e = *hexatorem.* RrGGerm gVT 𝔑 — 𝔊 = *Catonem* vel *Cathonem.*

cupiditatium = Pp, sed in p al. m. emend. *cupiditatum* = rell. mss. et vulg. Senecam eiusmodi Genitivos in *ium* formasse probant libri optimi Pariss. et Bamberg. vid. Ep. 12, 4. *voluptatium.* Ep. 94, 62. *civitatium.* Ep. 95, 23. *voluptatium.* cf. Gramm. Senec. cap. de Nomine.

p + *Dicis ergo.*

timoris. α = *timorum.*

tam diversa. 𝔄 — *tam.*

Ita est. Germ. = *Ita enim.* T = *Ita sunt.*

T — *coniuncta sunt.*

custodiam = Pp Sb (EVB) Mod. g𝔐 — 𝔖. e = *eandem* ∾ *custodia.* GRrρρTGerm.Gr. 𝔄 𝔑 — 𝔊 = *custodem.*

7. *sollicitum.* A Germ. v 𝔈 2. — 𝔅 1. = *solliciti.* rell. mei Sb Pr. b cod.Gron. 𝔑 — 𝔈 1. 𝔑u — 𝔖 = ∾. 𝔄 = *sollicitatur.*

Maxima autem utriusque causa est, quod non ad praesentia aptamur, sed cogitationes in longinqua praemittimus. Itaque prouidentia, maximum bonum condicionis humanae, in malum uersa est. Ferae pericula, quae uident, fugiunt. cum effugere, securae sunt: nos et uenturo torquemur et praeterito. Multa bona nostra nobis nocent: timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat. Nemo tantum praesentibus miser est. Uale.

EPISTULA VI.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Intellego, Lucili, non emendari me tantum, sed transfigurari. Nec hoc promitto iam aut spero nihil in me superesse, quod mutandum sit. Quidni multa habeam, quae debeant colligi, quae extenuari, quae attolli? Et hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod uitia sua, quae adhuc ignorabat, uidet. Quibusdam aegris gratulatio fit, cum ipsi aegros se
2 esse senserunt. Cuperem itaque tecum communicare tam subitam mutationem mei: tunc amicitiae nostrae certiorem fiduciam

causa est. e — *est.*
praesentia. p = *praesentiam.*
E = *aptatur.*
G — *providentia.* m∾.
in malum. P 1. 3. 4. ζτ + *etiam in m.*
versa est. VBζτScPr.a 𝔛 = *conversa est.*
effugere. V sν 𝔍 = *effugerint.*
venturo. p = *futuro.*
nostra nobis. Arg. b + *nostra vitio nostro nobis.*

Lib. I. Ep. 6.

Hanc epistolam connexam esse in Arg. b cum superiore Oberl. scribit.
ε 𝔛 + *mi Lucili.*
G = *emendari te.*
εζ = *ut spero.* 𝔛 = *autem spero.*
mutandum sit. Arg. b + *mut. non sit.* 𝔛 = *imitandum sit.*
Quidni. P cr. = *Cum.* αγ = *quin.* ζ = *qui.* ℜ — 𝔅 + *Quidni quod.*
multa. e + *quam multa.* o + *cum multa.*
Colligi = PArTBEe P 2. Ops. Mod. SbcPr.bd γε𝔇ι mo ℜ𝔖. p GR (V) rell. Gr. ℜ — 𝔐𝔞 = *corrigi.* Vid. Ind. s. v. *Colligo.*

extenuari. P. 1. 3. (cr. ∾) 4. Col. G (s∾) = *attenuari* — *extolli.*
Et hoc. r = *qui hoc.*
in melius. A + *mutati et.*
adhuc ignor. Vinc. Bell. Sp. H. IX, 117. = *prius ignor.* P 𝔛 = *adh. ignoravit.* ν = *adh. ignovit.*
In p folium excidit, ut vbb. *aegris gratulatio* — Ep. 8, 8. *potuit auferri* desiderentur.
cum ipsi aegros se esse = PGB ατu P 1. 2. 4. Col. Nicot. Sc 𝔛. Ee A Sb Pr.a b = *ipsos aegros se.* Pr.d ν ℜ — 𝔐 = *se ipsos aegros.* P 3. 𝔏 — 𝔐𝔞 = *se ipsi aegros.* V = *se ipsos esse aegros.*
senserunt. R Gr. = *sensere.* G ατrV Arg. b = *senserint.* ν = *noverunt.*
2. *itaque.* A = *utique* et sane frequens huius particulae usus apud Senecam.
mutationem mei. RG ℜ — 𝔐𝔞 = *mei mut.* 𝔛 = *mut. meam.*
T — *nostrae.*
T = *hab. fiduc.*

habere coepissem, illius uerae, quam non spes, non timor, non
utilitatis suae cura diuellit. illius, cum qua homines moriun-
tur, pro qua moriuntur. Multos tibi dabo, qui non amico, sed
amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere, cum animos in
societatem honesta cupiendi par uoluntas trahit. Quidni non 3
possit? Sciunt enim ipsos omnia habere communia, et quidem
magis aduersa. Concipere animo non potes, quantum momenti
adferre mihi singulos dies uideam. Mitte, inquis, et nobis ista,
quae tam efficacia expertus es. Ego uero omnia in te cupio
transfundere, et in hoc aliquid gaudeo discere, ut doceam: nec
me ulla res delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi
uni sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut 4
illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam. Nullius boni
sine socio iucunda possessio est. Mittam itaque ipsos tibi libros:
et ne multum operae inpendas, dum passim profutura sectaris,
inponam notas, ut ad ipsa protinus, quae probo et miror, acce-
das. Plus tamen tibi et uiua uox et conuictus quam oratio pro-
derit. In rem praesentem uenias oportet: primum quia homines 5
amplius oculis quam auribus credunt. deinde quia longum iter
est per praecepta, breue et efficax per exempla. Zenonem

coepissem. Arg. b = *te scissem.*
non spes. G (s∾) ℜ — 𝔗 — *non.*
cura div. 𝔛 = *causa div.*
pro qua mor. = PARrEeBSbPr. ab 𝔛 ℜ — 𝔐 𝔖. G aliquot Gr. 𝔏 — 𝔐𝔞 + *et pro mor.* u — *pro qua moriuntur.*
dabo. G + *vel aliquid simile.*
qui non amico. 𝔖 = *non qui am.* ex Arg. b. Sed mei omnes servant vulgatum ordinem, nec Oberl. quicquam ex Arg. b. annotavit.
Er = *caruerint.*
𝔛 = *honestam capiendi.*
3. A — *Quidni — dies videam.* 𝔛 = *Quid enim.* u = *quidni hoc possit.*
E + *ipsos amicos omnia.*
quantum momenti. G = *quot afferre.*
tam effic. u G (s∾) ℜ — ℭ2. = *tanta effic.* e = *causa effic.* si quidem Matth. recte interpretatus est scripturae compendium.
Omnia in te cupio. Gr. fere omnes, ex meis unus G + *omnia ista in te cup.* 𝔏 — 𝔐𝔞 + *ista omnia in te cup.* A 𝔛 = *omnia cupio in te.*
G ℜℜ — 𝔐𝔞 = *gaudeo aliquid.*
licet sit. Br ℜ — 𝔐𝔞 + *licet enim sit.*
sciturus sum. 𝔛 ℜ — 𝔐. 𝔏 — 𝔐𝔞 = *scit. sim.*
4. *ut illam.* A = *ut viam.* Pr.bd — *illam.*
γ = *nec renumptiem.*
A + *Nullius enim boni.*
ipsos tibi libros. Aνι (s∾) o (s∾) — *ipsos.* 𝔛 — *tibi.*
notas. A = *notulas*, quod Mod. proposuit (Ep. 2.) ex libris an ex ingenio.
ad ipsa protinus. 𝔐 — 𝔐𝔞 + *ad ea ipsa prot.* V = *ad ipsas pr.* G = *pro viciis (protinus).* γζ = *promptius.*
et viva vox. 𝔐 — *et.*
amplius. G = *prius.* s∾.
5. *quia longum.* Arg. b — *quia.*
iter est. e = *tunc est.* ℜ — 𝔗 = *inter est.*

Cleanthes non expressisset, si tantummodo audisset. Uitae eius interfuit, secreta perspexit, obseruauit illum, an ex formula sua uiueret. Platon et Aristoteles et omnis in diuersum itura sapientium turba plus ex moribus quam ex uerbis Socratis traxit.
2 Metrodorum et Hermarchum et Polyaenum magnos uiros non schola Epicuri, sed contubernium fecit. Nec in hoc te accerso tantum, ut proficias, sed ut prosis: plurimum enim alter alteri conferemus. Interim quoniam diurnam tibi mercedulam debeo, quid me hodie apud Hecatonem delectauerit dicam. *Quaeris,* inquit, *quid profecerim? Amicus esse mihi.* Multum proficit: numquam erit solus. Scito hunc amicum omnibus esse. Uale.

si tantummodo aud. = PA r Ee V Sb Pr.abd Ops. P 2. GRT Sc P 1. 3. 4. Col. 𝔄 ℜ — 𝔖 + *si eum tant. aud.* G P 4. = *si eum tantum non aud.*

Vitae eius. 𝔄 + *Vitae enim eius.*

perspexit. G (cr. ∾) αβζτο 𝔄 = *prospexit.*

observavit illum. E ι = *observabat ill.* 𝔄 — *illum.*

an ex form. GR quidam Pinc. P 1. (cr. ∾) 𝔄 = *ut ex form.* T — *ex.* G (m∾) ζ = *forma.* u V = *sui.* 𝔄 = *videret.*

Platon = PTe Sb Jur. Sw. in *Notis* hanc formam praefert, sed contextus tenet *Plato.*

Aristot. Vir quidam doctus ci = *Antisthenes.* vid. Diar. Litt. Hal. 1806. Suppl. p. 413.

in diversum. G = *universum* m∾. G = *sapientum.*

6. *Hermarchum* = Ae Sb. Ita scribendum esse primus docuit Villois. Anecd. II. p. 159. cf. Viscont. Iconogr. I. p. 216. all. T Arg. b βιE = *Hermarcum.* Pν r = *ermarchum* (in P *h* est ab al. m.). Rτ𝔐 — ℜu = *Hermachum.* o = *Ermachum.* G 𝔈 2. = *Erimachum.* α = *Eurimachum.* ζ = *Erimandrum.* Sed mitto has et alias librorum deteriorum in nominibus propriis alucinationes.

Nec in hoc te. R — *in hoc.*

accerso. Hanc formam restituo Senecae ex optimorum ll., immo omnium fere consensu. cf. Doederlein Synon. III. p. 281 sqq. De verbis *Arcessendi* et *Accersendi* comm. scr. R. Stuerenburg. Hildburgh. 1839. 4. r = *accersio.* G 𝔅 1. — 𝔖 = *arcesso.*

alter. e = *alterum.*

quoniam = mss. 𝔄 ℜ — 𝔅. 𝔈 1. — 𝔏 = *quia.*

e = *diuturnam.*

merced. B = *scedulam.*

Pr = *inquid.* G = *inquam.*

quid prof. A — *quid.* ℜ — 𝔈 2. — *hodie.*

𝔄 + *et apud.*

amicus. R γo P 3. Col. = *amicum.*

esse mihi. P 2. ι T (e) 𝔈 2 — 𝔐a + *coepi.* 𝔅 𝔈 1. + *coepit.*

proficit = PAE ρρ (exc. α) Arg. b (ut perspicue annotavit Oberl.) Pr. ab P 2. 4. 𝔄 ℜ — 𝔈 1. GTR α P 3. Col. (cr. P 1. 2.) B (Ve) 𝔈 2. — 𝔖 = *profecit,* quod magis respondet praecedentibus. r = *profeci.*

Rro 𝔄 ℜ — 𝔈 + *qui nunquam erit solus.* 𝔐 — 𝔐a post *solus* + *qui sibi amicus est,* quae in nullo ms. leguntur et debentur profecto coniecturae Mureti.

omnibus esse. Arg. b = *hominibus esse.*

EPISTULA VII.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quid tibi uitandum praecipue existimes, quaeris. Turbam. Nondum illi tuto committeris. Ego certe confitebor inbecillitatem meam. Numquam mores, quos extuli, refero: aliquid ex eo, quod conposui, turbatur. aliquid ex his, quae fugaui, redit. Quod aegris euenit, quos longa inbecillitas usque eo adfecit, ut nusquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquod nobis uitium aut commen-
dat, aut inprimit, aut nescientibus adlinit. Utique quo maior 2
est populus, cui miscemur, hoc periculi plus est. Nihil uero tam damnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo desidere: tunc enim per uoluptatem facilius uitia subrepunt. Quid me existimas dicere? Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior,

Lib. I. Ep. 7.

Quid tibi. G + *Quid enim t.* r — *tibi.* PE 𝔑 — 𝔗 = *Quod t.*

existimes. G (s∾) r P 1. 3. (cr. ∾) 4. 𝔗 — 𝔖. 𝔏 𝔐a = *existimem.* T = *extimes* i. e. *aestimes.*

Nondum — committeris = PA RrTEBVρρ (exc. στ) Sbc Prr. Ops. P 2. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔍. στ P 1. 3 4. Col. + *Nond. enim.* Sc 𝔄 = *tute.* G + *Nondum enim te* (n.). 𝔈 1. — 𝔐 = *illi te — commiseris.* 𝔏 — 𝔊ro = *Nondum enim — committeris.* 𝔑u 𝔐a = *N. enim tuto illi te commiseris.*

Ego. Col. = *Ergo.*

certe. P 2. 4. 3 (s∾) — *certe.*

confitebor = PAEVβε𝔇ιτ Sb Pr. abd tres Ops. P 3. Col. (P 2. = *contebor*, quod idem, si linea est supra *nt* posita) 𝔄𝔍. GT (B) Rr 𝔑 — 𝔐a = *confiteor.*

ex eo. P 1. 4. P 3 (cr. ∾) = *ex his.* Col. = *ex hiis, quos* cr. ∾. Col. = *turbavit.* cr. ∾.

P 3. Col. = *composuit.* cr. ∾.

redit. R Sb Pr. a 𝔑 — 𝔖 = *rediit*, quod Sw. non damnat.

usque eo adfecit. P — *eo.* GTBV ζστ P 1. 3. 4. Col. 𝔈 1. — 𝔐 = *usque adeo aff.* Rell. etiam Mod. = ∾. b 𝔈 1. = *afficit.*

ut nusquam. Rr βα 𝔑 — 𝔐 𝔊ro — 𝔐a = *ut nunquam.* Etiam Gr. Ops. Mod. = ∾.

reficiuntur. G (s∾.) mP 1. = *retinentur.* 𝔑 — 𝔖 = *inficiuntur.*

aliquod nobis. ε + *al. n. ingerit.*

commendat. Rr cr. P 3. 𝔑 — 𝔖 = *commodat.*

𝔄 — *nescientibus.*

adlinit. G (s∾) R αγετ = *illinit.*

2. *quo maior.* G = *quod m.*

miscemur = PAB Sb Pr. a 𝔍. G Rr T (ρρ EV) 𝔑𝔅 — 𝔐a = *commiscemur.* 𝔑𝔗 = *cum miscemur.* 𝔄 = *conversemur.* Sc = *conversamur.*

Nihil vero. ντ — *vero.*

tam damnosum. P 3. (s. m.) R 𝔑 — 𝔐 𝔍u — 𝔐a + *est tam d.* G (lit.) + *tam damn. est.* αι P 2. + *tam damn. bon. moribus esse potest.*

desidere. GRrBαβζστ P 1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔏 = *residere.* b = *dissidere.* E = *desiderare.*

AG = *subrepunt vitia.*

immo uero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi lusus aspectans et sales et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore adquie-
3 scant. Contra est: quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit. Nunc omissis nugis mera homicidia sunt: nihil habent quo tegantur. ad ictum totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis praeferunt. Quidni praeferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes? Omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus
4 suis obiciuntur. Interfectores interfecturis iubent obici, et uictorem in aliam detinent caedem. Exitus pugnantium mors est: ferro et igne res geritur. Haec fiunt, dum uacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis. Quid ergo meruit? Ut suspenda-

immo vero. E — *vero.*

Casu. AV — *Casu* — *non potest discere.* §. 6.

meridianum. T ιε = *meridianorum.*

aspectans = Pr Sc 𝔄. T αβεζνοτ (E) 𝔑 — 𝔅 𝔐 — 𝔖 = *exspectans.* GR Sb Pr. abd 𝔈 1. — 𝔊 = *spectans.* Utrumque scholion esse ratus verbum reposui minus usitatum. Grut. ci = *sperans.*

Col. = *acquiescunt*, quod praefert Grt.

3. *Contra est.* P = *contraria ars.*

ante pugn. Arg. b = *antea pugn.* 𝔄 = *autem p.*

misericordia. G = *maria.* mG = *in arena.*

T = *homic. fiunt.*

ad ictum. mι = *ad iocum.*

totis corpor. ν = *toto corpore.*

Col. = *plerisque.* 𝔑 = *plurique.*

paribus. GR αβζι 𝔑 — 𝔈 2. = *partibus.* γ = *patribus.*

postulaticiis. Arg. b = *postulaciis.* 𝔄 = *postulanciis.* αγ + *ut in expeditionem.* 𝔈 2. + *ut in expeditione.*

ferrum. r = *uni* s∾.

quo artes. = PTE Sbc Pr.abd Col. 𝔄 𝔈 2. — 𝔐. Rr P. 2. 3 (s. m.) 𝔑 — 𝔈 1. = *quo arces.* P 4. + *quo gladii quo artes.* GP 1. 3. 𝔏 — 𝔐a + *quo gladii artes.*

r = *mortis merae.* s∾. 𝔈 1. — 𝔊 = *mortes merae.* T = *mortis mores.*

spectat. suis. B + *homines obi.*

4. *Interfectores interfecturis* = Sc Pinc. ex. schol. 𝔄 𝔏 — 𝔖. ms. Gron. *interfecturis interfectores.* PGR T BEV γιοντ Sb. Prr. Gr. 𝔑 — 𝔊 = *interfectores interfectis*, quod ferri posse non temere quisquam dixerit. Cod. Mur. = *interfectores intersectis.* unde 𝔐 = *interfectores inter se.*

iubent. Rr P 3. 4. 𝔈 1. — 𝔖 = *iubentur.* Sw. in *Notis* praefert *iubent*, quod in rell. mss. et 𝔄 𝔑 — 𝔅.

𝔑 = *pugnacium.*

G = *victores* cr. ∾.

TErBανι (in hoc suppleta sunt) Sbc Pr.abd 𝔄 — *meruit? Ut suspendatur.* Itaque cum etiam a codd. Alderbac. Erlang. Norimberg. absint haec, delenda esse censet v. cl. Ludov. de Jan in Symbolis p. 10. Sed tuentur ea satis mss. optimi, nec est quod cum Jano offendamur Praes. temp. *suspendatur.* Restitui veterem distinctionem. In B totus locus *Quid ergo — moritur* perverso ordine legitur. Lips. ci = *ut sic perdatur.* De *patibulo* plura docet Grut. ad h. l. cf. etiam Sen. ap. Lactant.

tur. Occidit hominem. Quia occidit ille, meruit ut hoc pate-
retur. Tu quid meruisti miser, ut hoc spectes? Occide, uer-
bera, ure! Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum
audacter occidit? quare parum libenter moritur? Plagis agitur in 5
uolnera: mutuos ictus nudis et obuiis pectoribus excipiant. In-
termissum est spectaculum. Interim iugulentur homines, ne
nihil agatur.

Age, ne hoc quidem intellegitis mala exempla in eos re-
dundare qui faciunt? Agite dis inmortalibus gratias, quod eum
docetis esse crudelem, qui non potest discere. Subducendus
populo est tener animus et parum tenax recti: facile transitur
ad plures. Socrati et Catoni et Laelio excutere morem suum
dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrum, qui cum
maxime concinnamus ingenium, ferre inpetum uitiorum tam
magno comitatu uenientium potest. Unum exemplum luxuriae 6
aut auaritiae multum mali facit: conuictor delicatus paulatim

Instt. VI, 17, 28. *sive extendendae per patibulum manus.*

Quia occidit = mss. 𝔄 𝔑 — 𝔐. 𝔏 — 𝔖 = *q u i occ.* alterum illud recte restituit Janus. l. l. Erl. Jani = *quem occ.* B = *et occisus ille meruit.*

B = *Tu qui d e m.*

Occide, verbera, ure = mss. 𝔄. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *Occ. ure verb.*

𝔄 — *tam* et = *currit.* v = *tam timi d u s.*

in ferrum. R = *in f u r tum.* s∾.

T — *quare parum audacter.* G = *audaciter occiditur.* B = *tam* (s = *parum*) *auda c e m.*

5. *agitur.* 𝔈 2. — 𝔐𝔞 = *aguntur.*

mutuos. Col. (E) V 𝔑 — 𝔐𝔞 + *e t mutuos.* 𝔖 = *u t mut.*, quam partic. refert ex Arg. b: at Oberl. in eo nihil particulae conspici testatur, et ipsi Sw. postea videbatur delenda esse.

excipiant. Rr Sc Prr. P 2. (s. m.) P 3. (s. m.) 𝔄 𝔑 — 𝔐𝔞 = *exci- pi u n t.* αζτ = *r e cipiant.* G P 3. 1. 4. Col. ms. Gron. = *r e cipi u n t,* quod amplectitur Grut., et probat Gron. Sw. ex Arg. b refert *excipiant,* sed Oberl. *excipi a t.* Etiam duo Ops. = ∾.

iugulentur. (B) 𝔄 𝔈 1 — 𝔐 𝔊𝔯𝔬 — 𝔐𝔞 = *iugul a n t u r.* Cum totus hic locus diverbii formam prae se ferat, alicubi vulgatam distinctionem mutavi.

G — *Age* m∾.

ne hoc quidem. r G γντ 𝔑 — 𝔅 = *n e c h. q.* G γζτ = *intelli g i s.*

𝔄 = *Ag e dis im.*

r — *esse crudelem.*

G (s∾) αζ = *ten e n s recti.*

et Catoni. 𝔑 — 𝔐𝔞 — *et.* 𝔄 = *Platoni.*

morem suum = AE βτ Arg. b Sc 𝔄 𝔖. Sb PT r G (s.m.) βεξι Pr.abd = *mor t e m su a m.* RG mβ 𝔑 — 𝔐𝔞 = *m e n t e m suam.* α = *bonitatem s.*

adeo. P = *ideo.*

V = *impet u s.*

cum maxime. 𝔑 — 𝔊 — *cum.* v = *q u a m max.* V τξ (s. m.) P 1. (s. m.) = *l i c e t max.*

concinnamus. G P 3. (p. m.) P 1. 4. Col. = *con t i n u a mus.* R 𝔑 = *concinamus.*

tam magno. 𝔄 = *c u m magno.*

V = *i r ruentium.*

potest. R (l.) = *pos s i t.*

6. *luxuriae.* r P 1. 4. 3. (n.) 𝔑 — 𝔐𝔞 + *a u t lux.* G = *u t lux.*

mult. mali. r = *mult. m a l u m.*

G Sc 𝔄 = *fecit.* V = *fac i a t.*

eneruat et mollit. uicinus diues cupiditatem inritat. malignus comes quamuis candido et simplici rubiginem suam adfricuit: quid tu accidere his moribus credis, in quos publice factus est inpetus? Necesse est aut imiteris, aut oderis. Utrumque autem deuitandum est: neue similis malis fias, quia multi sunt, neue
7 inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipse, quantum potes. cum his uersare, qui te meliorem facturi sunt. illos admitte, quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, et homines, dum docent, discunt. Non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium, ut recitare istis uelis aut disputare: quod facere te uellem, si haberes isti populo idoneam
8 mercem. Nemo est, qui intellegere te possit. Aliquis fortasse, unus aut alter incidet: et hic ipse formandus tibi erit instituendusque ad intellectum tui. Cui ergo ista didici? Non est quod timeas ne operam perdideris, si tibi didicisti.

Sed ne soli mihi hodie didicerim, communicabo tecum quae occurrerunt mihi egregie dicta circa eumdem fere sensum tria: ex quibus unum haec epistula in debitum soluet, duo in anteces-

mollit = PA EB Arg. b. 𝔄 𝔑 — 𝔚. ℭ 1. — 𝔐𝔞 = *emollit.*

comes quamvis. B illico pergit ad Ep. 13, 12. *certius sit:* sed hic omissa repetit post Ep. 41.

his moribus. 𝔐 — 𝔏 ℑ𝔲 contra omnium librorum mss. fidem — *moribus*, quod defendit et explicat Gron.

G = *putas* s∾.

G = *inniteris.* m∾.

G — *aut oderis.* m∾.

neve = mss. (etiam Jani, qui primus ita correxit) 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *ne vel.* G = *ne vel inimicus.*

quia dissim. = mss.

7. *in te ipse.* R 𝔄 𝔑 — 𝔚 ℑ = *in te ipso.* P 1. 3. Col. ℭ 1 — 𝔐𝔞 = *in te ipsum*, quod etiam in G ον.

G (n.) 𝔄 ℑ = *conversare.*

r = *putes facere.*

T = *fiant.*

et homines. Arg. b = *ut hom.*

Non est quod = PA G Rr TEV Sb Pr.bd Ops. Gr. ρρ 𝔄 𝔑 — 𝔊 𝔏. 𝔐 (ex Pinc. vet. lect.) ℑ𝔲 — 𝔖 + *Non est ergo q.*

B Arg. b ζ = *recitare ista.*

mercem = PAREVενSb Pr.bd Ops. m. P 3. ms. Gron. 𝔄. βγζ Sc 𝔑 — 𝔚 = *mercedem.* ον + *mercedem vel mentem.* GTrGr. ℭ 1. — 𝔐𝔞 = *mentem.* Gron. ci = *artem.*

8. A r = *te intell.* α — *te.* P = *fortassis.*

G B αγον + *aut unus aut.*

Cui ergo ista = PAGE Rr B γιξον all. ρρ Ss. Gr. 𝔄. TV 𝔑 — 𝔐𝔞 + *cui ergo, inquis, ista.* ν — *ista.*

G (s∾) P 1. 3. 4. = *didicisti*, quod non contempsit Grut.

𝔄 + *Non est ergo.*

si tibi did. Arg. b Pinc. v. l. 𝔄 𝔐 𝔖 — *si.* Sw. „coniunctivam, inquit, particulam meliores omnes mss. ignorant.“ At mei omnes servant. r = *cum didic.*

soli mihi = PA r T. G 𝔄 𝔑 — 𝔖 = *mihi soli.*

AGEB = *occurrunt.*

EV — *fere.* 𝔄 = *vero.* G = *egr. fere circa eumd. s.*

ι + *et tria.* 𝔄 — *tria.*

𝔄 — *in debitum* et = *solvit.*

sum accipe. Democritus ait: *Unus mihi pro populo est, et
populus pro uno.* Bene et ille, quisquis fuit, (ambigitur enim
de auctore,) cum quaereretur ab illo, quo tanta diligentia artis
spectaret ad paucissimos peruenturae: *Satis sunt*, inquit, *mihi
pauci, satis est unus, satis est nullus.* Egregie hoc tertium 9
Epicurus, cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet:
Haec, inquit, *ego non multis, sed tibi: satis enim magnum
alter alteri theatrum sumus.* Ista, mi Lucili, condenda in
animum sunt, ut contemnas uoluptatem ex plurium adsensione
uenientem. Multi te laudant. et quid habes cur placeas tibi, si
is es quem intellegant multi? introrsus bona [tua] spectent.
Uale.

EPISTULA VIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Tu me, inquis, uitare turbam iubes, secedere, et conscientia esse contentum. Ubi illa praecepta uestra, quae imperant in actu mori? Quod ego tibi uideor interim suadere, in hoc me recondidi et fores clausi, ut prodesse pluribus possem. Nul-

G αζο = *excipe.* s∾.

ille quisquis. GR αγζστ P 1. 3. 4. Col. + *ille dixit quisq.*

ambigitur. P = *ambitur.*

Arg. b = *auctoritate.*

G = *expectaret* (m∾.)

ζ + *pauciss. dies.*

9. *satis est nullus.* 𝔄 — *est.*

𝔄 = *Hoc ego, inquit.*

GR αβγζιστ V P 1. 3. 4. Col. Sc 𝔄 ℜ — 𝔈 1. = *in animo.*

volupt. Col. = *voluntatem.*

ζ = *assentione vel assentatione.* κ = *associatione.* mι = *assertione.*

et quid = PArG Sbc Pr. ad 𝔄 ℜ — 𝔈 1. T — *Et.* R — *quid* m∾. αγ = *Sed quid.* 𝔈 2. — 𝔐a = *Ecquid.*

B = *quo placeas tibi.*

intellegant multi = PARrνBEV Ss. 𝔄 ℜ — 𝔅. G rell. ρρ (exc. εζ) = *multi intelligant.* T = *intelligunt multi.* εζ 𝔈 1. — 𝔐a = *multi intelligunt.*

bona [tua]. P Sb (Oberl. = *bona sua*) Pr.a — *tua:* quamobrem suspectum habeo Pronomen.

T = *spectant.* r = *spectentur.*

Lib. I. Ep. 8.

B = *Tu me inquis mones vitare.*

G = *sedere et.*

G ζσκτ = *praecepta tua.* γ = *pr. vera.* 𝔍 = *nostra pr.* 𝔄 = *pr. nostra.*

Quod ego tibi videor interim suadere, in hoc = mss. omnes (exc. G Sbc P 1. ε = *Quid*, quod in 𝔄 ℜ — 𝔅) 𝔈 1. — 𝔊. P 1. + *Quid enim.* 𝔐 — 𝔅 1. 𝔖 = *Quid? — interim sedere* ex ci. Mur. ℜu 𝔐a = *inertiam suadere* ex ci. Gron. Sc 𝔄 = *Quid ergo.* Sw. ineptam vocat hanc scripturam, quam ego secutus sum nec indigere arbitror interpretatione. ιP 2. *dissuadere interim.*

clausi. PT = *clusi.* et recte fortasse.

possem = mss. edd. ante Lips., a quo propagatum *possim*, quod corrigendum esse monuit Janus l. l.

lus mihi per otium dies exit. partem noctium studiis uindico. non uaco somno, sed succumbo et oculos uigilia fatigatos cadentesque in opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus,
2 sed a rebus, et inprimis a rebus meis. Posterorum negotium ago: illis aliqua, quae possint prodesse, conscribo. salutares admonitiones, uelut medicamentorum utilium conpositiones, literis mando, esse illas efficaces in meis ulceribus expertus, quae, etiamsi persanata non sunt, serpere desierunt. Rectum iter, quod sero cognoui et lassus errando, aliis monstro. Clamo: Uitate quaecumque uolgo placent, quae casus adtribuit. ad omne fortuitum bonum suspiciosi pauidique subsi-
3 stite. Et fera et piscis spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista fortunae putatis? insidiae sunt. Quisquis nostrum tutam agere uitam uolet, quantum plurimum potest, ista uiscata beneficia deuitet. in quibus hoc quoque miserrimi fallimur: habere nos putamus, haeremus. In praecipitia cursus iste deducit.

partem noctium. γ + *partem enim noctium.* G ζιο P 1. 2. 3. 4. (cr. ∾ in quibusdam) ed. Tauchn. = *partes n.*

sed a rebus, et inprimis a rebus meis. R (ιξ al. m.) 𝔑 — 𝔖 + *sed etiam.* R 𝔑 — 𝔖 = *primum.* R 𝔐 — 𝔖 — *rebus.* R om. etiam *a* ante *rebus.* Scriptura a me recepta est in mss. non meis tantum, sed etiam Sbc Pr.abd.

2. ι = *negotia ago.*

A r 𝔄 = *possunt prod.*

conscribo Arg. b. = *cum scribo.* EV 𝔊 = *scribo.*

A + *salutares res et admonitiones.*

V = *medicaminum.*

ulceribus. Sc = *vulneribus.* Arg. b = *visceribus.*

etiamsi. 𝔑 — 𝔈 1. = *etsi.*

P — *persanata.* G = *personata.*

GR βεο 𝔑 = *lapsus errando.* *monstro.* G = *ministro.*

ν = *Clamo: vita.* Arg. b = *Clamositate.* 𝔄 𝔑 — 𝔈 1. = *Clamo vitare.*

quaecumque volgo. AG — *cumque.* 𝔑 — 𝔗 + *quaecumque quae.*

quae casus. 𝔄 = *quaecunque casus.*

G = *tribuit* s∾.

suspiciosi. Scalig. in Castigatt. Festi = *subsidiosi* ex cod. Nic. Fabri. r 𝔑 — 𝔅 = *suspiciosus pavidusque subsiste.*

3. b = *et pisces.*

Munera ista. r B αβι + *M. ista quae.*

AG (mG∾) — *fortunae.*

Quisquis nostrum. Ops. Pinc. b 𝔄 𝔖 = *Q. vestrum.* Sw. ad commendandam hanc scripturam laudat mss. nescio quos. Certe Oberl. in Arg. b non legit *vestrum.*

Arg. b = *agere volens vitam.* B + *agere tutam vitam.*

in quibus hoc. 𝔄 = *in q. nos.* GR — *hoc.* B αβγζι + *ex hoc.*

r = *miseri.* 𝔑𝔗 = *miserum.*

habere nos. 𝔑 — 𝔐 + *quod hab. nos.* αγζ + *quia dum hab. nos.* ευ + *quia quae h. n.* P 3. + *quod dum h. n.* sed duae hae voces erasae sunt.

habere. T = *abire.*

haeremus = PAGRTE ρρ (exc. αγζ) Sb Pr. a (b) d Gr. 𝔑 — 𝔊. ευ + *his haeremus.* αγζ Pinc. v. l. 𝔄 𝔐 — 𝔐 = *habemur.* r = *acremur.* B = *et habemus.* *Haerere* tam Graeco ἔχεσθαι respondere quam *viscatis beneficiis* Sw. docet.

huius eminentis uitae exitus cadere est. Deinde ne resistere quidem licet, cum coepit transuersos agere felicitas. Aut saltim rectis, aut semel fruere. Non uertit fortuna, sed cernulat 4
et adlidit. Hanc ergo sanam ac salubrem formam uitae tenete, ut corpori tantum indulgeatis, quantum bonae ualitudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat: cibus famem sedet, potio sitim exstinguat, uestis arceat frigus, domus munimentum sit aduersus infesta corporis. Hanc utrum caespes erexerit, an uarius lapis gentis alienae, nihil interest: scitote tam bene hominem culmo quam auro tegi. Contemnite omnia, 5
quae superuacuus labor uelut ornamentum ac decus ponit. Cogitate nihil praeter animum esse mirabile, cui magno nihil ma-

𝔗 = *In principio cursus.* 𝔗 — *cadere est.*

GR = *nec res. quidem.*

GR r βγεζιτ 𝔑 — 𝔖 = *cum coeperit.* 𝔗 = *cum conceperit.*

saltim = PT duo Ops. 𝔑. A — *Aut saltim — fruere.* Sc = *solum.* P 2. 𝔑 = *retis.* r = *recte.* 𝔗 Sc + *aut timet facere eos scilicet qui hoc faciunt.* GT Rr ρρ (exc. β𝔖ιν) P 1. 2. 4. optimus Lips. Pr.a 𝔑 — 𝔊𝔏 — 𝔐a = *aut temet.* P β𝔖ιν EV P 3. Col. Ops. Sb Pr.b d = *aut semel.* B + *aut temet semel.*

fruere = PE Rr T ρρ B Arg. b (Sw. legit *fuere*) Pr. a P 2. unus Ops. 𝔑 — 𝔖 𝔑u 𝔐a. Col. tres Ops. Sb (?) = *fuere.* P 1. 3. 4. optimus Lips. 𝔏 𝔍u — 𝔅 1. = *frueris.* V totum locum sic exhibet: *Agere felicitas, aut semel fugere. Non evertit.* Unus ex Mureti libris = *Aut rectus statim, aut semel fugere*, unde ille ci. = *Aut rectus sta, aut semel fuge.* Sw. arripuit Opsopoei coniecturam *ruere*, quam explicat: „*aut saltem rectis* (velis) navigare portumque tenere, *aut semel ruere!*" Sed *ruere* minime est navigationis, neque in his Sen. usus est imagine. Sensus: Aut in universum rectis (honestis) fruere, aut falsis (pravis) semel tantum i. e. cave, ne incidas in peccandi consuetudinem. Post *fruere* 𝔗 𝔑 — 𝔐a + *Qui hoc faciunt.* Aliquod ρρ Pr. ar P 1. 3. 4. + *Eos qui hoc faciunt.* A rell. mss. absunt.

4. *Non vertit.* 𝔗 𝔑 — 𝔐a = *N. evertit.*

sed cernulat. αγ — *sed.* 𝔗 = *s. cervulat.* 𝔈 1. — 𝔖 𝔑u 𝔐a = *cernuat.* Col. (p. m.) *tremulat.* G P 3. = *turulat.* mG∾. τ = *cervulat vel ferulat.* ζ = *ferulat.*

adlidit. P 1. 3. 4. = *elidat.* Haec cum superioribus Gron. sic coniectura restituit: *Aut statum rectus aut temet tene. non vertet fortuna; se cernuet et allidet.*

ac salubrem = PATB 𝔍. vulg. = *et sal.*

tenete — indulgeatis = PAT β𝔖ιλξ VEB Sbc 𝔗. Rr ν 𝔑 — 𝔈 1. = *tene — indulgeas.* P 1. (s. m.) 𝔈 1 — 𝔐 = *teneto — indulgeas.* G plerique Gr. 𝔏 — 𝔐a = *tenere memento — indulgeas.*

R = *sat est.*

G = *cibos — sedat sed et potus si sitim exstinguant.* TEVB δν + *sed et potio.*

infesta corporis = omnes mss. 𝔗𝔑 — 𝔈 1. 𝔍. 𝔈 2. — 𝔖 = *inf. corpori.*

erexerit. quidam Pinc. = *extruxerit.*

scitote = PA R (del. *te*) r BEV αβγζντ P 2. Col. Sbc Pr.bd 𝔗 𝔈 1. — 𝔖. 𝔑 = *scio te.* 𝔑 — 𝔅 = *scito te.* G 𝔐 — 𝔐a = *scito.*

5. *Contemnite* = PA TBE V δζιο P 2. Col. Sbc 𝔗. GR r P 1. 3. 4. 𝔑 — 𝔐a = *Contemne.*

R + *ad ornamentum.* G = *ornamenta et decus.*

Cogitate = PATEB αβγζιοτ P 2.

gnum est. Si haec mecum, si haec cum posteris loquor, non uideor tibi plus prodesse, quam cum ad uadimonium aduocatus descenderem, aut tabulis testamenti anulum inprimerem, aut in senatu candidato uocem et manum commodarem? Mihi crede: qui nihil agere uidentur, maiora agunt: humana diuinaque simul
6 tractant. Sed iam finis faciendus est et aliquid, ut institui, pro hac epistula dependendum. Id non de meo fiet: adhuc Epicurum conplicamus, cuius hanc uocem hodierno die legi: *Philosophiae seruias oportet, ut tibi contingat uera libertas.* Non differtur in diem, qui se illi subiecit et tradidit. Statim circumagitur: hoc enim ipsum philosophiae seruire libertas est. Potest fieri, ut me interroges, quare ab Epicuro tam multa bene
7 dicta referam potius quam nostrorum: quid est tamen, quare tu istas Epicuri uoces putes esse, non publicas? Quam multi poëtae dicunt quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda! Non adtingam tragicos nec togatas nostras. habent enim hae quoque aliquid seueritatis et sunt inter comoedias ac tragoedias mediae.

Col. Mod. Sb duo Ops. 𝔑 = *cogita te.* GR r rell. ρρ P 1. 3. 4. = *Cogita.* 𝔑 — 𝔐a = *Cogita in te*, quod in nullo ms. legitur.

Si haec — *si haec* = AB αβγε E Arg. b plerique Gr. Pr.a. PT = *Si haec* — *si hoc.* G = *Sed haec* — *si hoc.* Rr 𝔄𝔑 — 𝔐a = *Si hoc* — *si hoc.* 𝔖 = *Si haec* — *si cum post.* putabat enim Pıon. e scholio repetitum.

r Sc Pr.a = *si hoc post.* sine *cum.*

Gζ = *loquar.* rTV 𝔄 + *loquor si magnus fuerit animus.* T = *plura prodesse.*

T — *inprimerem.* 𝔄 = *imponerem.*

TG (Gs∾) = *candido.*

A = *vocem aut m.* P = *vocem ex magnum s: l'eximiam.*

qui nihil. Pinc. 𝔈𝔊 + *q. n. vel minora.*

𝔑 — 𝔈 1. — *simul.*

V = *tractantes.*

6. *dependendum.* P sG = *deponendum.* G αζιτ = *deprehendendum.* ν = *imponendum.*

conplicamus = PA sG R r TBEV αβγε m.τ Sbc Pr. ab Ops. Erm. P 2. 𝔄 𝔑 — 𝔈 1. νο Pr.d (Sb s.m.) 𝔈 — 𝔐 = *compilamus* ex ci. Erm. G P 1. 3. 4. Col. cod. Lips. 𝔏 — 𝔖 = *replicamus.* Significat Sen. se adeo recentem esse a lectione Epicuri ut in eo *conplicando adhuc* versetur. *Compilamus* et *replicamus*, quae a deterioribus libris commendantur, sunt librariorum emendantium.

V — *in diem* et — *Statim circumagitur.* E = *potest contingere.*

7. V — *tamen.*

A — *Quam multi* — *mediae.*

Quam multi p. = PB Sbc Pr.abd all. 𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *Quam multa p.*

quae philosophis = PTE Sb (p. m.) Pr.bd Ops. 𝔄𝔑 — 𝔐a + *a phil.*

GR (s∾) — *aut* ante *dicta.*

V — *Non adtingam* — *dicenda sunt.*

nec togatas = PEB ν Sb Pr.abd P 3. Col. GR r T 𝔄 𝔑 — 𝔖 = *aut tog.* P 1. 4. = *vel tog.* GR r Gr. Sc plerique ρρ 𝔄𝔑 — 𝔈 1. = *togatos.*

GR r Sb Pr.ab 𝔑 — 𝔈 1. = *haec* — *media.* Sc 𝔄 — *enim hae.*

Sb cod. Jureti = *securitatis.* Sc 𝔄 = *serenitatis.* Juret. ci. = *serietatis.*

com. ac trag. = PrSc. vulg. = *com. et trag.*

quantum disertissimorum uersuum inter mimos iacet! quam multa
Publii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt! Unum uer- 8
sum eius, qui ad philosophiam pertinet et ad hanc partem, quae
modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostro habenda:

Alienum est omne, quicquid optando euenit.

Hunc uersum a te dici non paulo melius, sed adstrictius memini:

Non est tuum, Fortuna quod fecit tuum.

Illud etiamnunc melius dictum a te non praeteribo:

Dari bonum quod potuit, auferri potest.

Hoc non inputo in solutum, de tuo tibi. Uale.

EPISTULA IX.

Seneca Lucilio suo salutem.

An merito reprehendat in quadam epistula Epicurus eos, qui dicunt sapientem se ipso esse contentum et propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obicitur Stilboni ab Epicuro, et his quibus summum bonum uisum est animus inpatiens.

ν = *versuum medium inter.*
G P 3. (s∾) = *ad mimos inter* [n.] *iacet*, quod etiam in P 1. 4. BE = *inter minos.* εζ P 4. = *inter nos.* T = *inter minas.*

P = *Publilii* et *quothurnatis.* αν + *sed ex coth.*

8. V = *unum versum Publii.* A = *est in manibus.* P 3. = *fluit in man.* Col. + *quae modo fuit Saturnalium in man.*

T = *referemus.*

𝔑 — 𝔗 = *neget.*

in nostro = 𝔄 𝔑 — 𝔊 mss. exc. G αζτ P 1. 3. 4., qui = *in proprio*, quod est alterius scholion. 𝔐 — 𝔖 = *in nostris.*

A — *omne.*

evenit = PATBErρρ (exc. αβζ) P 1. 4. Col. Sbc Pr.abd 𝔄. GR αβ P 2. 3. 𝔑 — 𝔖 = *venit.* ζ = *pervenit.*

sed adstrictius = mss. 𝔄 𝔑 — 𝔊 et probat Sw. 𝔐 — 𝔖 = *et adstr.*

𝔄 = *quod facit fort.*

A — *Illud* — *praeteribo.* G = *Illud etiam a te non melius dictum non praeteribo.*

𝔄 = *dare* et *auferre.*

A — *Hoc non* — *tibi*, quae in b alia manu sunt suppleta.

P 2. Col. = *Hoc non puto.*

𝔄 — *in* ante *solutum.*

de tuo tibi. Grut. ci. = *do tuum tibi.*

Lib. I. Ep. 9.

A — *An merito* — §. 4 *in locum amissi.*

se ipso esse. βε — *esse.*

𝔄 — *desideras scire.*

Stilboni = mss. (p = *Stillaboni*) 𝔄 𝔑 — ℭ. 𝔊 — 𝔖 = *Stilponi* ex emend. Pinc. Non dubitavi codicum auctoritatem sequi constanter *Stilbon* scribentium, quamquam a Graecis Στίλπων dicitur. Apud Ciceronem quoque Acad. prior. II, 24, 75. Hervag. (1534.) Victor. (1536.) Manut. (1555.) habent *Stilbonem.* V — *Stilboni.*

V — *summum.*

ε Sc = *visus est.* T — *visum.*

V = *animus impassibilis.*

In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπάθειαν uno uerbo cito uoluerimus et *inpatientiam* dicere. Poterit enim
2 contrarium ei, quod significare uolumus, intellegi. Nos eum uolumus dicere, qui respuat omnis mali sensum: accipietur is, qui nullum ferre possit malum. Uide ergo, num satius sit aut *inuolnerabilem animum* dicere, aut *animum extra omnem patientiam positum*. Hoc inter nos et illos interest: noster sapiens uincit quidem incommodum omne, sed sentit. illorum ne sentit quidem. Illud nobis et illis commune est sapientem se ipso esse contentum: sed tamen et amicum habere uult et uici-
3 num et contubernalem, quamuis sibi ipse sufficiat. Uide quam sit se contentus: aliquando sui parte contentus est, si illi manum aut morbus aut hostis exciderit. si quis oculum casus excusserit, reliquiae illi suae satisfacient, et erit inminuto corpore et amputato tam laetus, quam integro fuit. Sed quae sibi desunt, non desiderat: non deesse mauult. Ita sapiens se con-

V — *In ambigitatem* — §. 2. *patientiam positum.*

ἀπάθειαν. T = *apathian.* Pp = *aphathian.* γη Sb = *aphatian.* τ = *affatian.* ν = *affatiam.* GRB rell. ϱϱ Sc 𝔄 𝔑 — 𝔈 1. = *affatim.* r exhibet notas quasdam, quae Graece olim vocem scriptam fuisse testantur.

cito = mss. 𝔄 𝔑 — 𝔊. 𝔐 ex ci. Pinc. = *scite*, quod tenuerunt 𝔏 — 𝔅 1.

2. *Nos eum* = Pp E αβν Sbc Pr.abd plerique Gr. Ops. 𝔏. GB = *Nos enim vol.* et mox = *quod.* RrT all. 𝔑 — 𝔐 𝔍u — 𝔐a + *Nos enim eum.*

respuat = mss. edd. ante 𝔖. Sw. cur *respuit* scripserit, nescio.

T + *accipietur et is.*

p = *refferre possit.* 𝔄 = *possit facere.*

G𝔐 = *ne satius sit.* Col. *utrum satius sit.* η = *sanctius.*

involnerabilem. G = *invincibilem.*

· *positum.* G = *dicendum.*

T = *sapiens vicit.*

G 𝔑 — 𝔊 = *nec sentit quidem.*

nobis et illis = Pp Rr BV ϱϱ (exc. τ) aliquot Gr. Sbc Pr.bd 𝔄 𝔑 — 𝔅. G Tτ 𝔈 1 — 𝔐a = *nobis cum illis.*

R 𝔄𝔑 — 𝔊 = *sed tamen amicum* sine *et.*

3. *aut hostis.* 𝔄 + *aut h. aut gladius.*

exciderit = PpTEVB P 2. Ops. Sbc Pr.bd εζιν 𝔄. G Rr P 1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔐a = *inciderit.* Grut. ci. = *inviderit.*

oculum. G αβζιοτ + *illi oculum.* Pp Rr TE βεζν 𝔑 — 𝔅 + *oculum vel oculos.* B γ + *oc. aut oculos.* 𝔄 + *oc. aut oculi.*

casus = PpTBEV Pinc. (P 1. 2. 4.?) Ss. 𝔄 𝔐 — 𝔅 1. G Rr P 3. Col. 𝔑 — 𝔊 𝔑u 𝔖 = *casu.* Sed illud repositum voluit Sw.

RB Sbc = *in minuto.*

BE Sbc P 2. Col. 𝔄𝔍 + *in integro.* G P 1. 3. 4. + *cum integro.*

𝔄 — *fuit.* Pinc. quidam + *tam laetus animus.* alii eiusdem = *quam quum integer fuit.*

Sed quae. E = *Si quae.* 𝔈 — 𝔅 1. male ex ci. Pinc. = *Quae — sed non deesse.*

Pr.bd = *sunt* pro *desunt.*

Pr.a 𝔈 1 — 𝔊 𝔑u 𝔐a = *num desiderat?* Censor editionis Ruhk. in Diar. Litt. Jen. ci. = *non desiderat: num deesse mavult?*

Sc 𝔄 = *nec deesse.* Col. +

tentus est, non ut uelit esse sine amico, sed ut possit. et
hoc, quod dico *possit*, tale est: amissum aequo animo fert.
Sine amico quidem numquam erit: in sua potestate habet, quam
cito reparet. Quomodo, si perdiderit Phidias statuam, protinus 4
alteram faciet: sic hic faciendarum amicitiarum artifex substi-
tuet alium in locum amissi. Quaeris, quomodo amicum cito
facturus sit: dicam, si illud mihi tecum conuenerit, ut statim
tibi soluam quod debeo, et quantum ad hanc epistulam, paria
faciamus. Hecaton ait: *Ego tibi monstrabo amatorium sine
medicamento, sine herba, sine ullius ueneficae carmine. Si
uis amari, ama.* Habes autem non tantum usu amicitiae ue-
teris et certae magnam uoluptatem, sed etiam initium et conpara-
tionem nouae. Quod interest inter metentem agricolam et se- 5
rentem, hoc inter eum qui amicum parauit, et qui parat. At-
talus philosophus dicere solebat: *Iucundius esse amicum fa-
cere quam habere. quomodo artifici iucundius pingere est
quam pinxisse.* Illa in opere suo occupata sollicitudo ingens
oblectamentum habet in ipsa occupatione. Non aeque delecta-
tur, qui ab opere perfecto remouit manum: iam fructu artis
suae fruitur, ipsa fruebatur arte, cum pingeret. Fructuosior
est adulescentia liberorum, sed infantia dulcior. Nunc ad pro- 6

et non deesse. Rτ P 3. + *dum non deesse.* G = *dum deesse.* Mod. Ep. 36. = *et ut quae sibi desunt, non desiderat, sed non deesse mavult; ita sapiens.*
V = *et quod dico.*
ζ Col. P 3. = *feret.*
E — *quidem.*
reparet. Sc 𝔄 = *reperit.*
4. *sic hic* = Pp Rr GTE Arg.b 𝔄 ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 + *sic et hic.*
Vϼϼ (exc. β𝔖νξτ) = *in loco amissi.* τ = *loco am.*
𝔄 — *cito.*
AG ζι = *facturus sis.*
A — *dicam — faciamus.* sed al. m. supplevit post ep. sequentem.
R ℜ — 𝔈 1. = *quod debeam.*
G + *pertinet* post *epistul.*
𝔖 — *paria faciamus.*
Sc = *Catho.*
Habes autem non tantum usu amicitiae — conparationem = Pp ArTBV α. Accedunt GER Arg. b rell. ϼϼ Gr. ℜ — 𝔊, praeterquam quod praeferunt *usum:* nullum vero vitium in mss. saepius deprehenditur quam *m* Ablativis I. IIII. V. Decl. additum. 𝔄 = *Habes — in usum.* Pinc. castigavit „partim ex vetere lect. partim ex coniectura" = *Habes autem non tantum usu amicitiae veteris et certae magnam volupt.*, *sed etiam initio et comparatione novae.* 𝔐 — 𝔖 ex ci. Mur. = *Habet — usus — comparatio.*
5. V — *Attalus — infantia dulcior.* ν — *Attalus.*
parat. ε + *alios.* B = *paravit.*
r — *Iucundius — artifici.*
A = *in sua occupatione.*
R 𝔄 = *removet.*
α = *qui arte fruebatur.*
dulcior. G et plerique recentiorum ϼϼ + *est.*
6. A — *Nunc — custodia liberet.*

positum reuertamur. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum uult. si nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna uirtus iaceat. non ad hoc, quod dicebat Epicurus in hac ipsa epistula, *ut habeat qui sibi aegro adsideat, succurrat in uincula coniecto uel inopi.* sed ut habeat aliquem, cui ipse aegro adsideat, quem ipse circumuentum hostili
7 custodia liberet. Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam uenit, male cogitat: quemadmodum coepit, sic desinet. Parauit amicum aduersum uincla laturum opem: cum primum crepuerit catena, discedet. Hae sunt amicitiae, quas *temporarias* populus adpellat. Qui utilitatis causa adsumptus est, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedet: circa euersos solitudo est, et inde amici fugiunt, ubi
8 probantur. Hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Necesse est initia

γ = *redeamus.*
β = *se ipso.*
si nihil aliud = Pp E Mod. (Ep. 130.) Sb. G + *si ob hoc nihil al. nisi ut.* Rr (p s. m.) P 2. Col. ℜ — 𝔖 + *si ob nihil al.* α + *et si ob n. a. nisi quam ut.* ℑτ + *et si ob n. al. nisi ut.* γξ + *et si ad nih. al. quam ut.* ο + *et si ob n. a. saltem ad hoc ut.* T + *si propter nihil al. vel ut.*
non ad hoc = mss. (exc. Rβ) 𝔄. Rβ ℜ — 𝔖 = *non ob hoc.* Mod. — *ad.*
iaceat. Col. τ = *lateat.*
T = *ut dicebat Epic.*
PT — *succurrat — adsideat.*
cui ipse. 𝔄 — *ipse.*
quem ipse = mss. 𝔄 ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *quem ipsum.*
7. *Qui se sp.* Hinc Sc Pr. abd 𝔄 novam ep. incipiunt. 𝔄 praemittit haec: *quomodo aliquis sibi amicum faciat. et quod nisi sapienti sua non sufficiunt sive placent. Continuacio epistole precedentis.*
Qui se. r + *commodum* s = *suum.*
Pinc. quaedam exempl. = *et propter hoc amic. init.*
desinet. p + *esse.*
adversum vincla = Pp A. vulg. = *adversus vincula.*
bG = *Haec sunt am.*
b + *quam vel quas.*
G αγℑ = *temporaneas.*
ε = *vulgus appellat.*
β Sc Pr.ab Pinc. Put. Opsopoei = *Quae — adsumpta est.* γ = *Qui — acceptus est.* Ambian. Opsopei = *Quod — adsumptum — utile.* 𝔄 = *Que — sumta est.* E = *assumptus fuerit.*
𝔈 — 𝔊 = *Certe florentes.*
circumsedet. GR r T Pr.ad plerique ρρ = *circumsidet.* 𝔖 ex Arg. b (tac. Oberl.) = *circumsedit.*
G = *adversas* (s∾). αℑτ P 1. 3. 4. = *adversa.*
solitudo est = PA TEB γνξο P 3. Sbc Pr.abd Ops. 𝔄. pG Rr Col. ℜ — 𝔐a + *ingens sol.* P 2. = *solicitudo.* sed ipse omittit *ingens.*
et inde. R = *Deinde.* P 2. Col. = *exinde.* γ + *tales amici.*
G ℑιοτ Arg. b plerique Gr. = *unde probantur.* B = *parantur.*
8. V — *Hac re — prodentium.*
G αζℑοτ maxima pars Gr. ℜ — 𝔈 1. + *Hac in re.*
G — *ista.*
p — *tot.*
G Arg. b = *metum — metum.*
Pp AG Tr BE Arg. b ρρ 𝔄 = *providentium.* e = *prudentium.* Gron. ci. = *aliorum metu relinquentium. aliorum etiam prodentium.*
γεζ Sb ℜ — 𝔊 + *Necesse est ut.*

inter se et exitus congruant. Qui amicus esse coepit, quia expedit: placebit aliquod pretium contra amicitiam, si ullum in illa placet praeter ipsam. In quid amicum paras? ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me
morti et obponam et inpendam. Ista, quam tu describis, ne- 9
gotiatio est, non amicitia. quae ad commodum accedit, quae quid consecutura sit spectat. Non dubie aliquid habet simile amicitiae adfectus amantium: possis dicere illam esse insanam amicitiam. Numquid ergo quisquam amat lucri causa? numquid ambitionis aut gloriae? Ipse per se amor omnium aliarum rerum neglegens animos in cupiditatem formae, non sine spe mutuae
caritatis, accendit. Quid ergo? ex honestiore causa coit tur- 10
pis adfectus? Non agitur, inquis, nunc de hoc, an amicitia

congruant. A = *conveniant.*
placebit aliquod = PAGTrEV Sbc Pr.abd 𝔄. R ℜ — 𝔖 + *pl. ei aliq.*
𝔄 = *si nullum.*
in illa. A = *in ipsa.*
placet praeter = 𝔄𝔏 mss. exc. R β Gr. (?), qui cum ℜ — 𝔐𝔞 + *pl. pretium pr.*
G 𝔈 2. = *pr. illam.* 𝔄 = *pr. istam.*
A — *In quid* — *Quomodo ergo.*
In quid. rE Pr.ad ℜ — 𝔗 = *Inquit.* R ατ plerique Gr. Sb (s. m.) = *Inquis.* 𝔅 𝔈 1. = *Inquies.* ι Sc 𝔄 = *In quo.* T ζ = *Ut quid.* ε 𝔅 — 𝔐 + *igitur.*
paras = Pr TBE εζιν Sbc Pr. ba (p. m.) Ops. duo optimi 𝔄. ℜ — 𝔖 cum rell. mss. = *paro.* γ = *propero.* Sw. ci. = *In quid, inquis, amicum paras?*
et obponam = PTr GBEV 𝔖. 𝔄 ℜ — 𝔐𝔞 — *et.* β = *imponam* pro *opp.* Fred. Haase ci. = *apponam.*
9. *quam tu.* V 𝔄𝔍 + *Epicure.*
quae ad com. G = *quemadmodum.* m ∾.
accedit. R ℜ𝔑 = *cepit.* ε 𝔗 = *coepit.*
P ιν B Arg. b 𝔄 = *quicquid consec.*
R quidam Gr. ℜ — 𝔅 = *expectat.*
τ = *posses dicere.* ℜ = 𝔈 1. = *possumus dic.*
Vitio ab ed. Lips. 1702. ad 𝔐𝔞 propagatum = *illum esse ins.*
G αγζτ = *quis amat.* p — *quisquam.*
V𝔄 = *ambitionis et gloriae.*
𝔄 = *alienarum rerum.*
p = *amicos in cupiditatis formam.*
non sine spe. Grt. ci. = *non sine specie.*
10. *Quid ergo.* V — *ergo.*
honestiore = Pp GTr 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐𝔞 = *honestiori.*
coit. γ = *cogit.* δ = *cohaeret.*
nunc de hoc = mss. (exc. TE) 𝔄 ℜ — 𝔊𝔏. 𝔐 𝔅 1. — 𝔖 — *de.*
In sequentibus valde inter se discrepant mss. P = *an amicitia. nam si propter se iam est, potest* etc. E γν = *hoc de amicitia. nam si propter se ipsam expetenda est, potest.* V = *de hac amicitia. nam si propter se ipsam expetenda est, potest.* B = *de hac nunc amicitia. Nam si propter se ipsam.* T = *hoc in amicitia. nam si propter se ipsam expetenda est, potest.* R Pr. a = *an amicitia propter aliud sit expetenda dic. nam si propter se ipsam expet. est, potest.* r = *an amicitia propter se expet. est. Amicitia añ propter aliud sit expetenda dic. nam si propter se ipsam expet. est, potest.* GP 1. 4. 3 (p. m.) = *an propter se, an propter aliud sit amicitia expetenda. nam si*

propter se ipsam expetenda sit. [Sed] potest ad illam accedere, qui se ipso contentus est. Quomodo ergo ad illam accedit? quomodo ad rem pulcherrimam: non lucro captus nec uarietate fortunae perterritus. Detrahit amicitiae maiestatem suam,
11 qui illam parat ad bonos casus. *Se* contentus est sapiens. Hoc, mi Lucili, plerique perperam interpretantur: sapientem undique submouent et intra cutem suam cogunt. Distinguendum autem est, quid et quatenus uox ista promittat. Se contentus est sapiens ad beate uiuendum, non ad uiuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad illud tantum animo sano et erecto
12 et despiciente fortunam. Uolo tibi Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait *sapientem nulla re indigere, et tamen multis illi rebus opus esse: contra stulto nulla re opus est, nulla enim re uti scit, sed omnibus eget.* Sapienti et manibus

propter se ipsam, potest ad illam accedere. μ = *de hoc. amicitia propter aliud sit expetenda dic. nam si propter se ipsam expet. est, potest* etc. Col. P 3. (s. m.) = *an amicitia propter aliud sit expetenda dic. nam si propter se ipsam expet. est, potest* etc. Pr.d = *an amicitia propter aliud sit expetenda. Nam si propter se ipsam expetenda est, potest ad illam.* Sc 𝔄 = *an amicitia vera expeti per se debeat. Nam si propter se ipsam expet. est, potest.* P 2. = *an amicitia propter se expeti debeat. nam si propter se ipsam expet. est, potest.* Opsopoei Nicot. = *an amicitia propter se ipsam appetenda sit. Immo vero nihil magis probandum est. Nam si propter se ipsam expetenda est* etc. Eadem adscripta erant ad marginem Put. alterius manu P. Daniel. Reliquos libros, quibus usus est Ops., scribit in hoc loco mutilos esse, unde coniicio eos quoque aliquatenus consentire cum scriptura a me recepta. 𝔑 — 𝔖 = *an amicitia propter se, an propter aliud sit expetenda; nam si propter se ipsam expetenda est, potest.* quae scriptura propter *an* bis positum suspecta esse debebat. cf. Hand Tursell. I. p. 307. s. et quae ad Ep. 69, 4. annotavimus. Itaque libenter recepi scripturam p, a qua non multum recedit Pr.b = *an amicitia propter se ipsam expetenda est, potest ad illam.* Multa in hunc locum aliunde ingesta esse facile perspicitur, nec extra omnem suspicionem posita est *sed* particula, quam quidem recepi, sed uncis inclusi.

accedit. A = *accedas.* in p videtur fuisse *accedet*, quod habet T.

𝔄 = *Detrahat.*

ad bonos casus. Gr. partim = *ad hos casus.* 𝔐 — *bonos.* Ops. ci. = *ad novos casus.*

11. *Se contentus est sapiens.* o + *ad bene vivendum.* κλ + *ad beate vivendum.*

submovent. τ = *movent.*

V = *inter cutem s.* ζ + *et latere intra cutem s.*

quatenus vox. γ = *quantum vox.*

ad beate vivendum. GVαγζτ 𝔄 = *ad bene viv.*

A = *multis ei rebus.*

ζ + *animo suo sano et erecto.* G (s∾) 𝔍 = *animo suo erecto.* P βν Sb = *et recto.* cf. ad Ep. 41, 2.

12. *nulla re.* G (m∾) P 1. = *multis.* o = *nullis.*

egere = Pp A Tr E γειvo P 2. 4. tres Ops. 𝔄𝔍. GRSb P 1. 3. Col. all. 𝔑 — 𝔖 = *indigere.*

scit uti. 𝔑 — 𝔈 1. + *nec verbis.*

V = *et omnibus eget.*

𝔄 — *et manibus.*

et oculis et multis ad cotidianum usum necessariis opus est,
eget nulla re: egere enim necessitatis est, nihil necesse sa-
pienti est. Ergo quamuis se ipso contentus sit, amicis illi opus
est. hos cupit habere quam plurimos: non ut beate uiuat, uiuet
enim etiam sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus
instrumenta non quaerit: domi colitur, ex se totum est. In-
cipit fortunae esse subiectus, si quam partem sui foris quaerit.
Qualis tamen futura est uita sapientis, si sine amicis relinquatur 13
in custodiam coniectus, uel in aliqua gente aliena destitutus, uel
in nauigatione longa retentus, aut in desertum litus eiectus?
Qualis et Iouis, cum resoluto mundo et dis in únum confusis
paulisper cessante natura adquiescit sibi cogitationibus suis tra-
ditus. Tale quiddam sapiens facit: in se reconditur, secum 14
est. Quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare,
se contentus est: et ducit uxorem se contentus, et liberos tollit
se contentus: et tamen non uiuet, si fuerit sine homine uictu-
rus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis
inritatio. Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic
amicitiae. Quomodo solitudo in odium est, et adpetitio socie- 15

eget nulla re. γϲκλ 𝔅 — 𝔐a + *sed eget n. re.* 𝔄 + *eget enim.* V — *eget.* β + *et nulla re indiget.*

nihil necesse. Rβ𝔑 — 𝔐a + *nihil autem nec.*

p (s. m.) = *amici — sunt.*

γ + *tamen amicis illi.* A = *amicis opus est sibi.* A = *vivit enim.* 𝔄 = *vivet etiam et sine.* ϼϼ (exc. βγδει) — *etiam.*

𝔄 + *non quaerit arte.*

Arg. b = *domi colligitur.*

subiectus = mss. 𝔄𝔑 — 𝔈 1. 𝔈 2. — 𝔐a = *subiectum.*

13. A — *Qualis tamen — Tale quiddam.* V = *Talis tamen.*

si sine am. T — *si.*

in custodiam. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *in custodia.* τ + *communium.* T = *collectus.*

retentus. R (l.) ιλ = *detentus.*

eiectus. G αζϲτ = *deiectus.*

R = *acquiescat.*

cogitat. suis. 𝔄 — *suis.*

14. p (p. m.) 𝔄 = *Tale quidem.* 𝔑 = *Tale quidam.*

V = *faciens sapiens, in se.* P (p. m.) = *fecit.* G (m∾) — *facit.* A + *quicquid facit.*

A — *quamdiu quidem — tollit, se contentus est:* et pro iis habet = *cum quocumque est.*

illi licet apud p in litura sunt. P Arg. b = *illic et.*

α + *et si ducit ux.* 𝔑 — 𝔗 = *ducere uxorem.* 𝔅 = *si duxerit ux.*

se contentus = Pp R Sb all. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔐a + *est,*

A = *at tamen non vivet.* p = *n. viveret, si foret.*

G (m∾) αζϑλ = *naturalis intentio.*

G + *sic et amicitiae.*

15. *in odium est et adpetitio societatis* = PpAT r BEV ϼϼ (exc. αγϑκλϲτ) Ss. Ops. P 2. (P 2. = *solitu* pro *solitudo*) 𝔄 (sed in hac vbb. transposita.) G (s∾) τκλ P 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔐a = *in odio.* G + *sicut et in dulcedine app. s.* R αγϲτϑλκ P 1. 3. 4. Col. + *sic et in dulcedine app. s.* 𝔑 — 𝔐a + *sic in dulcedine app. s.*

tatis quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic
quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum adpetentes faciat.
Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi
conparet, saepe praeferat: omne intra se bonum terminabit et
dicet quod Stilbon ille dixit, Stilbon quem Epicuri epistula in-
sequitur. Hic enim capta patria amissis liberis amissa uxore
cum ex incendio publico solus et tamen beatus exiret, inter-
roganti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes
fuit: *Numquid perdidisset? Omnia*, inquit, *bona mea me-*
16 *cum sunt.* Ecce uir fortis ac strenuus! ipsam hostis sui
uictoriam uicit. *Nihil*, inquit, *perdidi:* dubitare illum coe-
git, an uicisset. *Omnia mea mecum sunt:* iustitia, uirtus,
prudentia, hoc ipsum nihil bonum putare quod eripi posset. Mi-
ramur animalia quaedam, quae per medios ignes sine noxa cor-
porum transeunt: quanto hic mirabilior uir, qui per ferrum et
17 ruinas et ignes illaesus et indemnis euasit! Uides, quanto fa-
cilius sit totam gentem quam unum uirum uincere. Haec uox
illi communis est cum Stoico: aeque et hic intacta bona per con-
crematas urbes fert. Se enim ipse contentus est: hoc felici-
tatem suam fine designat. Ne existimes nos solos generosa
uerba iactare: et ipse Stilbonis obiurgator Epicurus similem illi

societatis. ε 𝔄 + *placet.* γ + *et appet. est soc.* ζ + *amatur.* Ambian. Opsopoei — *quomodo.*

rB βμ Sc 𝔄 = *naturaliter.*

G + *et termin. et dicet.*

Stilbon ille. G αζτ = *St. ipse.* A — *ille dixit — insequitur.*

Stilbon, quem. nescio, cur hic nomen omiserit Sw.: legitur enim in meis ll. omnibus praeter V (et A), nec Oberl. abesse ab Arg. b significavit.

Demetrio. A + *principi.*

AG = *poliotiorcites.* 𝔄 = *Policrates.*

Gr. fere omnes = *Numquid — omnia? Omnia inquit.*

16. ξ = *Ecce hic vir f.*

Omnia mea. T + *omnia bona m.* r + *Omnia enim mea.*

virtus. R P 3. 4. Col. ℜ — 𝔐a + *temperantia.* rB eandem vocem addunt post *prudentia.* Rell. mei et ex ρρ γδεζμντυ cum Ss. Ops. P 1. 2. hoc additamento carent.

G αγ = *nihil boni.*

eripi posset = PA r GB 𝔄 ρρ exc. γι, qui cum p R ℜ — 𝔖 = *possit.* De ceteris non constat.

V = *Admiramur.*

p = *transeat.*

γ = *incedunt.*

ν = *indemnis exivit.*

17. A — *Haec vox — iam expunxi.*

𝔄 = *cum Stoicis. E contra et hic.* V — *hic.*

ντ = *aeque illi intacta.*

Se enim. r — *enim.*

ipse = Pp TE Sb (Oberl. notavit *urbe* pro *ipse*). Rr 𝔄ℜ — 𝔐a = *ipso.* G ϑxξ — *ipse.* De reliquis non constat, utrum ferant.

G = *contentus est enim fine fel. suam.*

B + *hoc enim fel. s.* γϑxoτ = *hoc enim fine f. s.* r = *hanc enim fel. s.*

G = *Non extimes* et infra *quantum.*

uocem emisit, quam tu boni consule, etiamsi hunc diem iam
expunxi. *Si cui,* inquit, *sua non uidentur amplissima, licet* 18
totius mundi dominus sit, tamen miser est. Uel si hoc modo tibi melius enuntiari videtur: (id enim agendum, ut non uerbis seruiamus, sed sensibus:) *Miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo.* Ut scias autem hos sensus esse communes, natura scilicet dictante, apud poetam comicum inuenies:

Non est beatus, esse se qui non putat.

Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi uidetur malus? 19
Quid ergo? inquis, si beatum se dixerit ille turpiter diues et ille multorum dominus sed plurium seruus: beatus sua sententia fiet? Non quid dicat, sed quid sentiat, refert: nec quid uno die sentiat, sed quid adsidue. Non est autem quod uerearis, ne ad indignum res tanta perueniat. Nisi sapienti sua non placent: omnis stultitia laborat fastidio sui. Uale.

EPISTULA X.

Seneca Lucilio suo salutem.

Sic est, non muto sententiam: fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo cum quo te communicatum uelim. Et uide quod iudicium meum habeas: audeo te tibi credere:

p = *expun g s i.* G = *expinxi.* V — *quam tu* — *expunxi.*

Pro *etiamsi* Pinc. 𝔈𝔊 = *etiam.*

18. *Si cui, inquit.* A — *inquit.*

sua non. G ζϑχο + *sua b o n a non.*

p = *Vel si ut mundo toti.* sed in litura sunt.

Pp = *enuntiare*, ut ad Epicurum referatur.

p — *videatur.*

agendum. TRV pρ + *est.*

A — *Ut scias* — *non putat.* 𝔄 = *Ut scias enim.*

V — *hos.*

𝔑 = *natura silet didante.*

poetam comicum = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞. Sw. omisit *poetam*, quod abfuerit ab Arg. b: sed ibi sic legi observat Oberl. = *apud comicum inveni poetam.*

R αβγλ 𝔑 — 𝔈 1. = *Non est beatus, qui se beatum esse non putat.* νο = *non est beatum esse commune i. e. non est beatus, qui non putat.*

19. *et ille multorum.* 𝔏 — *et.*

V = *plurimorum servus.*

G = *sententia f e r t.*

p = *sed q u i s sentiat.*

G = *ne quid una die.* B — *quid.*

adsidue. G (s∾) αζϑχο = *semper.*

Non est autem. B — *autem.*

E = *ne ad d i g n u m res.*

A = *placeant.*

Lib. I. Ep. 10.

g — *Sic est* — *sententiam.*

r = *fuge paucitatem, etiam unum.*

communicatum. G = *comitatum.* m∾.

quod iudicium meum habeas = pATgE αζνξο Arg. b Sc Pr.d 𝔍𝔄 (𝔄 — *meum*) 𝔑 — 𝔅. B Sb (?) Pr.b = *quod ∾ h a b e o.* PVδεμ = *q u o* —

Crates, ut aiunt, huius ipsius Stilbonis auditor, cuius mentionem priore epistula feci, cum uidisset adulescentulum secreto ambulantem, interrogauit, *quid illic solus faceret? Mecum*, inquit, *loquor*. Cui Crates: *Caue*, inquit, *rogo, et diligenter ad-*
2 *tende, ne cum homine malo loquaris.* Lugentem timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur: nemo est ex inprudentibus, qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant. tunc aut aliis aut ipsis futura pericula struunt. tunc cupiditates inprobas ordinant. tunc quicquid aut metu aut pudore celabat, animus exponit. tunc audaciam acuit, libidinem inritat, iracundiam instigat. Denique quod unum solitudo habet commodum, nihil ulli committere, non timere indicem perit stulto:
3 ipse se prodit. Uide itaque quid de te sperem, immo quid spondeam mihi: (spes enim incerti boni nomen est:) non inuenio cum quo te malim esse quam tecum. Repeto memoria, quam magno animo quaedam uerba proieceris, quanti roboris plena. Gratulatus sum protinus mihi et dixi: non a summis labris ista uenerunt, habent hae uoces fundamentum: iste homo non est

habeo. r = *inde quod* ∾ *habet.* G = *quo* ∾ *haberit.* R ℭ 2. — 𝔐𝔞 = *quo* ∾ *abeat.* ϰ = *vide quidem iudicium meum* sine reliquis. Cod. Gron. = *eum habet: mitti haereas. audeo te.* unde ipse ci. = *et vide quo iudicium meum abeat: tibi haereas: audeo te tibi credere.* quod receperunt ℜ𝔲 𝔐𝔞. Sed non inepte divinavit Sw. librarium scribere voluisse ad falsum illud *habet* = *multi: habeas* sc. *legunt.*

Crates. γμν + *ut de adolescentibus.*

V — *ipsius.*

priore ep. ℭ 1 — 𝔐𝔞 = *priori ep.*

r = *quid ille solus.*

p = *locor.*

loquaris. pgE = *loqueris.*

2. ℜ — 𝔅 = *agitat.*

V = *tunc cupiditates probant.* g = *cupiditatis.*

A — *inprobas.*

P — *tunc quicquid* — *pudore.*

GR P 2. 4. ϑξοτ cod. Gron. + *manus* post *pudore.* unde Gron. ci. = *malus.* id recepit ℜ𝔲.

exponit. 𝔐 — ℜ𝔲 = *expromit* (ci. Erm.). quod ex mss. habet tantum mβ.

b + *tunc libidin.*

V = *acuunt* — *irritant* — *instigant.*

B = *Denique quidem unum.*

𝔄 = *commodum nulli committ.*

R βδε = *non habere ind.* r V ατ 𝔄ℜ — 𝔊 = *iudicem.* G — *indicem* — *itaque.*

ℜ — 𝔊 = *periit.* TV β = *per id.*

νγβ 𝔄 = *stultus.*

αγ + *ipse enim se.*

3. *nomen est.* Arg.b δεμντ ℜ — 𝔗 = *non est.*

A = *quam mecum.*

quanti roboris = mss. mei (exc. R) et Gr. Ops. 𝔄ℜ — ℭ 1. 𝔊𝔯𝔬 — 𝔐𝔞. R ℭ 1. — 𝔍𝔲 𝔖 = *quam roboris.* Quod vero Sw. narrat in Arg. b hoc esse, Oberl. nihil annotavit ad 𝔅 1. *quanti.* δμ Ops. optimus — *plena.*

Recentiores plerique ρρ 𝔄 = *labiis* — *veniunt.*

iste homo. R — *homo*, quod omittere voluit Grut., quia in P 3. punctis erat notatum.

unus e populo, ad salutem spectat. Sic loquere, sic uiue: 4
uide ne te ulla res deprimat. Uotorum tuorum ueterum licet
deis gratiam facias, alia de integro suscipe: roga bonam men-
tem, bonam ualitudinem animi, deinde corporis. Quidni tu
ista uota saepe facias? Audacter deum roga: nihil illum de
alieno rogaturus es. Sed ut more meo cum aliquo munusculo
epistulam mittam, uerum est, quod apud Athenodorum inueni:
Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo 5
perueneris, ut nihil deum roges, nisi quod rogare possis
palam. Nunc enim quanta dementia est hominum! turpissima uota dis insusurrant: si quis admouerit aurem, conticescent. et quod scire hominem nolunt, deo narrant. Uide ergo ne hoc praecipi salubriter possit: Sic uiue cum hominibus, tamquam deus uideat: sic loquere cum deo, tamquam homines audiant. Uale.

EPISTULA XI.

Seneca Lucilio suo salutem.

Locutus est mecum amicus tuus bonae indolis. in quo quantum esset animi, quantum ingenii, quantum iam etiam profectus, sermo primus ostendit. Dedit nobis gustum, ad quem respondebit: non enim ex praeparato locutus est, sed subito

ν Col. — *unus.*
𝔄 = *de populo.* P Arg. b αδεμυ = *populis.* p (cr. ∾) = *unus populus.*
4. *deis* = Pp. A = *deo.* Arg. b V = *de his.* δμνξ = *de hiis.* 𝔄 = *gratiam de diis.* ℜ — 𝔖 = *diis.*
A = *gratias.*
𝔄 + *roga valit. bonam.*
Pp A g (n.) G T r E Arg. b βγδεμξυ Col. + *deinde tunc.* quod recepit Sw. ratione in *Notis* non reddita. R ω P 2. 3. 𝔄 + *deinde tui corp.* α + *deinde etiam corp.*
G = *audaciter* (*i* n.).
p — *roga nihil* — *alieno* (m∾).
R ℜ — 𝔐𝔞 = *nil.*
rogaturus es = mss. mei (exc. T) et Ops. T ℜ — 𝔐𝔞 — *es.*
𝔄 = *Si ex more meo.*
cum aliquo. p = *cum alico.*
epist. mittam. GE + *ep. meam mittam.*
Arg. b = *Ethenodorum.*
5. *nisi quod.* 𝔄 + *eum.*
𝔄 ℜ — 𝔈 1. + *quod turpissima.*
A ν optimus Ops. = *deo insusurrant.*
A + *ita ut si quis* — *conticescant.*
pG = *amoverit.*
𝔄 = *aures.*
P = *conticiscent.*
G 𝔄 = *homines.*
V 𝔍 = *an hoc praecipi.*
p = *praecipe* — *possit.*

Lib. I. Ep. 11.

quantum iam etiam. r BVE P 3. — *iam.* quod probat Grut. P 2. = *quantum iam esset.* G rell. Gr. 𝔄 = *q. etiam iam.*
R + *et sermo.*
Dedit nobis. ℜ𝔗 = *Debet nobis.* 𝔈 1. — 𝔐𝔞 + *Dedit enim n.*
R Gr. ℜ — 𝔅 = *respondebat.* A T Arg. b E δν = *res pendebit.* G = *res pendebat* (s: *i*).
non enim. V 𝔄 ℜ — 𝔅 — *enim.*

deprehensus. Ubi se colligebat, uerecundiam, bonum in adulescente signum, uix potuit excutere: adeo illi ex alto subfusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmauerit et omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur.
2 Nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi uitia ponuntur: quicquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non uincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis et aestuantibus solet. quibusdam tremunt genua dicturis. quorumdam dentes conliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. Haec nec disciplina nec usus umquam excutit: sed natura uim suam exercet et illos uitio sui
3 etiam robustissimos admonet. Inter haec esse et ruborem scio, qui grauissimis quoque uiris subitus adfunditur. Magis quidem in iuuenibus adparet, quibus et plus caloris est et tenera frons. nihilo minus ueteranos et senes tangit. Quidam numquam magis, quam cum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem uerecundiam effuderint. Sulla tunc erat uiolentissimus, cum faciem eius sanguis inuaserat. Nihil erat mollius ore Pompeii:

Ubi se = Pp V 𝔈 2. — 𝔖 AGTR r BE ρρ (exc. γ = *illi*) Ss. 𝔄ℜ — 𝔈 1. = *Ibi se.*

𝔐 𝔍u — 𝔐a = *collegit.* quod in nullo ms.

Pp AGTR r ρρ E Ss. 𝔄ℜ — 𝔈 1. = *verecundia.* Soli V et P 4. = *verecundiam.* quod poscit sensus.

ν = *Ibi ipse se colligebat in verecundia.*

in adulescente. V = *adolescentium.*

ετ = *excuti* accommodata scriptura ad Nominat. *verecundia.*

G (m∾) = *Hic ille.*

omnibus vitiis. GR + *cum omnibus vitiis.* sGBℜ— 𝔈 1. + *ex omnibus vitiis.*

Arg.b + *se exuerit.*

2. υ = *cordis aut corporis vitia.* r = *corp. et animi.*

T 𝔄 = *deponuntur.*

𝔄 = *vel ingenitum non leniter arte vincitur.*

A = *leniter.* ℜ — 𝔈 1. = *leviter.*

𝔄 = *Quibusdam enim.* G — *etiam.*

ℜ — 𝔛 = *erupit.* Arg. b = *erumpere.* B = *irrumpit.*

αχ = *estuantibus sole.*

p = *linga.*

𝔄 = *labia.*

G — *nec usus quidem.*

𝔄 = *exercet et etiam illos vitio suo rob.* Sc = *et illos etiam vicio suo* Sw. ex coniectura posuit *illo*, quod probat A. Sed teneo reliquorum librorum omnium scripturam receptam a ℜu 𝔐a. 𝔈 1. — 𝔅 1. = *vitii sui.*

3. ℜ — 𝔛 = *Inter haec etiam ruborem scio.* R = *etiam ruborem esse scio.*

grav. quoque. p = *gr. coque.*

adfunditur = Pp AGTrEVρρ (exc. ε) Sbc Pr.bd, praeterquam quod recentiores scribunt *affunditur.* R ε ℜ — 𝔅 = *effunditur.* ν utrumque habet. 𝔈 1. — 𝔐a = *offunditur.* 𝔈 = *suffunditur.*

pAλυ + *et veteranos.* ξ + *homines veteranos.*

A — *Quidam — pudor decuit.*

erubuerint. Sw. malebat *erubuerunt.* sed illud defendit librorum consensus.

numquam non coram pluribus rubuit, utique in concionibus. Fabianum, cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini: et hic illum mire pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a nouitate rei, quae inexercitatos, etiamsi non concutit, mouet naturali in hoc facilitate corporis pronos: nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati et mobilis et cito in os prodeuntis. Haec, ut dixi, nulla sapientia 4
abigit: alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet uitia. Quaecumque adtribuit condicio nascendi et corporis temperatura, cum multum se diuque animus conposuerit, haerebunt. Nihil horum uetari potest, non magis quam accersi. Artifices scenici, qui imitantur adfectus, qui metum et trepida- 5
tionem exprimunt, qui tristitiam repraesentant, hoc indicio imitantur uerecundiam: deiciunt enim uoltum, uerba submittunt, figunt in terram oculos et deprimunt. ruborem sibi exprimere non possunt: nec prohibetur hic nec adducitur. Nihil aduersus haec sapientia promittit, nihil proficit: sui iuris sunt, iniussa ueniunt, iniussa discedunt. Iam clausulam epistula 6
poscit. Accipe equidem utilem ac salutarem, quam te ad-

numquam non coram. P 1. 4. (2. 3. p. m.) = *numquam n e c cor.* 𝔄 = *numquam n e cor.* Col. = *numquam n i s i.*
rubuit = Pp TBV ν 𝔖. Rell. mss. 𝔑 — 𝔐a = *erubuit.*
𝔑 — 𝔐 + *utique e t.*
𝔑 — 𝔅 = *e d u c t u s e r u b.*
Non accidit. r = *N e c accidit.*
νο = *quae exercitatos.*
etiamsi non = mss. (exc. R) 𝔄. R𝔑 — 𝔐a = *etsi.*
facil. corporis. 𝔄 — *corporis.*
Fred. Haase ci. = *Nam ut quidam l e n t i sanguinis sunt.*
𝔄 = *a c mobilis.*
prodeuntis. PAT = *prodentis.* p = *in hos prodendentis.* Fortasse scribere voluit *protendentis.*
4. G P1. 4. Col. 𝔄 = *H o c, ut dixi.*
𝔑 — 𝔈1. + *imperio s u i.*
R = *attribuerit.*
conposuerit. ε = *continuerit.*
R = *multum se diu anim.*
haerebunt. Sc 𝔄 = *h a bebunt.*
Aliquot Gr. λξ + *Nihil e n i m horum.*

vetari. R (s∾) sT δν Col. 𝔐 𝔍u — 𝔐a = *vitari.* T = *notari.*
non magis. ATB — *non.*
r = *posset.*
accersi = Pp AV Sb 𝔈2. — 𝔊ro. GRr TB Arg.b Sc. Pr.a 𝔑 — 𝔈1. = *accer s i r i.* 𝔅 1. — 𝔖 = *arcessi.* quod nullam habet codicum auctoritatem.
5. sPr = *qui m o t u m et trep.*
deiciunt enim. = Pp r GEBV ρρ Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. et commendat Sw. AR𝔐 — 𝔖 — *enim.*
𝔑 — 𝔅 = *figunt in t e r r a.*
r = *promittit, nihil e f f i c i t.*
sui iuris. haec in p mutata in *subita.*
R αβλ = *iniussa r e c e d u n t.*
6. *equidem utilem* = Pp TRr B plerique ρρ Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅. Gr. + *equidem e t utilem.* A = *Accipe i t a q u e utilem.* ν Pr.d = *Acc. u t i q u e util.* 𝔈2. — 𝔐a = *e t quidem utilem.* α = *Acc. d o c t r i n a m utilem.*
a c salutarem = PTB r 𝔄. vulg. = *e t sal.* ζ = *salubrem.*

figere animo uolo: *Aliquis uir bonus nobis eligendus est,*
ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo
spectante uiuamus, et omnia tamquam illo uidente fa-
ciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus praecepit: custodem nobis
et paedagogum dedit, nec inmerito. Magna pars peccatorum
tollitur, si peccaturis testis adsistit. Aliquem habeat animus,
quem uereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius
faciat. O felicem illum, qui non praesens tantum, sed etiam
7 cogitatus emendat! O felicem, qui sic aliquem uereri potest,
ut ad memoriam quoque eius se conponat atque ordinet! Qui
sic aliquem uereri potest, cito erit uerendus. Elige itaque Ca-
tonem: si hic tibi uidetur nimis rigidus, elige remissioris animi
uirum Laelium. elige eum, cuius tibi placuit et uita et oratio
et ipse animum ante se ferens uoltus: illum tibi semper ostende,
uel custodem uel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad
quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam praua
non corriges. Uale.

A — *Aliquis vir — faciamus.*

vidente faciamus. Arg. b = *spectante fac.* T = *iubente faciamus.*

P (s. m.) Tr E V B (p.m.) ρρ (exc. αβ) Gr. Ss. 𝔖 = *peccatori.* Secutus sum Pp ARVB (s. m.) αβ 𝔈 2. — 𝔐𝔞 = *peccaturis.* ιλͻ utrumque habent. G 𝔈 1. = *peccatorum.* P 3. (p. m.) = *si spectator* cr. ∾.

adsistit. RGT 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *assistat.*

secretum suum. γ = *consilium suum.*

non praesens tant. = PpATE Arg. b P 2. Ops. G r αγζιξ P 1. 4. 𝔄𝔈 1. — 𝔊 = *non actus tantum.* R mG rell. ρρ P 3. Col. ℜ — 𝔅 + *non praes. tantum factum.*

𝔐 — 𝔐𝔞 = *non aspectus tantum.*

7. bγνͻ 𝔄 + *O felicem illum.*

memoriam quoque. T — *quoque.*

A = *illius se conponat.*

b = *cuius et tibi placuit vita.* T = *placuit vita.* G = *placet.*

A = *elige, aut eum, cui.*

et ipse animum ante se ferens voltus = P (p — *se*) ARrE δλμνου Sb Pr.abd P3. (s.m.) b = *et ipse animum ante se gerens vultus.* T = *et ipsius animo ante referens vultus.* G P1. = *et ipsius animo* (G cr. = *animum*) *ante te ferens vultus.* ιϰ = *et ipsius animum ante te* (*al. se*) *ferens vultus.* α = *et ipsius animum ante vultum ferens.* rell. ρρ P3. = *et ipsius animo ante se ferens vultus.* P2. = *et ipse amicum anteferens vultus.* V = *et ipsius ante animum ferens vultus.* Arg. b 𝔄 = *et ipsius animum ante te ferens et vultum.* ℜ — 𝔗 = *et ipsius animum ante te ferens vultus.* 𝔅 = *et ipsius animum: ante te ferens et multum illum.* 𝔈1. = *et ipsius animo ante te ferens et vultus.* 𝔈2 — 𝔐𝔞 = *et ipsius animum ante te ferens et vultum.* B = *ferens ante te animum et vultum.* Mod. (Ep. 130). em. = *et ipsus* (= ipse) *animum ante se ferens vultus.*

mores nostri. R — *nostri.*

T Arg. b βαζϑλξτ = *se ipsos exigant.* G plerique Gr. 𝔄 = *se ipsos erigant.* R ℜ — 𝔗 = *se ipsi erigant.* V = *se ipsi dirigant.* 𝔅 = *se ipsi irrigant.* P3. = *se componant* cr. = *se ipsi erigant.*

V = *prava non corrigeres.*

EPISTULA XII.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quocumque me uerti, argumenta senectutis meae video.
Ueneram in suburbanum meum et querebar de inpensis aedi-
ficii dilabentis. ait uillicus mihi non esse neglegentiae suae ui-
tium: omnia se facere, sed uillam ueterem esse. Haec uilla
inter manus meas crevit: quid mihi futurum est, si tam putria
sunt aetatis meae saxa? Iratus illi proximam stomachandi occa-
sionem adripio. Adparet, inquam, has platanos neglegi: nullas
habent frondes. quam nodosi sunt et retorridi rami, quam
tristes et squalidi trunci! hoc non accideret, si quis has cir- 2
cumfoderet, si inrigaret. Iurat per genium meum se omnia
facere, in nullà re cessare curam suam, sed illas uetulas esse.
Quod intra nos sit, ego illas posueram, ego illarum primum
uideram folium. Conuersus ad ianuam: quis est, inquam, iste
decrepitus et merito ad ostium admotus? foras enim spectat.
Unde istunc nactus es? quid te delectavit alienum mortuum tol-

Lib. I. Ep. 12.

Hanc epistolam et sequentis partem priorem ad verba *quantum liceat irato.* §. 11. omittit A.

verti = Ppg BEV βδειμνυ P2. Ops. Sb Pr.abd. αζϑλτ P1. 3. 4. = *vertero.* GTRr Sc Col. 𝔄𝔑 — 𝔐a = *verto.*

suburbanum. G (s∾) = *suburbium.* 𝔍 = *suborbium.*

G = *aedificii mei labentis.* g Arg. b = *delabentis.* 𝔄 + *aed. mei dilab.*

villicus mihi = Pp T Rr V αβγδει μνυ Ops. Col. Pr. (3. s.m.) Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅. G (E) P 1. 4. (3. p. m.) aliquot ϱϱ 𝔈1. — 𝔐a — *mihi.*

si tam = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *si iam.*

putria = PpgTrEV εμινυ Arg.b 𝔐 — 𝔐a. GR rell. ϱϱ Gr. 𝔄𝔍𝔑 — 𝔊𝔖 = *putrida.*

adripio. R βδελμν mυ Col. (P 3. s.m.) Pr.abd 𝔑 — 𝔅 = *arripui.* Sc. 𝔄 = *accipio.*

G (s∾) = *hos platanos.*

g = *nodosae.*

T — *et retorridi.* RG (s∾) B (cr. ∾) ϱϱ (exc. γμν) Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *et retorti.*

2. rBA + *si quis irrigaret.* N. Heins. Adv. p. 97. ci. = *si vino irrigaret.*

GV Gr. = *genium suum.*

GT + *et in nulla re.*

Quod intra nos sit = Ppg Rr βδε μν Sb Pr.bd. G αγϑιξ Pinc. plerique Gr. 𝔄 = *Quid inter nos sit.* cod. Gron. = *quidem intra nos.* unde ipse ci. = *quidni veteres sint?* TG𝔏 — 𝔖 = *Quod inter nos sit.* 𝔈1. — 𝔊 = *Quod inter nos fit.* 𝔐 + *Quod inter nos dictum sit.* Pinc. ci. = *Quid interim nobis sit?*

G = *prima — folia.* Pinc. ci. = *primus — folium.*

istunc nactus es. GE Gr. = *istic n. es.* PB𝔄 = *iste natus est.* Rr = *istic natus est.* sGr𝔑 — 𝔐 = *istum nactus es.* Rell. ϱϱ = *iste natus est* aut *istic nactus es* aut *istic notus est.* gTV ci. Gr. 𝔏 — 𝔖 = *istunc nactus es.* p iterum = *istunc nanctus es.* vid. Ind. s. v. *Nanciscor.*

R = *Qui te delectavit.* G = *delectat.*

3 lere? At ille: Non cognoscis me? inquit: ego sum Felicio, cui solebas sigillaria adferre. ego sum Philositi uillici filius, deliciolum tuum. Perfecte, inquam, iste delirat. Pupulus etiam delicium meum factus est? Prorsus potest fieri: dentes illi cum maxime cadunt.

Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea, quocumque aduerteram, adparuit. Conplectamur illam et amemus:
4 plena est uoluptatis, si illa scias uti. Gratissima sunt poma, cum fugiunt. pueritiae maximus in exitu decor est. deditos uino potio extrema delectat, illa quae mergit, quae ebrietati summam manum inponit. Quod in se iucundissimum hominis uoluptas habet, in finem sui differt. Iucundissima est aetas deuexa iam, non tamen praeceps: et illam quoque in extrema regula

3. 𝔄 = *At ille: cognoscitis me.* R (cr. ∞) = *non cognoscitis.* Col. = *n. agnoscis.*

Felicio. GV = *profelicio.*

sigillaria. g = *singularia.* quidam codd. Erm. = *sigillaritia.*

Philositi = pgT quaedam exx. Pinc. 𝔐 — 𝔖. (Idem videtur in Prr. fuisse, quia Emmericus nihil ex iis annotavit.) Pr quaedam ex. Pinc. = *Philosoti.* ipse Pinc. ci. = *Philisti.* G𝔗 = *philosophici.* mG = *filiofici.* R𝔑 = *Phylofici.* plerique Gr. = *Philophici*, unus = *Fillofiti.* Sb = *Philosia.* Sc 𝔄 = *Philofici*, unde Sw. ci. = *Philosyci.* 𝔑 = *Phylophici.* 𝔅 — 𝔊 = *Philosti.*

αxλ + *villici tui.*

Perfecte = Ppr E βγδζιμνυ Ss. 𝔄 𝔑 — 𝔊. g = *Profecte.* GTR Gr. (quidam ρρ) m 𝔈 1. 𝔐 — 𝔖 = *Profecto.* m 𝔈 2. = *Perfecto.*

V — *Pupulus.* Pp g Arg. b sG aliquot ρρ Ops. 𝔄 = *Populus*, frequenti litterae *u* in *o* permutatione. T = *Pupillus.* GRB αβγζϑιxλξστυ 𝔑 — 𝔊 = *vetulus.* r + *populus vel vetulus.* Muretus primus edidit *Pupulus*, quod etiam in E legi videtur.

delicium = Pp g TEV Ss. 𝔄. G Rr 𝔑 — 𝔐a = *deliciolum.* De ρρ nihil proditur.

adverteram. PTrB Arg. b plurimi ρρ P 1. 2. (3. p. m.) 4. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *a verteram.* g = *verteram.* Etiam Lat. Latin. Bibl. Prof. p. 45. legit = *verteram.* G = *advertam.* αγζϑτ = *me vertam.*

4. Col. + *gratissima autem.* ξ + *ut gratissima.*

cum fugiunt. 𝔑 — 𝔗 = *confugiunt.*

potio = Pp g TV ρρ (exc. ϑλστ) P 2. 3. Col. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅. RG ϑλστ P 1. 4. 𝔈 1. — 𝔐a = *potatio.*

hominis voluptas = Pg Rr G Arg. bB E Gr. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔐. V — *hominis.* pT ci. Grut. 𝔏 — 𝔖 = *omnis voluptas.* quod libenter retinerem, si plures pro eo facerent mss.

devexa iam. 𝔑𝔗 = *defessa iam.* p = *devixerasia.*

et illam quoque. p = *et illa quoque.*

Col. + *in extrema tantum.*

regula st. Pp g T r B γεμνξ 𝔈 — 𝔏 = *tegula st.*, quod Lips. explicat: „Quasi lapsui vicinam. Nam instabile ibi et suspensum vestigium, in extremis dico tectis. Alii ad guttam adspectum putant, quae casura ibi pendet." Utrumque est ineptum, et ipse Lips. alteram scripturam *regula* praefert atque intelligit de stadio. vid. Ind. s. v. *Regula.*

stantem iudico habere suas uoluptates. aut hoc ipsum succedit in locum uoluptatium, nullis egere. Quam dulce est cupidi- 5
tates fatigasse ac reliquisse! Molestum est, inquis, mortem ante oculos habere. Primum ista tam seni ante oculos debet esse quam iuueni: non enim citamur ex censu. deinde nemo tam senex est, ut inprobe unum diem speret. Unus autem dies gradus uitae est: tota aetas partibus constat et orbes habet circumductos maiores minoribus. Est aliquis, qui 6
omnis conplectatur et cingat: hic pertinet a natali ad diem extremum. est alter, qui annos adulescentiae excludit. est qui totam pueritiam ambitu suo adstringit. est deinde per se annus in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione uita conponitur. Mensis artiore praecingitur circulo: angustissimum habet dies gyrum: sed et hic ab initio ad exitum uenit, ab ortu ad occasum. Ideo Heraclitus, cui cognomen fecit orationis obscuritas: *Unus,* inquit, *dies par omni est.* Hoc alius aliter 7

stantem. P = *tantum.*
iudico. G = *video.*
aut hoc. T = *an non.*
B = *in loco vol.* *voluptatium* = Ppg. vulg. = *voluptatum.* cf. ad Ep. 5, 5.
nullis egere. r = *nihil habere.* G = *nullius egere.*
5. *fatigasse.* Quidam codd. Pinc. 𝔈 — 𝔅 1. 𝔐a = *fugasse.*
Molestum est. T novam hinc incipit epistolam.
Primum ista. Sb — *ista* (nihil notat Oberl.).
𝔐 — 𝔐a contra omnium mss. auctoritatem = *iuveni — seni.*
V — *non enim — censu.*
ex censu. RB quidam ρρ Arg. b 𝔄ℜ — 𝔈1. = *excessu.* r = *excussu.* G χ𝔖λσ = *vivimus ex proprio consensu.*
RBV αζ𝔖χσ 𝔄𝔅 — 𝔊 + *ut non improbe.* r — *inprobe.*
T = *Tota vita partibus.* p = *paribus.*
6. *qui omnis* = Pp. vulg. = *q. omnes.* De illa Accusativi forma, quam aliquot locis libri praestantissimi praeferunt, vid. Gram. Sen. in *Nomine.*
conplectatur. 𝔄 = *amplectatur.*
cingat. ℜ — 𝔗 = *angat.*

pertinet. pars codd. Pinc. = *pertingit.*
excludit. Sw. exspectaverat *includit:* sed non variat scriptura.
per se annus. Pinc. v. l. Sc 𝔄𝔈 — 𝔖 = *ipse annus.* rell. mss. et imprr. = ∾, quamquam recentiores quidam ordinem mutant.
p = *qorum maltiplicatione.*
g = *artiori.*
praecingitur. ξο = *praestringitur.* B = *pertingitur.*
circulo. βγ ℜ — 𝔐 = *cingulo.*
T + *pro Heraclitus.* Olim enim annotaverat aliquis hoc esse nomen *proprium.* cf. supra §. 3. ubi GV = *profelicio.*
cognomen fecit. G = *cognotionem f.* cr. ∾.
R e G P1. 4. (3. s. m.) Col. quidam ρρ ℜ — 𝔗 + *cogn. Scotomion f.* rλο P3. (?) p. m. 𝔅 — 𝔖 + *cogn. Scotinon f.*, sed in λο nomen est deletum. 𝔄 + *cogn. Schotomon f.* Pinc. ci. = *Scotinu.* Burm. ad Anthol. L. I. p. 400. ex mss. vult *Scotino.* Reieci nomen, quod in Pp g TEV Arg. b δεμν Ops. Mod. P3. (puto Gruterum scribere voluisse 2.) non conspicitur.
par omni. 𝔄 = *par omnium.*

excepit: dixit enim parem esse horis, nec mentitur: nam si dies est tempus uiginti et quatuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse, quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait parem esse unum diem omnibus similitudine: nihil enim habet longissimi temporis spatium, quod non et in uno die inuenias, lucem et noctem. et in alternas mundi uices plura facit ista, non alia, alias contractior, alias productior. Itaque sic ordinandus est dies omnis, tamquam cogat agmen et consummet
8 atque expleat uitam. Pacuuius, qui Syriam usu suam fecit, cum uino et illis funebribus epulis sibi parentauerit, sic in cubiculum ferebatur a coena, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur: *Βεβίωται! βεβίωται!* Nullo non se die ex-

7. *excepit* = Pp g TVB ρρ (exc. ιλ) Sb 𝔄. Br ιλ ℜ — 𝔖 = *accepit.*
viginti et quatuor = Pp g 𝔖. vulg. — *et.* In quibusdam mss. est XXIIII.
quod dies perdidit. g = *q. d. p e r d i t.*
non et in uno die = Ppg TR r EB αγδεζϑιλνξυ. Vβ mG P 1. 2. 4. Col. Mod. = *non e t i a m in u. d.* 𝔄 — *non et.* ℜ — 𝔐a — *et.* G Arg. b = *u n a die*
V — *alternas — productior.*
plura facit. 𝔄𝔅—𝔖 = *p l a n e t a f.* „in 𝔖τ videtur legi posse *plana.*" Sanct. 𝔐 — 𝔅 1. = *vices. Pluniora facit.*
non alia, alias. 𝔐 — 𝔅1. = *n o x alias.* PpgRrGE Arg. b plerique ρρ 𝔅 — 𝔖 — *alia.* Sed recte hoc, quod propter sequens *alias* facile poterat excidere, restituit Gron., qui et totum locum correxit. Eius emendationem primus recepit Ruhk. Ceterum ea omuia sic in mss. leguntur, praeterquam quod in aliis *alia*, in aliis *alias* desideratur: (hoc abest a rell. ρρ Bℜ — 𝔗) et g habet = *plura facit ista. n a m alias contractior.*
contractior alias prod. R = *certior* etc. s∾. ζλιξ = *contractior d i e s v e l prod.* αγ = *contr. v e l d i e s productior.* ℜ — 𝔗 = *contr. vel productior dies.* β 𝔅 — 𝔈 2. = *contr. alias productior d i e s.*
cogat agmen. G𝔖τ = *cogat a l i u m.*
𝔄 — *et consummet.*
T = *atque e x p l i c e t vitam.*
8. Ppr = *Pacu b ius.*
𝔅 — *Pacuvius — bona faciamus.*
funebribus = PpgTrBαγδϑινοτυ Arg. b (in quo Sw. legit = *funeribus*) Sc Pr.a d Pinc. Ops. P 1. 2. 𝔄. EG (Sb) Pr.b Mod. = *funeribus.* R(nonnulli ρρ ?) ℜ — 𝔖 = *funer e i s.* P 4. = *fune r u m epulis* cr. = *funereis.* Post *epulis* R εμ ℜ — 𝔐 + *se sepelisset quasi.*
parentaverit = PT rell. mei (exc. ργζι) etiam Ops. Pinc. P1. 4. ℜ—𝔖. p = *presentaverit.* e = *T u m (?) vino sibi et illis funeribus epulis pa r a ntaverit.* Quid legant γζι, non reperio. P 2. = *parentaret.* 𝔄𝔏 — 𝔖 = *parentaverat.* Illud, quod praestantissimi libri et longe plurimi praeferunt, restituendum esse arbitror, quamvis sit minus recte dictum.
p = *in cubicu l o* et *c a e na.*
g = *exol a e torum.*
βεβίωται, βεβίωται = Turneb. Adv. XII, 2. ℜu — 𝔖 et Ppg B ρρ (excepto uno Vatic. = *bibitote*) c tres Ops., qui tamen = *bebiote, bebiote.* E unus Ops. = *bebiotae, bebiotae.* 𝔄 = *bebiote.* G = *bibionite.* s = *bebiote.* T = *et bibiote.* r = *Hebiote, hebiote.* R = *viviotix, viviotix.* ℜℜ = *viviote, viviote.* 𝔗 = *vivitote.* 𝔅 = βεβειωται βεβειωται. 𝔈 2 — 𝔅 1. = βεβίωκε, βεβίωκε.

tulit. Hoc, quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus et in somnum ituri laeti hilaresque dicamus:

Uixi et, quem dederat cursum fortuna, peregi.

Crastinum si adiecerit deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus 9
est et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat. Quisquis dixit: *Uixi,* cotidie ad lucrum surgit. Sed iam debeo epistulam includere. Sic, inquis, sine ullo ad me peculio ueniet? Noli timere: aliquid secum fert. quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac uoce praeclarius, quam illi trado
ad te perferendam? ***Malum est in necessitate uiuere: sed in*** 10
necessitate uiuere necessitas nulla est. Quidni nulla sit? patent undique ad libertatem uiae multae, breues, faciles. Agamus deo gratias, quod nemo in uita teneri potest: calcare ipsas necessitates licet. Epicurus, inquis, dixit. quid tibi cum alieno? Quod uerum est, meum est: perseuerabo Epicurum tibi ingerere, ut isti, qui in uerba iurant, nec quid dicatur aestimant, sed a quo, sciant, quae optima sunt, esse communia. Uale.

ex bona faciamus. Arg. b = *ex alia faciamus.*
in somnum. 𝔄𝔍 = *in supremum.*
adiecerit. p cr. = *aderit.*
9. *includere* = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔑u = 𝔖. 𝔈2 — 𝔅1. = *cludere.* V = *inducere.*
sine ullo. μν = *ne ullo.* r = *ne ad me ullo.* ξ = *nullo.* δ = *mavisne ullo.*
secum fert = mss. (exc. ζ) etiam Ops. Gr. (exc. P3.) 𝔄𝔑 — 𝔅. et sic corrigi iubet Sw. ζ P3. 𝔈1. — 𝔖 = *feret.*
r = *quam illi tradidi.*
10. *Malum est.* p = *Multum est.*
V = *Quidni ulla sit?*
ζτ m𝔖 = *nemo invitus teneri.*
P = *Epicurus inquid.* g = *Ep. inquiit.* G fere omnes Gr. = *Ep. inquam.* P3. cr. ∾.
Quod verum est. αζ𝔖κ = *Quod severum est.*
PpGEV αζ𝔖κδνξστ 𝔄 = *mecum est* propter antecedens *cum alieno*, ut videtur. β = *Quod meum est mecum est.*
ingerere. PpgG Arg. bBE 𝔄 = *iungere.*
qui in verba. 𝔅1. — 𝔐a = *quum in verba.*
rEB Sb Pr.d = *iurarant.* Pr.b = *iurarent.* TV unus Ops. = *iurarunt.*
P = *ne quid dicatur aestimant.* Arg.bg = *nec — aestiment.* pTr 𝔑 — 𝔈1. = *ne — aestiment* BVG = *ne — existiment.* 𝔄 = *non — aestiment.* Etiam Gr. = *aestiment.*
Pp sGTE Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *sciantque.*
𝔄 = *quaeque optima.* ρρ fere omnes = *quaeque* vel *quaecunque.*
P — *esse communia.*

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER II.

EPISTULA I. (13.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Multum tibi esse animi scio. Nam etiam antequam instrueres te praeceptis salutaribus et dura uincentibus, satis aduersus fortunam placebas tibi. et multo magis, postquam cum illa manum conseruisti uiresque expertus es tuas, quae numquam certam dare fiduciam sui possunt, nisi cum multae difficultates hinc et illinc adparuerunt, aliquando uero et propius accesserunt. Sic uerus ille animus et in alienum non uenturus
2 arbitrium probatur: haec eius obrussa est. Non potest athleta magnos spiritus ad certamen adferre, qui numquam suggillatus est. Ille, qui sanguinem suum uidit, cuius dentes crepuere sub pugno. ille, qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore nec proiecit animum proiectus, qui quotiens cecidit, contu-
3 macior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinem istam prosequar, saepe iam fortuna supra te

Lib. II. Ep. 1. (13.)

𝔄 = *Multum te esse animum scio.*

instrueres te = praeter mss. meos optimos etiam Ops. Mod. Gr. 𝔈1. p = *strueres te.* Arg. b = *instrueris te.* Gζ𝔍x ℜ — 𝔅 𝔈2. — 𝔅1. = *instruerem te.* T — *te.* Lips. ci. = *instru e r e r e.*

Arg. b = *place b a t tibi.* 𝔄 = *placeb a m tibi.*

viresque expertus es. p = *vires.*

numquam certam. G — *certam.*

adparuerunt — accesserunt = Pp GTVδ𝔇ιxλμνξ𝔖. Rr 𝔄ℜ — 𝔐a = *apparuerint — accesserint.*

Sic verus ille. p — *Sic.*

haec eius obrussa est = PprEV Arg. b δμν cod. Erm. 𝔈2. — 𝔖. Arg. b + *obrussa v i s est.* Rell. ρρ = *obstrusa, obtrusa, obtusa* et + *probatio.* G = *haec eius probatio obtrusa est.* T = *haec eius obtrusa est.*

RBε = *haec eius probatio est.* 𝔄 = *haec eius est probatio.*

2. G (l.) = *N e c potest.*

qui numquam. r — *numquam.*

vidit. GR quidam ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔅1. = *fudit.* Ambian. Ops. + *f u s u m vidit.*

crepuere = PprTB antiquiores ρρ 𝔄. RGℜ — 𝔖 = *crepue r u n t.*

cum magna spe. G = *u t magna spe.*

3. 𝔄 = *prosequamur.* r = *sequar* s∾.

fuit. nec tamen tradidisti te, sed subsiluisti et acrior constitisti: multum enim adicit sibi uirtus lacessita. Tamen si tibi uidetur, accipe a me auxilia quibus munire te possis. Plura sunt, Lucili, quae nos terrent, quam quae premant: et saepius opinione quam re laboramus. Non loquor tecum Stoica lingua, sed hac submissiore. Nos enim dicimus omnia ista, quae
gemitus mugitusque exprimunt, lenia esse et contemnenda. Omit- 4
tamus haec magna uerba, sed, di boni, uera. Illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus, cum illa quae uelut inminentia expauisti fortasse numquam uentura sint, certe non uenerint. Quaedam ergo nos magis torquent quam debent. quaedam ante torquent quam debent. quaedam torquent, cum omnino non debeant. Aut auge-
mus dolorem aut fingimus aut praecipimus. Primum illud, quia 5
res in controuersia est et litem contestatam habemus, in praesentia differatur. Quod ego lene dixero, tu grauissimum esse contendes: scio alios inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. Postea uidebimus, utrum ista suis uiribus ualeant an inbecillitate nostra: illud praesta mihi, ut quotiens circumsteterint qui tibi te miserum esse persuadeant, non quid audias,

subsiluisti = mss. 𝔄ℜ—𝔈1. 𝔈2. — 𝔐a = *subsiliisti.*

constitisti = mss. etiam Erfurt. Gron., et edd. exc. Gζκστ P 3. 4. m 1. 𝔏 (suadente Grutero) 𝔅1., qui = *restitisti.*

𝔄 = *nullum enim adi.*

a me auxilia. V𝔄 = *a me consilia.*

V = *Plura Lucilli sunt, quae vel nos terrent.*

V — *Non loquor — submissiore.*

Nos enim. pT = *Non enim.*

Pp = *laevia esse.*

4. ℜ = *Obmittamus*, ut solet fere.

dii boni. T = *d'um bona.* 𝔄 + *dii dent bona.*

illa quae velut. E𝔍 — *quae.*

fortasse numquam. Rℜ — 𝔈1. = *forte numq.*

R𝔄ℜ — 𝔅 = *ventura sunt.*

certe non venerint = PpEμν Sb Pr.bd. V = *c. non venerunt.* T𝔐 — 𝔖 = *c. nondum venerint.* r = *c. nondum venerit.* Plerique Gr. Pinc. = *c. nondum venerunt.* Rℜ — 𝔈1. = *c. nunquam venerunt.* 𝔈2. = *c. nunquam venerint.* G = *certe venerunt.* Rell. ρρ = *non venerunt, nondum venerunt, numquam venerunt.*

Quaedam ergo. 𝔄𝔖 — 𝔐 = *Quaedam enim.*

quam debent = PpRT antiquiores ρρ 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔖. r (EV) 𝔈2. — 𝔐a = *q. debeant.*

G — *quaedam ante torquent — debeant. Aut.* R — *quaedam ante torquent quam debent.* T — *quaedam torquent — dolorem.* Pro *quaedam ante torquent* 𝔄 = *quaedam minus quam debent.*

Aut augemus. P = *Aut augeamus.* (a n.). 𝔄 = *Aut agimus.*

praecipimus. Gαβζλυ = *praeripimus.* B = *percipimus.* V𝔍 = *praecedimus.* τ = *praeoccupamus.*

5. *Primum illud.* Rℜ — 𝔈2. = *Primum id.*

gravissimum esse contendes. T — *esse.* Arg.b = *grav. esse contendis.* 𝔄 = *gr. e. contendas.* G = *gr. esse contempnes.*

illud praesta. Rαβεμ P 2. 3. Col. = *istud pr.*

6 sed quid sentias, cogites et cum patientia tua deliberes ac te
ipse interroges, qui tua optime nosti: quid est quare isti me
conplorent? quid est quod trepident, quod contagium quoque
mei timeant, quasi transsilire calamitas possit? Est aliquid
istic mali? an res ista magis infamis est quam mala? Ipse te
interroga: numquid sine causa crucior et moereo et quod non
est malum facio? Quomodo, inquis, intellegam, uana sint
7 an uera quibus angor? Accipe huius rei regulam. Aut prae-
sentibus torquemur aut futuris aut utrisque. De praesentibus
facile iudicium est. Si corpus tuum liberum est, sanum est,
nec ullus ex iniuria dolor est: uidebimus quid futurum sit:
hodie nihil negotii habet. At enim futurum est. Primum di-
spice an certa argumenta sint uenturi mali: plerumque enim
suspicionibus laboramus, et inludit nobis illa quae conficere
8 bellum solet fama, multo autem magis singulos conficit. Ita
est, mi Lucili: cito accedimus opinioni. non coarguimus illa
quae nos in metum adducunt, nec excutimus, sed trepidamus
et sic uertimus terga, quemadmodum illi quos puluis motus
fuga pecorum exuit castris, aut quos aliqua fabula sine auctore
sparsa conterruit. Nescio quomodo magis uana perturbant:
uera enim modum suum habent. quicquid ex incerto uenit, con-
9 iecturae et pauentis animi licentiae traditur. Nulli itaque tam
perniciosi, tam inreuocabiles quam lymphatici metus sunt:

6. *ac te ipse.* 𝔄𝔍 = *ac te ipsum.* α + *ac si te ipsum.* G (n.) ζ𝔇ξ + *ac si te ipse.*

𝔄 = *qui te optime nosti.*

𝔄 = *Quid enim est.* et mox — *quare — quid est.*

me conplorent. B = *mecum complorent.* V = *me plorent.* 𝔍 = *me florent.* δε𝔇μνου = *mecum plorent.*

An res ista. r = *ista.*

moereo. p = *mereo.* r = *mereor.*

vana sint. sG Rℜ — 𝔊 + *si vana sint.*

B = *quibus arguor.*

7. *nihil negotii habet.* ε = *nihil otii habet.*

At enim futurum est. rG βγ𝔇ιλξ P 1. 2. 3. Col. 𝔄ℜ — 𝔈 1. = *Aut enim fut. est.* ε + *At enim nihil fut. est.* T = *et enim fut. est.* mG r ℜ — 𝔈 1. + *aut non.*

dispice. TEβδεχμνξυ 𝔄 = *despice.* G m𝔇 = *respice.*

G — *plerumque enim — aliquid futurum mali.* sed suppleta sunt a Guidomaro, qui correxit codicem.

magis singulos conficit. p = *magis a singulis conficitur.*

8. *coarguimus.* Arg.b = *quo arguimus.* ℜ — 𝔗 = *coarguimur.* 𝔄 = *cognovimus.*

pitia fluctuantium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est: innumerabilia accidunt singulis horis quae consilium exigant, 4 quod ab hac petendum est. Dicet aliquis: Quid mihi prodest philosophia, si fatum est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam et mutari certa non possunt et nihil praeparari potest aduersus incerta: sed aut consilium meum deus occupauit decreuitque quid facerem, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his, Lucili, uel si omnia haec sunt, philosophandum est: siue nos inexorabili lege fata constringunt, siue arbiter deus uniuersi cuncta disposuit, siue casus res humanas sine ordine inpellit et iactat, philosophia nos 5 tueri debet. Haec adhortabitur ut deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter: haec docebit ut deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem transeundum, quid sit iuris nostri, si prouidentia in imperio est, aut si fatorum series inligatos trahit, aut si repentina ac subita dominantur: illo nunc reuertor ut te moneam et exhorter ne patiaris

fluctuantium. A = *fluctuantem.*

dirigit cursum. P = *diligit c.* 𝔄 = *dir. gressum.*

Sine hac nemo securus est. pg = *Sine hac nemo intrepide potest vivere, nemo secure.*

w = *innumerabilia accidunt omnibus.*

quae consilium exigant = PpgA Gwr plures et antiquiores ϱϱ 𝔄𝔖. RT(BEV) recentiores ϱϱ 𝔑 — 𝔐a = *q. c. exigunt.*

4. *Dicet.* r = *Dicit.* R𝔑 — 𝔈1. = *Diceret.*

V — *Quid mihi prodest — si deus rector est.*

si deus rector est. B — *deus.*

V — *Nam et mutari — feras.*

sed aut consilium meum = PpAr w (p.m.) Arg. b ιμν P2. (3. p.m.) quidam Pinc. Ops. 𝔄. Rw (s.m.) TG (BE) P1. (3. s.m.) 4. Col. 𝔑 — 𝔖 = *si aut cons. m.* g = *si autem cons. m.* αζκξο = *si ante cons. m.*

decrevitque. B = *discernitque.*

nil fortuna. grT𝔖 = *nihil fortuna.*

Quicquid est ex his. Arg. b — *est.*

fata. r𝔑 = *facta.* w = *tanta.*

𝔄 = *constringant.*

deus universi. g = *deus inversi.* 𝔄 = *d. universorum.*

disposuit = PgwTr Sb Eϱϱ 𝔖. A pGRλ(s.m.) 𝔄𝔑 — 𝔐a = *disponit.*

p = *nos tueri debemus.*

5. T — *ut deo.*

ut fortunae contumaciter = PpA gwrE Arg. b. v = *ut fortunae resistamus.* RGT 𝔄𝔑 — 𝔖 + *ut fort. cont. resistamus.* B = *pareamus. fortunae contumaces esse docebit.* De rell. ϱϱ Ops. Gr. Pinc. nihil proditur.

Sed non est nunc. V — *Sed.* P — *nunc.*

providentia. B = *prudentia.*

in imperio. r(l.) = *in imperito.* g (cr. ∾) = *in imperium.*

repentina ac subita = PgwTrB Arg. b δεινξυ Ops. 𝔖. p = *repentina hac subita.* AV = *repentina et subita.* λ P1. 3. 4. quidam Pinc. + *si repentina vis et subita — dominatur.* Gζϑκοτ + *si rep. vis aut sub. — dominutur.* R Col. (E) 𝔄𝔑 — 𝔐a = *si repentina aut subita.*

et exhorter. P = *et horter.*

inpetum animi tui delabi et refrigescere. Contine illum et constitue, ut habitus animi fiat quod est inpetus. Iam ab initio, 6
si te bene noui, circumspicies quid haec epistula munusculi adtulerit: excute illam et inuenies. Non est quod mireris animum meum: adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid bene dictum est ab ullo, meum est. sicut quoque ab Epicuro dictum est: *Si ad naturam uiues, numquam eris pauper: si ad opiniones, numquam eris diues.* Exiguum natura desiderat, opinio inmensum. Congeratur in te 7
quicquid multi locupletes possederant. ultra priuatum pecuniae modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura uestiat, eo deliciarum opumque perducat ut terram marmoribus abscondas. non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias. accedant statuae et picturae et quicquid ars ulla luxuriae elaborauit:

inpetum animi tui = PpAwTRr BEV βγδειλμνξτυ Ss. 𝔄𝔖. g = *i m p e r i u m animi tui.* 𝔑 — 𝔐 = *animi tui impetum.* G𝔏 — 𝔐a = *animum tuum.*

G = *dilabi.*

A = *Contine illum et s t a t u e.* P = *constitu a e.*

ut habitus animi fiat = PpAgw GTRrBEVρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔏; quorum quidam = *ut animi habitus fiat.* 𝔐 𝔍u 𝔊ro — 𝔖 — *animi.*

6. *circumspicies quid* = PpAgwG TRrEBαβγδειλμνξ P2. (3. p.m.) 𝔄𝔑 — 𝔈1., quod cum parum congruere videretur cum *ab initio*, mutaverunt in *circumspicis* = Arg. b 𝔐𝔖, aut *circumspexisti* = P 1. (3. s.m.) 4. Col. Pinc. 𝔈 — 𝔊𝔏 — 𝔐a. V = *circumspicias quid.* 𝔐 — 𝔖 = *e c q u i d haec ep.*

V — *quicquid bene dictum est.*

sicut quoque ab Epic. = PpAgrδκ μνο Sb Pr.b. BE = *S i c quoque ab Epic.* Sed suspicor eos, qui illos codd. excusserint, apicem neglexisse *c* litterae impositum, et vere fuisse *S i c u t etc.* w + *Sicut i d quoque ab Ep.* ειξτυ = *Sicut i d q u o d ab Ep.* αβ𝔖 + *Sicut quoque q u o d ab Epic.* 𝔄 = *Sic id quod ab Ep.* GT R (V) 𝔑 — 𝔖 = *Sic quoque quod ab Epic.*

vives. w (l.) rR = *vivas.*

ad opiniones = PpAgTrVB Sb Pr. abd 𝔑 — 𝔊. GwR (E) 𝔄𝔐 — 𝔖 = *ad opinio n e m.* Ita mutatum esse videtur propter sequens *opinio.* (ρρ n. l.)

numquam eris dives = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a — *cris.*

7. *multi locupletes.* gArg.b — *multi.*

possederant = PpArB plerique ρρ P 2. 3. 𝔑 — 𝔗𝔖. g = *p o s s i d e r a n t.* TwR(s.m.) (E) 𝔅 — 𝔐a = *pos s e d e r u n t.* Arg.b V = *possi d e a n t.* GRαβγζ𝔖κλστ 𝔄 = *desiderant.* P4. hic habet lacunam duodecim fere verborum.

Ppg = *proveat* (= *provehat*).

eo deliciarum = PpABV P 3. (s. m.) Ops. 𝔖. Gγ𝔖κστ P 1. 3. 4. + *et a d h o c deliciarum opumque m a g n i t u d o.* ε + *et a d h o c m o d u s deliciarum op.* ι P 2. = *eoqu e deliciarum.* Col. aliquot ρρ = *et a d h o c deliciarum.* 𝔄 = *et deliciarum opumque e o.* 𝔑 — 𝔗 + *e t h o c eo deliciarum.* Rell. mss. 𝔅 — 𝔐a + *e t eo deliciarum.*

R (cr. ∾) = *ut ter r e n a marmoribus.*

non tantum habere = 𝔄𝔖 mss. etiam Ops. exc. (V) βξ P3. Col., qui cum 𝔑 — 𝔐a + *e t non tantum.* Ambian. = *n e c tantium.*

B = *habere d e l i c i a s liceat.*

et picturae. B + *s e d et picturae.* P = *et e p i c t u a e.*

AV 𝔄 = *ars i l l a.*

A — *luxuriae.*

elaboravit = pAgTwGRrVρρ (exc.

8 maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia ubi desinant non habent: nullus enim terminus falso est. Uia eunti aliquid extremum est. error inmensus est. Retrahe ergo te a uanis, et cum uoles scire quod petes utrum naturalem habeat an caecam cupiditatem, considera num possit alicubi consistere. Si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Uale.

EPISTULA V. (17.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Proice omnia ista, si sapis, immo ut sapias, et ad bonam mentem magno cursu ac totis uiribus tende. Si quid est quo teneris, aut expedi aut incide. Moratur, inquis, me res familiaris: sic illam disponere uolo ut sufficere nihil agenti possit, ne aut paupertas mihi oneri sit aut ego alicui. Cum hoc dicis, non uideris uim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse. et summam quidem rei peruides quantum philosophia
2 prosit, partes autem nondum satis subtiliter dispicis. nec dum

ξ) Arg. b cod. Amstelod. apud Burm. ad Anth. L. II. p. 735. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. Pξ (E) 𝔐 — 𝔐a = *laboravit.*

A = *ex his disces.*

8. A (s∾) = *fals a est.*

R + *ubi non desinant.* g = *desinan t u r.*

Via eunti. pRινοτ P 2. Sc 𝔄 = *viam eunti*, quod placuit Grutero. Sed *m* littera orta est ex accentu. G = *viam everti.*

V — *aliquid extremum est.*

Retrahe ergo te = PgwGRrBEV omnes fere ρρ Gr. Pinc. 𝔄ℜ—𝔗𝔏𝔖. pAT 𝔅 — 𝔐𝔍u — 𝔐a — *ergo.*

a vanis. αξ = *avaritiis.*

w = *cum v i s scire.*

quod petes = PpAgREβγλμν Ss. 𝔄, et probat Sw. GwTr(BV) ℜ—𝔖 = *petis.*

p = *utrum natur a l e habeat.*

w = *a u t caecam.*

considera num possit = PpAgR Bδλμνξυ P3. (s.m.). Arg. b = *cons. num pos s i s.* wβι Col. ℜ — 𝔅 = *cons. s i possit.* rε mυ P2. = *cons. s i non possit.* 𝔄 = *cons. u n d e possit.* GT (rell. ρρ EV) 𝔈 1. — 𝔖 = *cons. a n possit.*

𝔄 = *longe progres s u s.*

Lib. II. Ep. 5. (17.)

immo ut sapias. g — *ut.*

B = *et totis viribus.*

me res familiaris. p = *m o s familiaris* et *sic ill u m.*

disponere volo. Aξ = *d e ponere volo.*

ut sufficere nihil agenti. 𝔄 + *ut suff. m i h i n. ag.* R = *n i l agenti.* Pinc. = *ut o f f i c e r e*, alii cum P 1. 3. = *ut sufficere i n h o c agenti*, alii = *ut suff. h o c agenti.* Grut. ci. = *ut sufficere u n u m h o c agenti.*

Cum hoc dicis = 𝔄𝔖 mss. exc. β (BEV), qui cum ℜ — 𝔐a = *Cum h a e c dicis.*

R𝔄 = *vim a u t potentiam.*

pervides. αϑϰτ + *non.* E Col. ℜ — 𝔈 1. = *p r o vides.* G P 3. 4. = *n o n p r a e vides.* P2. = *p r a e vides.* 𝔄 = *n o n p r o vides.* R = *et summam quidem provides.*

T = *philosophia p o s s i t.*

satis subtiliter dispicis. Arg. b ξ — *satis.* AGRrw 𝔄ℜ — 𝔗 = *satis subt. d e spicis.* Tvo = *s. s. i n spicis.*

2. *nec dum.* A = *n o n dum.*

scis quantum ubique nos adiuuet, quemadmodum et *in maxi-*
mis, ut Ciceronis utar uerbo, opituletur, in minima descen-
dat. Mihi crede, aduoca illam in consilium: suadebit tibi ne
ad calculos sedeas. Nempe hoc quaeris et hoc ista dilatione
uis consequi ne tibi paupertas timenda sit. Quid si adpetenda
est? Multis ad philosophandum obstitere diuitiae. paupertas ex-
pedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit non se 3
peti. cum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid
efferat, quaerit. Aut si nauigandum est, non strepunt portus
nec unius comitatu inquieta sunt litora. non circumstat illam
turba seruorum ad quos pascendos transmarinarum regionum
est optanda fertilitas. Facile est pascere paucos uentres et bene
institutos et nihil aliud desiderantes quam inpleri. Paruo fa-
mes constat, magno fastidium. Paupertas contenta est deside-
riis instantibus satisfacere. Quid est ergo quare hanc recuses 4
contubernalem cuius mores sanus diues imitatur? Si uis uacare

ν = *quemadmodum n o s in maximis.*

et in maximis. A𝔑 — 𝔈1. — *e t.*

utar verbo = PpAwGgRrTρρ (exc. ϰ) VB 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. ϰ (Arg. b) 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *utar ver b i s.* E + *utar p r o v e r b i o v e l verbo.*

in minima descendat = PpAwg Arg. b BE. TGRr (Vρρ) 𝔄𝔑 — 𝔖 + *e t in min. desc.*

𝔛 = *Mihi crede a d d u c t a i l l a.*

illam in consilium. p = *illam n o n consilium.* 𝔏 = *concilium.* δ εμν = *in cons i l i a.*

𝔛 = *Quid n i si adp:* ν = *Quid si ap p e n d e n d a est.* 𝔑 — 𝔈1. = *ad pet. s i t.* T — *est.*

obstitere. B (cr. ∾) = *c o n stitere.*

3. *cum aliqua conclamatio est* = PpGT P1.2. 3.4. (aliquot ρρ) 𝔑 — 𝔖. AwgBE Sb Pr. abd. Ops. = *cum aliqua conclam a t a est.* r δεμνξ = *cum ali q u o conclam a t a est.* Col. = *cum aliqua v i conclama t a est.* Oudend. ad App. M. III, 61. p. 228. b. ex duobus mss. Leidd. refert = *cum aliqua v i s conclamata est,* et probat eam scripturam. Pinc. = *cum aliqu a v i conclam a t u m est,* unde Pinc. ci. = *cum alic u b i conclamatum est.* R Sc Excerpta de Paupert. A = *cum ali q u o conclamat u m est.* Vix dubito, quin Sen. scripserit *cum ali q u a conclama t u m est,* quod servat V: et quominus ita edam, solà obstat auctoritas codicum Pp.

Aut si navigandum est = PAwG RrT Arg. b BEρρ (exc. υ). pgυ 𝔄𝔑 — 𝔊 = *U t si navigandum est.* 𝔐 — 𝔖 — *Aut.*

non strepunt portus = mss. (exc. 𝔖P1.) 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔖P1. = *non strepi t portus.* 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *non p e r-strepunt p.*

non circumstat illam = PpT(EV) 𝔐 — 𝔐𝔞. Col. = *circumst. ill o r u m.* Rell. mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖 = *circumst. i l l u m,* quod non improbo.

fertilitas. T = *felicitas.*

R = *et n i l aliud des.* Semel moneo hunc librum ita semper fere scribere.

fastidium. Gw = *fasti d i a.*

Pw = *paupertas cont e m p t a est.* p — *est.*

4. V — *Quid est ergo — imitatur.*

quare hanc recuses = PpgGwBArg. b ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. Rell. mss. 𝔈1. — 𝔐𝔞 + *quare t u hanc rec.*

dives imitatur. A + *dives i d e s t s a p i e n s imitatur.* B = *imi t a t u s e s t.*

animo, aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest
studium salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas autem
paupertas uoluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: Non-
dum habeo quantum sat est. si ad illam summam peruenero,
tunc me totum philosophiae dabo. Atqui nihil prius quam hoc
parandum est quod tu differs et post cetera paras: ab hoc in-
5 cipiendum est. Parare, inquis, unde uiuam uolo. Simul et
parare disce. Si quid te uetat bene uiuere, bene mori non ue-
tat. Non est quod nos paupertas à philosophia reuocet, ne ege-
stas quidem. Toleranda est enim ad hoc properantibus uel fa-
mes, quam tolerauere quidam in obsidionibus. Et quod aliud
erat illius patientiae praemium quam in arbitrium non cadere
uictoris? quanto hoc maius est quo promittitur perpetua liber-
tas, nullius nec hominis nec dei timor. Equidem uel esurienti
6 ad ista ueniendum est. Perpessi sunt exercitus inopiam omni-
um rerum, uixerunt herbarum radicibus et dictu foedius tule-
runt famem. Haec omnia passi sunt pro regno (quo magis mi-
reris) alieno: dubitabit aliquis ferre paupertatem ut animum
furoribus liberet? Non est ergo prius adquirendum: licet ad phi-

p = *frugalitatis autem paup.* Arg. b = *Tolleque istas.* g = *istas accusationes.*

Nondum habeo quantum = mss. 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *Quantum sat est, nondum habeo.* 𝔄 = *quod satis est.* Bg = *quantum satis est.*

Atqui nihil. p = *Aut qui nihil.*

quod tu differs. p = *quod tu profers.*

et post cetera. p. (s. m.) = *et prius cetera.*

5. 𝔄 = *Parare, inquam.*

Si quid te vetat. V𝔄 = *Si quis te vetat.* 𝔇 = *Si quid te vacat.*

bene mori non vetat. Gαζ𝔇τ P1.3. — *non.* rε Col. Pinc. = ∾ *non vetet*, quod commendat Pinc.

quod nos paupertas. r𝔄 = *quo nos paup.* V — *paupertas.*

g = *ad philosophiam revocet.* g = *nec egestas quidem.*

B = *quam toleraverunt.*

P = *quanto hoc magus* (cr. s. m. = *magis*).

quo promittitur. δειμνοτ = *quo promittatur.* RrTw = *quod promittitur.* g = *quod promittatur.* É = *quod permittitur.*

Equidem vel esurienti = R Sc 𝔄𝔑 — 𝔈 1. 𝔖. Pp = *Haec quidem v. es.* grArg.b. = *Et quid? vel es.* B = *Et quid hoc? vel ad ista* (om. *esurienti.*) A — *Equidem — veniendum est.* Rell. mss. (ρϸ n.l.) 𝔈 2. — 𝔐a = *Et quidem* etc. G𝔄 = *ad istam.*

6. *omnium rerum.* V — *rerum.*

herbarum radic. g = *barbarum radic.*

et dictu foedius tulerunt famem = pGBγε𝔇ικλμξυ P 1. 2. 3. 4 unus Ops. Hinc omissa *u* ortum *dictu foedis* = ATr Arg. b Eβδνοτ Col. tres Ops. Mod. 𝔑u𝔐a𝔖. P = *dictu foede.* Rw (V) 𝔑 — 𝔅 1. = *dictu foedam.* g = *dictu foedissimam.*

Arg. b δεμν = *dubitavit aliquis.* G𝔇ξου + *et quid dubitabit al.* 𝔄 = *dubitabis aliquem ferre p.* V — *ferre.*

R𝔄 + *a furoribus.*

Arg. b δεμνυο = *liberaret.*

Non est ergo. E — *ergo.*

losophiam etiam sine uiatico peruenire. Ita est, cum omnia habueris tunc habere et sapientiam uoles. haec erit ultimum uitae instrumentum, et ut ita dicam, additamentum. Tu uero siue aliquid habes, iam philosophare: unde enim scis an iam
nimis habeas? siue nihil, hoc prius quaere quam quicquam. At 7
necessaria deerunt. Primum deesse non poterunt, quia natura minimum petit: naturae autem se sapiens adcommodat. Sed si necessitates ultimae inciderint, iamdudum exibit e uita et molestus sibi esse desinet. Si uero exiguum erit et angustum quo possit uita produci: id boni consulet nec ultra necessaria sollicitus aut anxius uentri et scapulis suum reddet et occupationes diuitum concursationesque ad diuitias euntium securus laetusque
ridebit ac dicet: Quid in longum ipse te differs? exspectabisne 8
fenoris quaestum aut ex merce conpendium aut tabulas beati senis, cum fieri possis statim diues? Repraesentat opes sapientia, quas cuicumque fecit superuacuas dedit. Haec ad alios pertinent: tu locupletibus propior es. Seculum muta, nimis habes. [Idem autem omni seculo, quod sat est.] Poteram hoc loco

haec erit ultimum. RG Gr. = *hoc erit ultimum.* r = *nec erit ultimum.*

ut ita dicam. A — *ita.*

ει = *si aliquid habes.*

T + *iam pariter philosophare.* B — *iam.*

r = *unde etiam scis.* Lat. Latin. Bibl. Prof. p. 45. legit = *an iam minus habeas.*

7. *At necessaria.* g = *An nec.* r = *deerit.* ℜ — 𝔅 + *necessaria non deerunt.*

naturae autem. r — *autem.*

ultimae inciderint. Pp = *ult. inciderunt.*

exibit e vita = P (= *exhibit*) p AGRT Arg. b Eϱϱ Gr. 𝔛. gwr BV = *exiet.* ℜ — 𝔖 = *exsiliet e vita.* GV — *e.*

exiguum erit = Pp Arg. bgAGwRr 𝔛. T = *exiguum est.* (Rell. mss.) ℜ — 𝔖 = *exig. fuerit.*

𝔛 + *sollicitus est aut anxius.* V = *sollicitus et anxius.*

𝔛 = *ventri aut scapulis.*

suum reddet. p = *ui reddet.* ι + *ius suum reddet.* 𝔛 + *suum ius reddet.* υ + *suum debitum reddet.* w (m∾) = *suum vendet.*

A = *concursionesque ad divitias.*

laetusque ridebit. G = *redibit.* B = *sedebit.*

RT = *et dicet.*

8. G𝔖ϰτ = *te ipsum differs.*

ex merce conpendium. GV P1. 𝔛ℜ — 𝔈𝔔. = *ex mercede comp.*

Arg. b 𝔛 = *quascumque fecit.* ζ = *cuicumque fortuna dedit, supervacuas fecit.*

dedit. P(cr. ∾) = *dedet.* R(s∾) ℜ — 𝔅 = *delet.*

propior es. ξ = *prior es.*

[*Idem autem omni seculo quod sat est*] = P(= *omnia*) pBArg. b aliquot ϱϱ, unde orta altera scriptura *Id est autem* etc. (*Idẽ* = Idem. *Id ẽ* = Id est) = TwEαγν P2. Col. (= *satis est*) (Ag = *autem*). Ops. = *id est autem omnia* (unus = *omni*) *seculo* etc. r = *Id est aut omnia secula* etc. G = *Idem ante omnia secula, quod satis est.* P2. (s.m.) P3. 4. (= *quid satis est*) = *id est ante omnia secula, quod sat est.* Rell. ϱϱ = *Idem ante*

epistulam claudere, nisi te male instituissem. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere: tibi ualedicere non
9 licet gratis. Quid istic? ab Epicuro mutuum sumam. *Multis parasse diuitias non finis miseriarum fuit, sed mutatio.* Nec hoc miror: non est enim in rebus uitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem nobis grauem fecerat et diuitias graues fecit. Quemadmodum nihil differt utrum aegrum in ligneo lecto an in aureo conloces: quocumque illum transtuleris morbum suum secum transferet: sic nihil refert utrum animus aeger in diuitiis an in paupertate ponatur. malum illum suum sequitur. Uale.

EPISTULA VI. (18.)

Seneca Lucilio suo salutem.

December est mensis: cum maxime ciuitas sudat. ius luxuriae publice datum est. ingenti adparatu sonant omnia: tam-

omnia secula, vel = *Id est ante omni seculo.* Duo codd. Mod. = *Id est autem omnia secula, quae satu sat est.* 𝔄 = *id est autem in omni seculo* etc. 𝔑 — 𝔗 = *id est ante omnia secula* etc. 𝔈2. — 𝔐 = *Sacculum muta ∾ Id est omni sacculo* etc. 𝔏—𝔐a ex ci. Opsop. = *Inest omni seculo* etc. 𝔖 = *Id est omni seculo* etc. RV unus Mod. — *Idem autem — sat est.* In margine P3. annotatum est haec supervacanea esse, neque ipse dubito, quin spuria sint: quae suspicio iam orta est Frc. Modio.

b + *hoc in loco.*

claudere. w = *includere.*

tibi valedicere. BV = *tibi dicere vale.*

Quid istic? = PpAGwRrTBρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. g = *Quid ista?* V = *Quid isto?* 𝔈2. — 𝔐a = *Quid istuc?*

9. P1. = *sed mutuatio.*

Nec hoc miror = PAwgTG Rr BE ρρ Ss. Gr. 𝔑 — 𝔈1. 𝔖. (V) 𝔈2. — 𝔐a = *Non hoc miror.* 𝔄 = *Nihil miror.*

Illud quod. 𝔑 — 𝔐 + *Illud quoque quod.* G = *Illud quoque.* 𝔄 + *illudque quod.*

paupertatem nobis = PpAwGgTR rVρρ Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. (EB) 𝔐 — 𝔖 — *nobis.*

fecerat. ν = *fecerit.* Gαϑκ = *facit.*

δζτ = *graves facit.*

nihil differt. ATGEVαγζικλξυ 𝔄 = *nihil refert.* RB = *nil refert.*

lecto an. Rw 𝔄 = *lecto aut.* 𝔄 = *auro.*

transferet = PpgwGEVδεμνυ Sbc 𝔖. ATRrB (rell. ρρ) 𝔄𝔑 — 𝔐a = *transfert.* b = *fert.*

GB = *aut in paupertate.* 𝔄 = *vel in paup.*

𝔄 + *nam malum ipsum.*

sequitur. P = *sequatur.* cr. = *sequetur.*

Lib. II. Ep. 6. (18.)

cum maxime = mss. etiam Pinc. Ops. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔏 — 𝔅1. 𝔖. 𝔅 — 𝔐 = *quo maxime.* 𝔑u𝔐a ex tribus codd. Mod. + *quo quum maxime.*

sudat = 𝔄𝔖 mss. exc. wβι, qui cum 𝔑 — 𝔐a = *desudat.*

publice. p 𝔑𝔑 𝔈2. — 𝔅1. = *publicae.* Sed P et A, qui ipsi alias diphthongos integras solent servare, hic ferunt *publice.*

quam quicquam inter Saturnalia intersit et dies rerum agenda-
rum. Adeo nihil interest ut non uideatur mihi errasse qui di-
xit olim mensem Decembrem fuisse nunc annum. Si te hic ha-
berem, libenter tecum conferrem quid existimares esse facien-
dum: utrum nihil ex cotidiana consuetudine mouendum, an ne
dissidere uideremur cum publicis moribus et hilarius coenan-
dum et exuendam togam. Nam quod fieri nisi in tumultu et tri- 2
sti tempore ciuitatis non solebat, uoluptatis causa ac festorum
dierum uestem mutauimus. Si te bene noui, arbitri partibus
functus nec per omnia nos similes esse pileatae turbae uoluisses
nec per omnia dissimiles: nisi forte his maxime diebus animo
imperandum est ut tunc uoluptatibus solus abstineat cum in
illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmita-
tis suae capit, si ad blanda et in luxuriam trahentia nec it nec
abducitur. Hoc multo fortius est ebrio ac uomitante populo 3
siccum ac sobrium esse. illud temperatius non excerpere se nec
insignire nec misceri omnibus et eadem, sed non eodem modo
facere: licet enim sine luxuria agere festum diem. Ceterum
adeo mihi placet temptare animi tui firmitatem, ut ex praecepto

inter Saturnalia intersit. T 𝔅 — 𝔊 + *non intersit.* 𝔐 ex ci. Erm. + *nunc intersit.* 𝔇𝔵𝔉 P1. 3. 4. = *inter Saturn. sit.* P. Faber Semestr. l. I. c. 14. ci. = *modo intersit.*

ut non videatur. pAwTrBEeArg. bδζιννɔ — *non.* V = *ut mihi videatur non errasse.* 𝔖 = *ut videutur mihi non errasse.*

nunc annum. Arg.b αγζ + *nunc autem annum.*

an ne dissidere. Gαγζ𝔇τ = *aut ne d.* P = *dissedere.* A = *desidere.* G = *discendere.* α𝔇τ = *discidere.*

Be = *videamur.*

exuendam togam. V 𝔑 — 𝔊 = *exuendum togam.* 𝔛 = *excuciendum togam.*

2. p = *voluptatis causam.* B — *causa.*

Pαβδμνɔ = *vestem mutabimus.* r = *vestem mutuavimus.* A𝔐 = *vestem mutamus.*

𝔑 — 𝔗 = *arbiter partibus.* 𝔛 = *arbitrii potestatibus.*

pileatae turbae. Col. = *palliatae turbae.* 𝔐 = *pullatae turbae.* 𝔛 — *pileatae* — *voluisses.*

𝔑 — 𝔗 + *nisi forte per omnia.*

μ + *animo vi imperandum est.*

solus abstineat. 𝔑 — 𝔗 — *solus.*

Certissimum argumentum. pe + *Certiss. enim arg.*

firmitatis suae. V = *sanitatis suae.* 𝔏 — 𝔅1. = *infirmitatis suae.* Rell. libri ∾.

ad blanda et in luxuriam. T = *in blanda* etc. P — *in.* e = *si et blanda luxuriamque trahentia.* Col. = *in luxuriam recumbentia.*

ν + *nec it nec se flectit nec abducitur.*

3. R — *multo.*

temperatius. ArSbTβδιμννɔ BEe 𝔛 = *temperuntius.* Plerique ρɔ + *est.*

excerpere se. Arg.b = *excipere se.* p = *exercuisse.*

insignire = PAwTRrBEe Ss. Ops. P2. Col. 𝔛𝔑 — 𝔗𝔖. pG (V) P1. 3. 4. 𝔅 — 𝔐a = *insigniri.* (ρɔ n. l.)

T = *sed misceri.*

temptare. Arg.b Col. = *temperare.*

animi tui. bArg.b — *tui.*

magnorum uirorum tibi quoque praecipiam: interponas aliquot dies quibus contentus minimo ac uilissimo cibo dura atque hor-
4 rida ueste dicas tibi: Hoc est quod timebatur? In ipsa securitate animus ad difficilia se praeparet et contra iniurias fortunae inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit sine ullo hoste, uallum iacit et superuacuo labore lassatur ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris ante rem exerceas. Hoc secuti sunt qui omnibus mensibus paupertatem imitati prope ad inopiam accesserunt, ne umquam expa-
5 uescerent quod saepe didicissent. Non est nunc quod existimes me dicere Timoneas coenas et pauperum cellas, et quicquid aliud est per quod luxuria diuitiarum taedio ludit. Grabatus ille uerus sit et sagum et panis durus ac sordidus. Hoc triduo et quatriduo fer, interdum pluribus diebus, ut non lusus sit, sed experimentum. Tunc, mihi crede, Lucili, exsultabis dipondio satur et intelleges ad securitatem non opus esse fortuna: hoc enim quod necessitati sat est debet et irata.

p = *tibi quoque praecipiamus.*

P = *aliquod dies.*

G = *minimo aut vilissimo.* T — *dura.*

4. G — *Miles — lassatur.* m∾.

decurrit. Aα duo Ops. = *discurrit.*

P (cr. ∾) = *vallum iacet.* αγζ + *vallum transilit, iacit telum et superv.*

possit. p = *opus sit.*

exerceas = PAwGTRreBρρ Ss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. p(EV) 𝔐 — 𝔐a = *exerce.*

5. *me dicere Timoneas coenas* = 𝔖 ex ci. Turneb. Advers. XXIV,33. ci. Mur. PpAwBESbPr.bβδ Col. = *me dicere temoneas coenas.* e cod. Turneb. = *me dicere temoveas coenas.* Rεϑζικλμξτυ P1.3. 𝔄 = *me dicere admoveas coenas.* Cod. Erm. cod. Mur. = *me dicere admoneas coenas.* r = *me dicere ammoveas coenas.* G = *me dicere te abmoveas coenas.* α = *me dicere removeas coenas.* P2. = *me dicere un moveas coenas.* P4. = *me ducere admoneas coenas.* Alius cod. Erm. = *me ducere ut te moneam coenas.* νο = *me dicere ut te moneam coenas.* V(?) = *me ducere te modicas coenas.* ℜ — 𝔈1. = *me dicere te admoveas coenas.* 𝔈2. — 𝔊 = *me dicere ut te admoveas ad coenas.* 𝔐 — 𝔐a ex ci. Erm. = *me ducere te ad modicas coenas.* Scalig. ci. = *ad monas coenas* i. e. μόνας κοινάς. Lips. ci. = *ad medicas coenas.* Triller Obss. cap. 26. ci. = *ad mimicas coenas.* Ruhk. ci. = *ad mundas coenas.* Tswmε + *frequentare.*

p = *et pauperem cellam.*

verus sit. RTαεζϑκλξστ 𝔄 = *vetus sit.* p(s.m.) = *durus sit.* γ = *severus sit.* r = *grabatus tibi servus sit.* 𝔈1. — 𝔊 = *ferus sit.* Erm. ci. = *serus sit.*

e = *triduo ac quatriduo.* Ab = *quadriduo.*

p = *nunc mihi crede.*

dipondio = PpAGRreαγεϑλξστ 𝔈 𝔊𝔖. BwℜR — 𝔈2. = *dis pondio.* Arg.b ικμυ Gr. = *dispendio.* 𝔐 — 𝔐a = *dupondio.* 𝔄 = *stipendio.*

satur. G = *satis.*

ad securitatem = AwTRrE Ss. Mod. Ops. P1. 2. 4. Excerpta de Paupert. 𝔄𝔖. G(Pp ρρ? BVP3. Col.) ℜ — 𝔐a = *ad saturitatem.* e = *ad sacietatem.*

R = *necessitati satis est.*

debet et irata = p. B = *etiam*

Non est tamen quare tu multum tibi facere uidearis: facies enim 6
quod multa millia seruorum, multa millia pauperum faciunt. Illo
nomine te suspice quod facies non coactus, quod tam facile erit
tibi illud pati semper quam aliquando experiri. Exerceamur
ad palum. et ne inparatos fortuna deprehendat, fiat nobis pau-
pertas familiaris. Securius diuites erimus, si scierimus quam
non sit graue pauperes esse. Certos habebat dies ille magister 7
uoluptatis Epicurus quibus maligne famem exstingueret uisu-
rus an aliquid deesset ex plena et consummata uoluptate, uel
quantum deesset, et an dignum quod quis magno labore pen-
saret: hoc certe in his epistulis ait quas scripsit Charino ma-
gistratu ad Polyaenum. Et quidem gloriatur *non toto asse*
pasci: Metrodorum, qui nondum tantum profecerit, toto.

debet irata. 𝔅—𝔖 = *debet etiam irata.* Col. = *debet licet irata.* Rell. ll. carent particula: quamobrem Sw. edidit *debet* [*etiam*] *irata*, sed coniicit Senecam scripsisse *dat et irata* ex scriptura 𝔄 = *det irata.* At illud *det* ipsum est *debet* nota huius verbi (dȝ) male reddita. Quod vero recepi *et*, facile poterat absorberi a syllaba simili, quae praecedit.

6. *Non est tamen.* Gβγ϶κλξϛ — *tamen.* α = *Non est irata quare.*

tu multum. P𝔑 — *tu.* pγ = *tumulum.* ArArg.bβδεζ𝔑 all. = *tumultum.*

αγ = *facies autem.* ϶κλξɔ = *faceres enim.*

servorum, multu. A + *servorum, quod multa.*

P = *pauperum faciant.*

Illo nomine. Ae + *Illo solum nomine.*

suspice. Be plerique ϼϸ Gr. 𝔄 = *suscipe.*

νɔ = *quod facias.*

quod tam facile erit = pAwTE Vβδιμνɔυ Arg.b P2. Col. 𝔑 — 𝔗𝔖. B = *quia tam f. erit.* e = *quod tam vile erit.* 𝔄 = *quantum facile erit.* Rell. mss. 𝔅 — 𝔐𝔞 — *quod.*

illud pati. Gαζ϶κξ = *istud pati.* Ae — *illud.* w + *tibi.*

Exerceamur. r + *Et exerceamur.* A = *Exerceamus nos.*

ad palum = pR(V) ℭ — 𝔖 ex ci. Erm. Rell. mss. 𝔄𝔑—ℭ2. = *ad paululum.* mp = *pulum. ita enim milites solebant.*

ne inparatos. A + *ne inp. nos.* G + *ne nos inparatos.* 𝔄𝔑u = *imperatos* (operarum vitio).

si scierimus. P (cr. ∾) bG = *si sciremus.* e = *si scieremus.* B = *si sciemus.*

7. A — *Certos habebat — profecerit toto.* 𝔄 — *ex plena — deesset.*

V = *plena consummataque.* Arg.b = *consummata voluntate.*

R𝔑 — ℭ 1. = *et quantum deesset.* r = *quod quantum deesset.*

magno labore. Col. = *maligno labore.*

V — *hoc certi in his — profecerit, toto.*

B = *in istis epistolis.*

Et quidem. e = *Equidem.*

Charino magistratu. rG aliquot Gr. = *Carino magistratui.* R aliquot Gr. (s.m.) 𝔑 — 𝔊 + *Carino de magistratu.* e = *Carino magister.*

gloriatur. TE = *gloriatus.*

non toto asse pasci = PpwTRrB ϼϸ (exc. Δ) Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. G(E) 𝔐 — 𝔐𝔞 + *se pasci.* e = *non toto a se pasci Metrod.* Δ = *non toto se pasci.*

profecerit, toto. p (s.m.) = *totum.* rV 𝔑 — ℭ 1. = *Toto* et iungunt cum sequentibus.

8 In hoc tu uictu saturitatem putas esse? et uoluptas est. uoluptas autem non illa leuis et fugax et subinde reficienda, sed stabilis et certa. Non enim iucunda res est aqua et polenta aut frustum hordeacei panis. sed summa uoluptas est posse capere etiam ex his uoluptatem et ad id se deduxisse quod eripere nulla fortunae iniquitas possit. Liberiora alimenta sunt carceris: sepositos ad capitale supplicium non tam anguste qui occisurus
9 est pascit. Quanta est animi magnitudo ad id sua sponte descendere quod ne ad extrema quidem decretis timendum sit: hoc est praeoccupare tela fortunae. Incipe ergo, mi Lucili, sequi horum consuetudinem et aliquos dies destina quibus secedas a tuis rebus minimoque te facias familiarem: incipe cum paupertate habere commercium:

Aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum finge deo.

10 Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit. quarum possessionem tibi non interdico, sed efficere uolo ut illas

8. *In hoc tu victu saturitatem putas esse?* = mss. (exc. AVρρ) 𝔄𝔑— 𝔊𝔏𝔊ro 𝔑u. V = *In h. t. v. s u c i e t a t e m putas esse?* A = *In hoc victu n o n s o l u m saturitatem esse p u t e s.* ρρ = *In h. v. saturitatem t u putas esse?* 𝔐 𝔅1. 𝔐a + ∞ *n o n putas esse?* 𝔖 = *Hoc tu in victu saturitatem putas esse?* quem verborum ordinem non prodit unde petierit.

et voluptas. 𝔇λξστ P1. 3. 4. + *et q u i d e m voluptas.* 𝔛 = *q u i d e m voluptas.* Ae 𝔑 — 𝔈1. — *e t.*

R = *Voluptas t a m e n.* B = *et v o l u p t a t e m, n e c a u t e m illa et levis et.* 𝔑 — 𝔈1. + *Voluptas autem e s t.*

𝔛 = *resti t u e n da sed e t stabilis.*

R = *Non e s t enim i n i o cunda res.* λ = *Non enim i n i u cunda.* β 𝔑 — 𝔈1. = *Non enim h o r r i d a.*

E𝔑 = *aut frus t r u m.* 𝔛 = *aut frus t u l u m.* A (m∞) = *aut fru c t u m ordi a c i i panis.*

se deduxisse = PpAGwreEB plerique ρρ Ss. Gr. 𝔛𝔖. T = *se e duxisse.* δ = *se adduxisse.* αε = *duxisse.* Rv(V) 𝔑 — 𝔐a = *reduxisse.*

Liberiora alimenta = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *Libe r a l i ora sunt alim.*

b = *n a m tam auguste.*

9. *ne ad extrema quidem.* Rr — *ne.* 𝔑 — 𝔐a = *n e c — quidem.* G = *nec extrem i s quidem.* P1. 3. = *ne extrem i s quidem.* 𝔇ξ = *ne ex t e r i u s quidem.*

decretis = PpAGwRreEVρρ Sb Pr. abd Col. P1. 3. 𝔑 — 𝔊𝔖. TSc 𝔛 = *det r a c t i s.* B P4. = *de ce r t i s.* P2. = *de c e t e ris.* 𝔐 — 𝔐a = *re d a c t i s.* Aw = *timendum e s t.*

sequi horum. r𝔛 = *sequi e o r u m.*

r = *et alios dies destin a t a.* cr. = *destinat o.* Arg. bαο = *destin a r e.* ν = *desti n e s.*

𝔑 — 𝔈2. = *incipe cum paup e r e hab. com.*

ν = *Aud i hospes.* Gα𝔣𝔇 (λοs∞) — *hospes.*

A = *fing er e deo.* ν = *finge. d u m nemo.*

10. P — *est.* G — *Nemo — deo.*

A = *qui opes contemp n i t.* 𝔛 = *contemp s e r i t.*

possessionem = PpAGwREρρ Gr. Ops. cod. Gron. Erfurt. Heins. Ss. 𝔛𝔑 — 𝔛 𝔑u 𝔖. T(BV) 𝔅 — 𝔅1. 𝔐a = *possessio n e.* e Excerpta de Paup. = *possessio n e s.*

intrepide possideas: quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate uicturum persuaseris tibi, si illas tamquam exituras semper adspexeris. Sed iam incipiamus epistulam conplicare. Prius, inquis, redde quod debes. Delegabo te ad Epicurum, ab illo fiet numeratio: *Inmodica ira gignit insaniam.* Hoc quam uerum sit necesse est scias, cum habueris
et seruum et inimicum. In omnes personas hic exardescit ad- 11
fectus. tam ex amore nascitur quam ex odio, non minus inter seria quam inter lusus et iocos. Nec interest ex quam magna causa nascatur, sed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quam magnus, sed quo incidat: nam etiam maximum solida non receperunt. rursus arida et corripi facilia scintillam quoque fouent usque in incendium. Ita est, mi Lucili, ingentis irae exitus furor est: et ideo ira uitanda est non moderationis causa, sed sanitatis. Uale.

EPISTULA VII. (19.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Exsulto quotiens epistulas tuas accipio: inplent enim me bona spe et iam non promittunt de te, sed spondent. Ita fac, oro atque obsecro: quid enim habeo melius quod amicum rogem quam quod pro ipso rogaturus sum? si potes, subduc te

beate victurum. Gαζϑκλτ = *bene victurum.*

ϑ = *illas tamquam exiturus.*

𝔄 = *Sic iam incipimus.*

νϑ = *Primum, inquis, redde.*

Delegabo te ad Ep. = PpAGwT RrBEeVρρ Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔐a = *Delegabo tibi Epic.*

G = *fiut numeratio.* ATVενξ mϑ = *muneratio.* ϑλ𝔄𝔑 — 𝔈1. = *remuneratio.*

Arg.b + *necesse est, ut scias.*

P = *cum haberis et servum.* 𝔄 = *te servum.* GbeP1. 3. (p.m.) 4. 𝔑 — 𝔐 — *et.* *inimicum et servum* voces Mureto suspectae.

11. w = *ex amore oritur.*

B𝔄 + *non minus habet inter seria.* V + *non minus habetur inter seria.*

𝔄 = *magna causa innascatur.*

G = *non referet.*

quam magnus. 𝔄 + *sit.*

Bνϑ𝔄 = *solida non recipiunt.*

G = *et corrumpi facilia.* RV 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *et comburi facilia.*

usque in incendium. wν — *usque.* RT = *usque ad inc.*

furor est. G — *est.*

et ideo ira. ν — *ira.*

non moderationis. mR + *tantum.* Sw. „Suspicari quidem, inquit, aliquis posset, intercidisse olim vocem *modo* ante *moderationis.*“

sanitatis. R = *salutis.* 𝔄 + *vel salutis.*

Lib. II. Ep. 7. (19.)

et iam non. RT(E) P4. 𝔑 — 𝔐a — *et.* wV — *iam.* Rell. ∾. P4. = *nam non.*

quod amicum rogem. P = *quam am. rog.* 𝔑 — 𝔗 + *quam quod am. rog.*

istis occupationibus. si minus, eripe. Satis multum temporis sparsimus: incipiamus uasa in senectute colligere. Numquid inuidiosum est? in freto uiximus, moriamur in portu. Neque ego suaserim tibi nomen ex otio petere, quod nec iactare debes
2 nec abscondere. Numquam enim usque eo te abigam generis humani furore damnato ut latebram tibi aliquam parari et obliuionem uelim: id age ut otium tuum non emineat, sed adpareat. Deinde uidebunt de isto quibus integra sunt et prima consilia an uelint uitam per obscurum transmittere. Tibi liberum non est: in medium te protulit ingenii uigor, scriptorum
3 elegantia, clarae et nobiles amicitiae: iam notitia te inuasit: ut in extrema mergaris ac penitus recondaris, tamen priora monstrabunt. Tenebras habere non potes: sequetur quocumque fugeris multum pristinae lucis. Quietem potes uindicare sine desiderio aut morsu animi tui. Quid enim relinques quod inuitus relictum a te possis cogitare? Clientes? quorum nemo te ipsum sequitur, sed aliquid ex te. [Amicos?] olim amicitia pe-
4 tebatur, nunc praeda. Mutabunt testamenta destituti senes.

𝔑—𝔈1. = *istis cogitationibus.*
si minus. rG = *sin minus.*
satis multum. G + *satis est multum.*
vasa in senectute coll. = mss. 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *in sen. vasa.*
in freto. GαζϑκξοΤ = *in mari.*
Neque ego suaserim. p = *Neque enim suasero.* V = *Neque enim suaserim.* 𝔄 + *Neque ego enim s.*
V — *quod nec iactare — abscondere.*
2. *parari.* G = *parare.*
𝔐 = *ad oblivionem.* p = *parari oblivione velimus.*
R = *ita age, ut.*
otium tuum. T — *tuum.* T = *videbimus de isto.* GαγεζϑκξοΤ 𝔄 = *videbunt de istis.* 𝔑 — 𝔈1. = *vid. te isti.*
prima consilia. GϑP1. 𝔈1. — 𝔅1. = *propria consilia.*
A = *an velim.*
te protulit. w = *te propulit.*
A — *scriptorum — te invasit.*
elegantia. GwTVE 𝔄 = *elegantiae.*
rB = *dare et nobiles.*
iam notitia = p Nicot. Ops. 𝔖. PGRrβδεϑικλμνξ tres Ops. Col. P1. 2. 3. Sb (Oberl. = *Ea*) = *tam notitia.* P(s.m.) Tw (BEV) P 4. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *tanta notitia.*

3. *ut in extrema.* GR (V Arg. b) P1. 3. 4. (nonnulli ρρ) 𝔄𝔏 — 𝔅1. + *ut si in extrema* wBβεζιμ. (P. 2. s. m.) 𝔑 — 𝔊 + *ut licet in extrema.* 𝔐 = *licet in extrema.* Utrumque additum est ad vim particulae *ut* explicandam.

penitus recondaris = PpATGwR Arg. bBVρρ 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. R(E) 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *penitus condaris.*

priora monstrabunt = mss. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖. 𝔅 — 𝔐𝔞 + *priora te monstr.*
A = *sine desiderio ac morsu.*
Gαζϑξ = *relinquis.* V — *invitus.*
relictum a te. w = *relinqui a te.*
Gϑξ — *sed aliquid ex te.* 𝔄 + *sed aliquid olim ex te.*

[*Amicos?*] *olim amicitia.* = R𝔑 — 𝔖. Gαϑξ = *Amicis ex te olim amicitia.* Vocem *Amicos* ex reliquis libris nullus habet, ut in suspicionem non venire non possit.
𝔄 = *pro amicitia petebatur.*

migrabit ad aliud limen salutator: non potest paruo res magna
constare. Aestima utrum te relinquere an aliquid ex tuis
malis. Utinam quidem tibi senescere contigisset intra natalium
tuorum modum, nec te in altum fortuna misisset. Tulit te lon-
ge a conspectu uitae salubris rapida felicitas, prouincia et pro-
curatio, et quicquid ab istis promittitur: maiora deinde officia
te excipient et ex aliis alia. Quis exitus erit? quid exspectas 5
donec desinas? Habere quod cupias? Numquam erit tempus.
Qualem dicimus esse seriem causarum ex quibus nectitur fa-
tum, talem [dicimus] esse cupiditatum: altera ex fine alterius
nascitur. In eam demissus es uitam quae numquam tibi terminum
miseriarum ac seruitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicem iugo
tritam: semel illam incidi quam semper premi satius est. Si te 6
ad priuata retuleris, minora erunt omnia, sed affatim inplebunt:
at nunc plurima et undique ingesta non satiant. Utrum autem
mauis ex inopia saturitatem an in copia famem? Et auida fe-
licitas est et alienae auiditati exposita. Quamdiu tibi satis nihil
fuerit, ipse aliis non eris. Quomodo, inquis, exibo? Utcum- 7
que: cogita quam multa temere pro pecunia, quam multa la-
boriose pro honore temptaueris. aliquid et pro otio audendum

4. β = *an aliquem ex tuis.*

Utinam quidem. Quidam Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔅 — *quidem.* V — *tibi.* B = *te senescere.*

G = *inter natalitium tuorum.* p = *modos.* γ = *nutalium tuorum domum.*

p — *provincia.*

procuratio. p = *praeparatio.*

excipient. B = *suscipient.*

et ex aliis alia. A — *et.*

5. Arg.b = *Quid exitus erit?* Pp = *quid spectas,* quod fortasse genuinum.

Numquam erit tempus. G P1. 3. = *Num quid* etc. Quidam Pinc. + *desinendi.*

A — *Qualem* — *cupiditatum.*

P — *causarum* — *dicimus esse.*

talem [dicimus] esse = 𝔅 — 𝔐. 𝔏 — 𝔖 = *talem et cupiditatum.* Sed cum sit in omnibus mss. et 𝔄𝔑 — 𝔗 = *talem esse cupiditatum,* malo supplere verbum quam mutare. Quidam Gr. = *cupiditatem,* rell. = *cupiditatum* hac Genitivi terminatione. G𝔄 + *finem.*

A = *alterum ex fine alterius nascitur.*

demissus. Ar = *dimissus.* b = *dimissus est.* E — *es.*

𝔄 = *aut servitutis.* T — *ac servitutis ipsa.*

BV — *Subduc* — *tritam.* 𝔈1. — 𝔐 — *tritam.* Lat. Latin. Bibl. Prof. p. 46. legit = *totam.*

α𝔖 P1. 3. = *Tibi tam semel illam incidi.* v𝔬 = *semel illam incidere.*

6. 𝔑 — 𝔈2. = *et affatim.*

A = *at tunc plurima.*

ingesta. T = *congesta.* Col. = *an ex copia famem.* w = *aut in cop. f.*

7. *Utcumque.* Gαβγε𝔖𝔬 𝔄 = *utrumque.*

𝔑 — 𝔗 — *temere.*

R = *laboriosa.*

T = *pro otio augendum.*

est, aut in ista sollicitudine procurationum et deinde urbanorum officiorum senescendum in tumultu ac semper nouis fluctibus, quos effugere nulla modestia, nulla uitae quiete contigit. Quid enim ad rem pertinet, an tu quiescere uelis? fortuna tua non uult. Quid si illi etiam nunc permiseris crescere? quantum ad
8 successum accesserit accedet ad metus. Uolo tibi hoc loco referre dictum Maecenatis uera in ipso eculeo elocuti: *ipsa enim altitudo attonat summa.* Si quaeris in quo libro dixerit: in eo qui *Prometheus* inscribitur. Hoc uoluit dicere: *attonita habet summa.* Est ergo tanti ulla potentia ut sit tibi
9 tam ebrius sermo? Ingeniosus uir ille fuit magnum exemplum Romanae eloquentiae daturus, nisi illum eneruasset felicitas, immo castrasset. Hic te exitus manet, nisi iam contrahes uela, nisi, quod ille sero uoluit, terram leges. Poteram tecum hac Maecenatis sententia parem facere rationem. sed mouebis mihi controuersiam, si noui te, nec uoles quod debeo, [nisi] in aspero et probo accipere. Ut se res habet, ab Epicuro uersu-

P = *in ista solitudine.* Vonck Lectt. Latt. L. I. p. 67. corrigit = *audendum est: haut in ista soll.* [Matth.]

V = *ac deinde urbanorum senescendum.* p = *senescere in tumultu.*

A = *quis effugere.*

A = *nulla molestia.*

contigit = PpTVEB. AGwRr𝔄ℜ — 𝔖 = *contingit.* De reliquis non constat.

A — *Quid si illi* — *quid acceperit* (ad finem ep.).

permiseris. ℜ — 𝔈1. = *promiseris.*

pυ = *ad successus.*

accedet. Rλ + *tantum accedet.* rBEδεχμνξ Arg.b P4. = *accedat.*

ad metus = PpT RrE δελμνξοτυ SbPr.abd Pinc. 𝔄ℜ. Gαγ P1.2. 𝔅—𝔊 = *accedet et metus.* V = *accedet et motus.* βι P3. Col. ℜ𝔗 + *et ad metus.* κ P4. 𝔐 — 𝔖 = *ad metum.* w = *accedet et* (s *l' ad*) *metum.*

8. V — *Volo tibi* — §. 9. *Ut se res habet.*

elocuti = Nicotian. Ops. Tτ𝔖. P = *elocuit.* mp = *elucuit.* prwsG antiquiores ρρ tres Ops. P2. Sb Pr.abd ℜ — 𝔅 = *edocuit.* GR (BE rell. ρρ) P1. 3. 4. Col. 𝔄 𝔈1. — 𝔐a = *docuit.*

9. *exitus manet.* ℜ = *ex. monet* ℜ — 𝔅 = *ex. movet.*

contrahes vela = PRrGwBρρ 𝔄𝔖. T(EArg.b) ℜ—𝔐a = *contrahas v.*

T = *terram legas.* Arg. b = *t. legeres.*

sero voluit. ℜn = *serio voluit* ex ingenio, ut videtur.

ℜ — 𝔐a + *tecum et hac.*

sententia. 𝔄 = *si natura.* Librarius male intellexit scripturae compendium.

V + *movebis mihi hanc controversiam.*

quod debeo [*nisi*]. Particula est ex Erasmi coniectura, quam probant Turneb. Adv. XVIII, 28. Hotoman. de Re Num. c. 2. Lips. ad h. l., ac receperunt Gron. et Sw. Retinui eam uncis inclusam, quia sententia poscere videbatur: at fortasse *nec voles* in *et voles* mutandum.

in aspero et probo. p + *in aspero et in probo.* αζ = *debeo, iam ex aspero* etc. γ = *debeo iam ab aspero.* Erm. putabat haec posse accipi de *Aspero* et *Probo* grammaticis, sed ipse probare videtur alteram interpretationem, quae refert ad *aes vetus* vel *grave.*

Ut se res habet. p = *ras.* p𝔄 — *habet*, sed in p sedes huius verbi est

ra facienda est. *Ante*, inquit, *circumspiciendum est cum quibus edas et bibas quam quid edas et bibas. Nam sine amico uisceratio leonis ac lupi uita est.* Hoc non continget tibi, nisi secesseris: alioquin habebis conuiuas quos ex turba salutantium nomenclator digesserit. Errat autem qui amicum in atrio quaerit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat quibus ipse non est, quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos animos, cum quidam quo plus debent magis oderint. Leue aes alienum debitorem facit, graue inimicum. Quid ergo, beneficia non parant amicitias? Parant, si accepturos licuit eligere, si conlocata, non sparsa sunt. Itaque dum incipis esse mentis tuae, interim hoc consilio sapientium utere, ut magis ad rem existimes pertinere quis quam quid acceperit. Uale.

EPISTULA VIII. (20.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Si uales et te dignum putas qui aliquando fias tuus, gaudeo: mea enim gloria erit, si te istinc ubi sine spe exeundi fluctuaris extraxero. Illud autem te, mi Lucili, rogo atque hortor ut philosophiam in praecordia ima demittas et experi-

vacua. ꝰ P1. + *Ut edas et bibas se res habet* G = *Ut sextius habet.* Grut. ci. = *Utut.*

10. P𝔑 — 𝔗 — *quam quid edas et bibas.*

Nam sine amico. 𝔛 = *Non s. a.* μ + *Nam sive cum amico.*

lupi vita est. Arg.b μνɔ = *lupi vitanda est.*

R𝔛 = *nomenculator.* T all. = *nomendator.*

Errat autem. w — *autem.* P𝔛 = *Erat autem.*

V + *quaerit, non in convivio.*

efficacia iudicat. p — *efficacia.*

ad conciliandos animos = PG ϼϼ (exc. βγμ) Sb Pr.abd Ops. P1. 2. 3. 4. pTRrw (BEV) βγμ Col. 𝔑 — 𝔈 = *ad conc. amicos.* Sc 𝔛 — *animos.*

Arg.b = *magis oderunt.*

GV Arg.b P3. Col. 𝔛 = *gravem amicum.*

conlocata = PprTG BVϼϼ (exc. ω) Ss. Ops. P1. 2. 3. 𝔛𝔑 — 𝔊𝔖. (recentiores = *collocata*). Rwω (E) Col. 𝔐 — 𝔐a = *collata.*

Itaque dum incipis. P1. 3. 4. Col. = *Itaque dum incipies.* δμν = *Idque dum accipis.*

sapientium = PRT𝔛𝔑 — 𝔈1. 𝔖. pGwr 𝔈2. — 𝔐a = *sapientum.* De reliquis non constat.

T = *quam quid accipiat.*

Lib. II. Ep. 8. (20.)

Arg.b = *mira enim gloria.* ζτ = *magna gloria erit.* wαϑκξυ — *enim.*

ν = *ubi nulla spes est exeundi.*

fluctuaris. r = *fluctuas.*

Illud autem te. ARV — *te.* b = *rogo et exhortor.*

mentum profectus tui capias non oratione nec scripto, sed animi firmitate et cupiditatum diminutione: uerba rebus proba. Aliud propositum est declamantibus et adsensionem coronae captantibus, aliud his qui iuuenum et otiosorum aures disputatione ua-
2 ria aut uolubili detinent. Facere docet philosophia, non dicere. et hoc exigit ut ad legem suam quisque uiuat, ne orationi uita dissentiat, ut unus sit omnium actionum color. Maximum hoc est et officium sapientiae et indicium ut uerbis opera concordent, ut ipse ubique par sibi idemque sit. Quis hoc praestabit? Pauci: aliqui tamen. Est difficile hoc: nec hoc dico sa-

AwA = *non oratione, n o n scripto.*

et cupiditatum. pB — *et.*

diminutione = mss. AR — GS. M — Ma = *d e minutione.* vid. Ind. G — *proba.*

adsensionem. Arg.b = *a s c ensionu m.* α = *assumptionem.* ν = *assen s u m.*

coronae. γ = *oratione.*

et otiosorum. wG — G = *occisorum.* M — et.

varia aut volubili = R — Ma mss. exc. rwTSc, qui cum AS = *varia a c volubili.* V = *varia e t volubili.*

2. *ne orationi.* pA = *n o n orationi* Grw Gr. A = *n e c orat.* A = *oratio n e.* *n e c* praefert Grut.

ut unus sit omnium actionum color. = Ab. PArg. bE = *ut ipsa inter se vita unus sit omnium actio dissenionum color sit.* p = *ut ipsa inter se vita* [*i.* s.m.] *us sit omnium actionum dissensione coloris sit.* r = *ut ipsa inter se vita unius s i c omnium actionum dissensionum color sit.* RGB P1. 2. 3. 4. RG1. — G = *ut ipsa inter se vita unius s i n e omnium actionum dissensione coloris sit.* (G = *dissen t i one.*) T = *ut ipsa inter se vita una sit omnium actionum dis c r e t i o, u n i color sit.* w = *ut ipsi inter se vita una omnium sit actio dissentionum color.* β = *ut ipsa inter se vita unius sit omnium actio, dissensionum color sit.* Eadem habent δνο, praeterquam quod δν = *u n u s,* o = *u n a.* Rell. ρρ = *ut ipsa inter se vita unius sit omnium actionum,* vel *actionum omnium dissensione coloris sit.* Col. = *ut ipsa i n t r a se vita unus sit omnium actionum d i f f e r e n t i u m color.* R — B = *ut ipsa inter se vita unius s i v e omnium actionum dissensione coloris sit unius.* A = *ut ipsa i n t r a se vita unus sit sine omnium actionum dissensione coloris.* (V) M — S = *ut ipsa inter se vita unius sine actionum dissensione coloris sit.* Sw. ci. = *ut ipsa inter se vita una sit, unius sine actionum dissensione coloris;* sive *unus omnium actionum color.* Sed retinere voluit priora illa *ut ipsa inter se vita una sit,* quae non minus quam cetera Senecae ingesta esse arbitror ac reiicio: velim tamen plures libros hic facere cum A, qui non raro etiam sana resecat.

Maximum hoc. w + *S e d m. h.* A = *Maxim e hoc et officium sapientiae s i t.*

ut ipse ubique = mss. (exc. R) AR — GS. RM — Ma + *ut e t ipse.* Ruhk. emendat = *ut et ipse par t i b i idemque s i s.* p = *par sibi d e n i q u e sit.*

aliqui tamen. A = *et nonnulli* om. *tamen.*

Est difficile hoc. Plerique Gr. all. = *Diff. est hoc.* p + *Est e n i m diff.* P — *hoc.* Grt. ci. = *Diff. est hoc; nec h i c dico.* A = *n e e t hoc dico.* T — B1. — *hoc.* Gζϑκξτ = *dic a s.* V = *nec t a m e n s e m p e r hoc dico.*

pientem uno semper iturum gradu, sed una uia. Obserua ita- 3
que numquid uestis tua domusque dissentiant, numquid in te liberalis sis, in tuos sordidus, numquid coenes frugaliter, aedifices luxuriose. Unam semel ad quam uiuas regulam prende et ad hanc omnem uitam tuam exaequa. Quidam se domi contrahunt, dilatant foris et extendunt. Uitium est haec diuersitas et signum uacillantis animi ac nondum habentis tenorem suum. Etiamnunc dicam unde sit ista inconstantia et dissimilitudo rerum consiliorumque. Nemo proponit sibi quid uelit, 4
nec si proposuit perseuerat in eo, sed transsilit. nec tantum mutat, sed redit et in ea quae deseruit ac damnauit reuoluitur. Itaque ut relinquam definitiones sapientiae ueteres et totum conplectar humanae uitae modum, hoc possum contentus esse: Quid est sapientia? Semper idem uelle atque idem nolle. licet illam 5
exceptiunculam non adicias ut rectum sit quod uelis: non potest enim cuiquam idem semper placere nisi rectum. Nesciunt ergo homines quid uelint, nisi illo momento quo uolunt: in totum nulli uelle aut nolle decretum est. Uariatur cotidie iudicium et in contrarium uertitur ac plerisque agitur uita per lusum. Preme ergo quod coepisti: et fortasse perduceris aut ad sum- 6

w = *sapientiae.*
iturum. p = *iter.*
gradu. 𝔛 = *gressu.*
3. BArg.b = *Observare itaque.*
numquid. G𝔛 = *numquam.* Arg.b = *ne umquam.*
dissentiant. Arg.b antiquiores ϼϼ 𝔐 = *dissentiat.* w = *desideant.*
in te liberalis. p — *te.*
Pp = *in tuos ordidos*, quod saepe in mss. praesertim antiquioribus observatur.
regulam prende. G𝔇ϰξτ Sc Pr.d = *regulam pretende.*
𝔛 = *et in hac omnem vitam.* GV — *tuam.*
B = *ac necdum habentis.*
Etiamnunc dicam. 𝔛 — *nunc.* V = *Et nunc d.* 𝔈2 — 𝔅1. = *Etiamnum.* B = *dicant.*
ista inconstantia. b — *ista.*
4. B = *nec ut proposuit.* νϡ = *nec si proposuerit.*
transsilit. pb = *transtulit.*
Rw = *et damnavit.*
Itaque ut relinquam. b — *ut.* Col. = *derelinquam*, quod placet Grutero.
bR = *diffinitionem.*
sapientiae veteres = PpGw (Arg. bV) ϼϼ (exc. αγδεζιμ) 𝔈1. — 𝔖. AT RrBEαγδεζιμ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *sap. veteris.*
hoc possum contentus esse = pAwRrϼϼ (exc. ζ) Arg.bE 𝔑 — 𝔐. PGTζ (BV) 𝔏 — 𝔖 = *hac poss. cont. esse*, ut intelligatur *definitio.* 𝔛 = *hic possum* etc.
5. *non adicias.* 𝔑 — 𝔐 = *non adiiciam.*
Non potest enim = mss. 𝔛𝔖. 𝔑 — 𝔐a — *enim.* G𝔇ϰξστ + *nisi sit rectum.*
G = *Nesciunt enim homines.*
w = *nisi eo momento.*
𝔑 — 𝔅 + *etiam in totum.*
G = *velle ac nolle.*
δ = *et in contrarium volvitur.*
𝔑 — 𝔗 = *a plerisque.* 𝔅 = *atque plerisque.* 𝔈1. — 𝔖 = *atque a plerisque.* 𝔐 = *Itaque plerisque.*
6. γ = *Pone ergo.* δ = *Prome ergo.*
B = *aut perduceris ad summam.*

mum aut eo quod summum nondum esse solus intellegas. Quid fiet, inquis, huic turbae familiari? Turba ista cum a te pasci desierit, ipsa se pascet, aut quod tu beneficio tuo non potes scire paupertatis scies. Illa ueros certosque amicos retinebit: discedet quisquis non te, sed aliud sequebatur. Non est autem uel ob hoc
7 unum amanda paupertas quod a quibus ameris ostendet? O quando ille ueniet dies quo nemo in honorem tuum mentiatur! Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta omnia alia uota deo remissurus, ut contentus sis temet ipso et ex te nascentibus bonis. Quae potest esse felicitas propior? Redige te ad parua ex quibus cadere non possis: idque ut libentius facias ad hoc
8 pertinebit tributum huius epistulae quod statim conferam. Inuideas licet: etiam nunc libenter pro me dependet Epicurus. *Magnificentior, mihi crede, sermo tuus in grabato uidebitur et in panno: non enim dicentur tantum illa, sed probabuntur.* Ego certe aliter audio quae dicit Demetrius noster,

𝔑 — 𝔈1. — *nondum.*
A — *esse solus.* 𝔄 = *solum.* γ = *solus putas.*
familiari = pP1.4 (3. p.m.) 𝔑u, et probat Gron. ad Sen. de Ir. III, 8. Pr.d P2. (p.m.) + *familiari sive rei familiari.* P = *familiarius sive rei familiarium.* AmGαβδιμο SbPr. abREP2. (s.m.) = *familiarium sive rei familiarium.* R = *familiarium sive rei familiaris.* T = *familiarum sive rei familiarium.* r = *familiarum sive rerum familiarium.* ζ = *familiarium sive rerum familiarium.* wγΔκνξυmζ = *familiarium sive rei familiari.* G Col. (rell.ρρV) 𝔑 — 𝔅1. 𝔐a𝔖 = *familiarium.*
RrwαβδεΔιμνξο Ss. P2. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *ipsa te pascet*, et verum hoc esse putant Grt. Sw. propter sequentia *aut quod tu* etc. B = *ipsam te pascet aut tu quod.* A = *ipsa te pascit.*
G = *at quod beneficio tuo non potest scire.* P1.2. = *at quod tu.* Gαβδε𝔇ικμνστ = *paupertate scies.*
A = *veros et certos amicos.*
discedet. Ar (sr∾) = *discedit.*
𝔄 = *quidquid non te.* G = *sed alium.*
Non est autem. R — *Non.* A = *Nunc autem.* b *est* habet a s. m. Etiam P3. — *est.*
ν𝔄 + *tibi vel ob hoc.* P(cr.s.m. ∾) = *vel ab hoc.*
ostendet = PprEVαβγδζικλμνξ Gr. 𝔑 — 𝔊𝔖. G𝔇στ = *ostenderit.* w = *ostendat.* ART (BArg.b) 𝔄𝔐 — 𝔐a = *ostendit.*
7. 𝔄 = *aliena vota.*
A = *omnia illa de ore tuo missurus.* Antiquiores ρρ = *de ore missurus.* Col. = *deo commissurus.*
𝔄 + *contentus tu sis.*
felicitas propior = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. At TRr recentiores ρρ Sc P3. (s.m.) 𝔄𝔑 = *proprior*, quod placuit Grutero. Frequentissimum tamen hoc msstorum vitium. 𝔐 — 𝔐a + *felicitas Deo propior.*
𝔄 + *Redige enim.* V = *de quibus cadere.*
8. *Invideas licet.* βδμ = *Ut videas licet.*
dependet Epicurus. ζ = *despondet Epic.* μmυ = *dependam Epicurum.* ε = *deprehendam Epicurum.*
G = *Ergo certe aliter.* V + *aliter non audio.*
A = *audio, quam dicit.* 𝔄 = *audio, quod dicit.*

cum illum uidi nudum (quanto minus quam in stramentis) incubantem: non praeceptor ueri, sed testis est. Quid ergo? non licet diuitias in sinu positas contemnere? Quidni liceat? et ille 9
ingentis animi est qui illas circumfusas sibi multum diuque miratus quod ad se uenerint ridet suasque audit magis esse quam sentit. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio: magnus ille qui in diuitiis pauper est. Nescio, inquis, quomodo paupertatem iste laturus sit, si in illam inciderit. Nec ego Epicuri an aemulus iste pauper contempturus sit diuitias,

cum illum vidi. V𝔅 — 𝔈 2. + *cum illum inquit vidi.* βλ — *quanto minus quam.*

quam in stramentis. μ = *cum in str.* P3. + *cum in stramentis vilibus.* Col. = *cum illum vidi quam nudum, quanto minus instrumentis incubantem.* V = *cum in stramentis vilibus cubantem.* 𝔛 = *quam cum instrumentis ac incubantem.* w = ∾ *cubantem.* De BE nihil proditur. 𝔐 — 𝔐a — *in.* Rell. libri ∾: sed iungunt quidam *instramentis.* Grut. ci. = *cum in illum incido nudum* etc. 𝔈 — 𝔅 1. 𝔐a + *tunc enim non praeceptor.*

R𝔑 — 𝔈1. = *Quid ergo? Num licet.*

contemnere. T = *custodire.*

9. *circumfusas sibi.* δμν = *circumfusus ibi.*

𝔛 = *multum diuque miratur.* 𝔑 — 𝔗 = *m. d. miratas.*

Multum est. w + *Multum enim est.*

Magnus ille. RG + *M. ille est.* (BE nonnulli ρρ) 𝔑 — 𝔐a + *M. est ille.*

pauper est. GTζχ Col. 𝔑 — 𝔖 + *sed securior, qui caret divitiis.* Cum reliqui libri ad unum omnes hoc additamento careant, delevi.

V = *quomodo paupertatem istam.*

T = *si in paupertatem inciderit.*

Nec ego Epicuri an aemulus iste pauper. Ppmr 𝔛 = *Nec ego Epicuri angelus si iste pauper.* AB Εαβδεμνξου = *Nec ego Epicuri angulus si iste pauper.* P2. = *Nec ergo Epicuri angelus si iste pauper.* R = *Nec ego scio Epicuri angelus qualiter iste pauper.* ζ = *Nec scio ego Epicuri angulos an pauper iste.* Rell. ρρ Col. cod. Erm. 𝔑 — 𝔗 = *Nec scio ego Epicuri angulus si iste pauper.* G = *Nec scio ego Epicuri angelus sit iste pauper.* P1. 3. = *Nec scio ego Epicuri angelus si iste pauper.* P4. = *Nec ego scio si iste pauper.* Pinc. = *Nec scio, inquit Epicurus, si iste pauper,* unde censor ed. Ruhk. in Diar. Litt. Jen. 1813. Jun. p. 405. emendat *inquilinus Epicuri* coll. Ep. 108, 5. Sed non magna est Pinciani apud me auctoritas: habeo enim persuasum aliquando eum suas coniecturas *veteris lectionis* nomine proferre, cum in tanta librorum omnis generis multitudine, quorum scripturis mihi licet uti, saepe ne unus quidem ferat lectionis Pincianeae vestigium. Alius cod. Erm. = *Nec scio ego Epicuri aemulus* etc. Ops. quidam = *angulus,* quidam = *aemulus.* Etiam Stephan. ad Dalechamp. Ep. 13. legit *aemulus,* sed mutare voluit in *amiculus.* 𝔅𝔈 1. = *Nec scio ego Epicuri angelus si pauper contempt.* 𝔈2. *Nec ego Epicuri angelus si pauper iste.* 𝔈𝔊 = *Nec ego Epicuri aemulus scio, an pauper iste.* 𝔐 — 𝔐a = *Nec ego Epicuri angelus scio, an pauper iste.* 𝔖 = *Nec scio ego, Epicuri an aemulus iste pauper.* Recte Sw. *angulus* vel *angelus* putat ortum ex *an aemulus:* deinde cum desideraretur particula, additam *si* a librariis, *scio* vero posse etiam mente suppleri: *aemulum* denique *Epicuri* fuisse Metrodorum, vel alium, ad

10 si in illas inciderit. Itaque in utroque mens aestimanda est inspiciendumque an ille paupertati indulgeat, an hic diuitiis non indulgeat. Alioquin leue argumentum est bonae noluntatis grabatus aut pannus, nisi adparuit aliquem illa non necessitate pati, sed malle. Ceterum magnae indolis est ad ista non properare tamquam meliora, sed praeparari tamquam ad facilia. Et sunt, Lucili, facilia: cum uero multo ante meditatus accesseris, iu-
11 cunda quoque. Inest enim illis sine qua nihil est iucundum securitas. Necessarium ergo iudico id quod tibi scripsi magnos uiros saepe fecisse aliquos dies interponere quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad ueram: quod eo magis faciendum est quod deliciis permaduimus et omnia dura ac difficilia iudicamus. Potius excitandus e somno et uellicandus est animus admonendusque naturam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur diues: quisquis exit in lucem iussus est lacte et panno esse contentus. Ab his initiis nos regna non capinnt. Uale.

quem scripserit Epicurus verba modo laudata. Arg. bwϰ — *Nec ego — inciderit.* (Confudit Sw. Pr.b et Arg.b). Delevi verbum *scio*, quo carent libri optimi, etiam Prr., in ceteris secutus sum Sw. non nescius ordinem verborum *Epicuri an aemulus* habere, quo offendat.

10. 𝔄 = *inspiciendum est.* P — *an hic — indulgeat.*

argumentum est. AT — *est.* G = *grabatus atque pannus.*

nisi udparuit. Rrwεζλ = *nisi apparuerit.* νο = *nisi apparet.* G = *nisi habuit.*

illa non necessitate. RG = *illam non nec.* 𝔄 — *illa.*

properare 𝔄 = *praeparari.* 𝔈1. = *praeparare.* G — *meliora — tamquam.*

tamquam meliora = 𝔑𝔑 — 𝔈1. mss. etiam Ss., exc. bRrα(E), qui cum 𝔈2. — 𝔖 + *tamquam ad meliora.*

praeparari = mss. (exc. ν = *parari*) etiam Ops. Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔏 ed. Tauchn. 𝔊 — 𝔐𝔍n — 𝔖 = *praeparare.*

wR𝔄𝔑 — 𝔅 = *Haec sunt Lucili.* r = *Nec sunt Luc.*

multo ante. ν — *multo.* pR = *multum ante*, quod non displicet. R + *iucunda sunt quoque.*

11. *Inest enim.* 𝔑 — 𝔈1. — *enim.* pAGwT Arg. bE = *Necessarium ego.*

aliquos dies. 𝔑𝔑 = *aliquot d.* 𝔗 = *aliquod d.*

quod eo magis. r = *quod ego magis.*

quod deliciis. Rrαβιμνου 𝔄𝔑 — 𝔊 = *quo deliciis.* Etiam in p *d* erasum est. BV = *quod diviciis.*

R + *et quo omnia dura.* ν — *dura ac.* G = *dura ad difficilia.* Fred. Haase putat copulam fortasse delendam esse.

r + *excitandus est e somno.* BE = *excitandus est somno.* 𝔑 — 𝔈1. = *exc. ex somno.* 𝔈2. — 𝔊 = *excitandus somno.* 𝔄 = *excitandus est.* om. *somno.*

vellicandus est. V — *est.*

lacte et panno. R = *panno et lacte.* Δ = *lacte et pane.* ξ = *pane et lacte.*

EPISTULA IX. (21.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Cum istis tibi esse negotium iudicas de quibus scripseras:
maximum negotium tecum habes, tu tibi molestus es, quid ue-
lis nescis, melius probas honesta quam sequeris, uides ubi
sit posita felicitas, sed ad illam peruenire non audes. Quid sit
autem quod te inpediat, quia parum ipse dispicis, dicam. Ma-
gna esse haec existimas quae relicturus es, et cum proposuisti
tibi illam securitatem ad quam transiturus es, retinet te huius
uitae a qua recessurus es fulgor tamquam in sordida et obscu-
ra casurum. Erras, Lucili: ex hac uita ad illam adscenditur. 2
Quod interest inter splendorem et lucem, cum haec certam ori-
ginem habeat ac suam, ille niteat alieno: hoc inter hanc uitam
et illam. Haec fulgore extrinsecus ueniente percussa est, cras-
sam illi statim umbram faciet quisquis obstiterit: illa suo lumine
inlustris est. Studia te tua clarum et nobilem efficient. Ex- 3
emplum Epicuri referam: cum Idomeneo scriberet et illum a
uita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam reuocaret rigidae
tunc potentiae ministrum et magna tractantem: *Si gloria,* in-
quit, *tangeris, notiorem epistulae meae te facient quam*

Lib. II. Ep. 9. (21.)
T = *Cum hiis.* T — *esse.*
r = *Maximum tecum habes.* om. *negotium.*
𝔛 = *tu mihi molestus es.*
Col. (m∾) = *probas bona quam.* RGwαβγζ𝔖ιλν Gr. 𝔛ℜ — 𝔈1. = *quam sequaris.*
Quid sit autem. G — *autem.*
parum ipse. A — *ipse.*
TRrbGwB𝔛 = *despicis.*
w(m∾) — *et cum proposuisti — recessurus es.*
cum prop. tibi. V — *tibi.*
2. *Quod interest inter.* G𝔖νξστ = *Quod est inter.*
originem hubeat. b — *habeat.*
ille niteat. T𝔛 = *illa nitet.* P (s∾) p (s∾) R (s∾) rE Arg.bαδιμνξυ = *ille nitet.* β = *ille rubet.*
hoc inter hanc vitam et illam. A — *vitam.*
Haec fulgore extrinsecus. GRζ𝔖ϰ P1.3.4 + *Quia haec* etc. 𝔅 — 𝔐a + *Haec quia.* 𝔛 — *Haec.* Rell. ∾.
percussa est. p(s.m.) = *perfusa est.* βν — *est.*
w = *umbram perficiet.*
illa suo. P3. = *illam suo.* Rℜ — 𝔐a + *illa vero suo.* In P inter *suo* et *lumine* duae litterae sunt erasae.
3. *Exemplum Epicuri.* p + *Ut exemplum Ep.*
Idomeneo. Arg.b 𝔛 = *Idiomenio.* T = *Cum Idomeneum et scrib.*
vita speciosa. αγμ mι Col. mP2. ℜ — 𝔈1. = *vita spinosa.* m𝔈2. = *via speciosa.* 𝔛 = *vita spaciosa.*
stabilemque. ν = *spẽmque* i. e. *speciemque* vel *specialemque.*
gloriam. Arg. b = *vitam.* E — *gloriam.*
rigidae tunc pot. T = *ridet hunc pot.* Lips. ci. = *regiae tunc pot.*
T = *Sin gloria inquit tangis.* 𝔛 = *Singula inquit* etc.
facient. Arg.b = *faciunt.*

4 *omnia ista quae colis et propter quae coleris.* Numquid ergo mentitus est? quis Idomenea nosset, nisi Epicurus illum suis literis incidisset? Omnes illos megistanas et satrapas et regem ipsum ex quo Idomenei titulus petebatur obliuio alta subpressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistulae non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener et Drusus Caesar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, nisi
5 Cicero illum adplicuisset. Profunda supra nos altitudo temporis ueniet, pauca ingenia caput exserent et in idem quandoque silentium abitura obliuioni resistent ac se diu uindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere hoc tibi promitto, Lucili. Habebo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere. Uergilius noster duobus memoriam aeternam promisit et praestat:

Fortunati ambo: si quid mea carmina possunt,
nulla dies umquam memori uos eximet aeuo,
dum domus Aeneae Capitoli inmobile saxum
adcolet imperiumque pater Romanus habebit.

R(s∾) = *a u t propter quae coleris.*

4. *Idomenea.* Arg.b = *Idiomena.* Bν = *Idome n e u m.* R = *Id. nosceret.*

𝔄 — *illum suis.*

incidisset = Pp(p.m.) AGwR (plerique ϱϱ BEArg.b) P1. 3. mCol. 𝔄𝔑 — 𝔖. p (s.m.) TrVβδϰ P 2. 4. pars Pinc. = *indidisset.* ε = *invidisset.* Col. = *vidisset.* ζ = *incitasset.* υ pars Pinc. = *indicasset.* αβ = *nisi Epicuri litteris incidisset.* Grut. ci. = *insigniisset.*

megistanas. A = *megisthanas.* Gw = *magistanas.* B = *megastianas et sepatras.* 𝔄 = *mestiganos.* pRαβζιο 𝔑 — 𝔈 1. = *magistratus.* Rell. ϱϱ = *magisthanas, megestanas, megetunas.*

regem ipsum. GP1. 3. 4. = *regem s u u m.*

𝔄 = *Idomenei p o p u l u s.*

ζΔϑϰλτ = *nihil illi profui s s e n t.* 𝔄 — *illi.*

B𝔄 = *Caesa r i s pronepos.*

GR = *inter t o t magna nomina.*

adplicuisset. 𝔐 = *aperuisset.*

5. G𝔄𝔑 — 𝔅 = *Profunda s u p e r nos.*

veniet. αβ = *s u p e r veniet.*

exserent. Aξ 𝔄𝔑 — 𝔗 = *ex e r c ent.*

in idem — abitura = PT(VB) 𝔐 — 𝔐𝔞. G P 1. 3. 4. = *in idem — o b l i tura.* 𝔄 = *i d — obitura.* 𝔖 = *idem — obitura.* Rell. libri = *i n idem — o b itura.* Cum omnes mss. et edd. praeter 𝔄𝔖 servarent Praepositionem, malui scribere *in idem — a b i tura*, quam cum Sw. eam delere. Accedit quod prona et frequens est *u* litterae in *o* mutatio.

resistent. G = *resis t u n t.*

vindicabunt. 𝔄 = *i u d i cabunt.*

promitto. p = *promi t t e.*

possum mecum. A — *mecum.*

Habebo = PAGwBV(ϱϱ) Col. tres Ops. Sc 𝔄𝔐𝔏𝔊ro𝔖. pTr(E) P1. 2.3. 4. Sb 𝔑 — 𝔊 𝔅 1. — 𝔐𝔞 = *Habeo*, quod probat Grut., nec improbat Sw.

A — *Vergilius noster* — §. 6. *adhaesit, excipitur.*

𝔄 = *carmina p o s s e n t.*

𝔄 = *i n quam memori n o s eximet t u o.*

V — *Dum domus Aeneae — habebit.*

Capitoli. T𝔑 — 𝔈1. = *Capitolii.*

Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra ac 6
partes alienae potentiae fuerant, horum gratia uiguit, domus fre-
quentata est, dum ipsi steterunt: post ipsos cito memoria defe-
cit. Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor habe-
tur, sed quicquid illorum memoriae adhaesit excipitur. Ne
gratis Idomeneus in epistulam meam uenerit, ipse eam de suo
redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit 7
qua hortatur ut Pythoclea locupletem non publica nec ancipiti
uia faciat. *Si uis,* inquit, *Pythoclea diuitem facere, non pecu-
niae adiciendum, sed cupiditati detrahendum est.* Et apertior
ista sententia est quam ut interpretanda sit, et disertior quam ut
adiuuanda. Hoc unum te admoneo ne istud tantum existimes
de diuitiis dictum. quocumque transtuleris, idem poterit: si uis 8
Pythoclea honestum facere, non honoribus adiciendum est, sed
cupiditatibus detrahendum. si uis Pythoclea esse in perpetua
uoluptate, non uoluptatibus adiciendum est, sed cupiditatibus de-
trahendum. si uis Pythoclea senem facere et inplere uitam, non
annis adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Has uo-
ces non est quod Epicuri esse iudices: publicae sunt. Quod 9
fieri in senatu solet faciendum ego in philosophia quoque exi-
stimo: cum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat, iubeo il-

6. *partes.* 𝔛 = *potestates.*
ipsi steterunt. p = *ipsa steterunt.*
honor habetur. w(s∾) 𝔐 (librariorum, ut videtur, errore) — 𝔍u — *honor*, quod decepit Lipsium, ut coniiceret *favetur.* P3. (p.m.) = *honor debetur.*
Ne gratis. G + *Ne cum gratis.* 𝔛 = *Nec gratus.*
𝔛 = *epistole memoriam.*
7. *Pythoclea.* p = *Epitoclaca,* mox idem recte. Aw = *Py toclea.* G = *phitodeam* cr. = *phitocleam.* P2. codd. Erm. = *Pithoclea.* P1. = *Phytodeum.* P4. = *Phitocleam.* Col. = *Phytocleam.* Nonnulli ꝑꝑ recte scribunt nomen, alii = *Phytoclea,* alii = *Phytodea.* 𝔛 = *phitoclea,* alii aliter. Eadem scripturae varietas etiam infra in eodem nomine deprehenditur: sed vid. Diog. Laert. X, 5. 6.
𝔛 = *via faciet.*
Sed cupiditati. Pauci ꝑꝑ et recentiores (V)P3. 𝔛𝔅 — 𝔐a = *cupiditatibus.* T = *voluptati.* 𝔗 = *cupiditatem.*
detrahendum est. bV — *est.*
sententia est. AG — *est.*
quam ut interpr. pAGT Arg. b aliqui ꝑꝑ — *ut.*
disertior. G = *discretior.*
8. Vw — *Si vis Pyth. honestum* — *detrahendum.* P(s∾) — *facere.* T — *Si vis Pyth. senem* — *detrahendum.*
Rλm: + *implere philosophice vitam.*
annis adiciendum est. b — *est.*
w = *voluptatibus detrah.*
b 𝔑 — 𝔊 + *detrahendum est.*
8. *faciendum ego.* 𝔛 — *ego.* TV = *faciendum quoque ego in philos.*
Censuit aliquis. R = *censet aliquis.* V = *censuit aliquid.* 𝔛 = *censuerit aliquid.*
placeat. T = *placuit.*
𝔛 = *iubes illum dividere.*

lum diuidere sententiam et sequor. Probo eo libentius Epicuri egregia dicta, commemoro, ut isti qui ad illa confugient spe mala inducti, qui uelamentum [ipsos] uitiorum suorum habituros existimant, probent quocumque ierint honeste esse uiuendum. Cum adieritis, audieritis hos hortulos et inscriptum hortulis: HOSPES, HIC BENE MANEBIS, HIC SUMMUM BONUM UOLUPTAS EST. paratus erit istius domicilii custos, hospitalis, humanus, et te polenta excipiet et aquam quoque large ministrabit et dicet: ecquid

Probo eo libentius. Pr (p. m.) = *Probeo libentius.* αδεμ Pr.b 𝔑 — 𝔗 = *Probo libentius.* Rell. mss. etiam Ss. Gr. 𝔄𝔅 — 𝔊 = *Pro eo libentius.* 𝔐 — 𝔐a = *Eo libentius.* 𝔖 = *et sequor* [*pro eo quod probo.*] *Eo libentius.*

ut isti — probent = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. (Col. 𝔄 = *probant.*). 𝔐 — 𝔖 = *istis — probem.*

GEP1. 4. 𝔄 = *ad illam.* p = *confugiunt.*

velamentum [*ipsos*]. p + *velamentum in ipsos.* Gγεδκτυ Gr. = *velamenta ipsa.* Rαβιλμξ Pr.a 𝔄 = *velamenta ipsa se.* Sc. = *vel. ipsos ipsa se.* 𝔑 — 𝔊 = *velamentum ipsos suorum vitiorum habituros se.* 𝔐 — 𝔐a = *vel. se ipsos.* Rell. = *velamentum ipsos.* Iam apud Sw. Pronomen in suspicionem inciderat: sed delere non ausus est.

𝔄 = *officiorum suorum.*

T = *quocumque ierunt.*

esse vivendum. G — *esse.*

10. A — *Cum adieritis* — §. 11. *voluptate consenni.*

Cum adieritis, audieritis hos hortulos et iscriptum hortulis = TE unus Ops. (*ortulos — ortulis*). δν = *Cum adieritis, audierit is hortulos* etc. Pduo Ops. = *Cum adieritis, audierit his hortulos et inscriptum* (P = *scriptum*) *hortulis.* p = *Cum adierit his ortulos et inscriptum ortulis.* o = *Cum audieritis, hos audient hortulos* etc. ScP4. 𝔄 = *Cum audieritis ortulos et inscriptum ortulis.* w = *Cum adierit et audierit hos* etc. Arg.b = *Cum audieritis hortulos* etc. R = *Cum audierint ortulos et inscriptum ortulis.* ρειλμ = *Cum adierint ista, audient istic ortulos* (*hort.*) *et inscriptum ortulis* (*hort.*). 𝔑—𝔈1. = *Cum audierint ista, audient istic ortulos* (*hort.*) *et inscriptum ortulis* (*hort.*). G = *Cum audierint ista, audient hos hortulos* etc. B = *Cum adierint ista, audiet istic hortulos* etc. αβ = *Cum adierint ista, audient hos hortulos* etc. γδξτ = *Cum audierint ista, audient hortulos* etc. P1. 3. = *Cum audierint ista, audient ortulos et inscriptum ortulis.* P2. = *Cum adiecerint ista, audient istic orticulos et inscriptum ortulis.* Col. = *Cum audierint ista, adient istic ortulos et inscriptum hortulis.* Pr.bd = *his hortulos.* 𝔈2. — 𝔐 = *Cum adierint hos hortulos, et audierint inscriptum hortulis.* Pr.a 𝔏 — 𝔖 = *Cum adierint hos* (𝔖 = *istos* ex ci. Pr.a = *istic.*) *hortulos et inscriptum hortulis.* Sw. ci. = *adieris.* Grut. ci. = *Cum audierint ista, adeant isthinc hortulos* etc. Primum hic locus corruptus est, quod ad praecedentia eum assimularunt librarii scribendo *adierint, audierint:* deinde horum verborum similitudo effecit, ut unum alterumve omitteretur: denique exstiterunt, qui suo more adiicerent quaedam.

paratus erit. R P3. (s.m.) = *parasitus erit.*

Gw P1. 3 4. = *polenta accipiet.* Grut. ci. = *accipiat.*

ministrabit. 𝔑 — 𝔐 = *administrabit.*

ecquid. P2. 𝔄 = *hic. quid.* Arg. bB P3. = *haec. Quid.* R Col. = *hoc. Quid.* G P4. = *hoc et quid.* T = *et quidem.* Grut. ci. = *hic quidem.*

bene acceptus es? Non inritant, inquit, hi hortuli famem,
sed exstinguunt. nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed
naturali et gratuito remedio sedant. In hac uoluptate consenui. 11
De his tecum desideriis loquor quae consolationem non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut desinant. Nam de illis extraordinariis, quae licet differre, licet castigare et obprimere, hoc unum commonefaciam: Ista uoluptas naturalis est, non necessaria. huic nihil debes: si quid inpendis, uoluntarium est. Uenter praecepta non audit. poscit, adpellat. non est tamen molestus creditor: paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes. Uale.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

EPISTULARUM MORALIUM

LIBER III.

EPISTULA I. (22.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Iam intellegis educendum esse te ex istis occupationibus speciosis et malis. sed quomodo id consequi possis quaeris. Quaedam non nisi a praesente monstrantur. Non potest medicus

inquit. Pinc. P3. (s∾) — *inquit.* 𝔐𝔍u — 𝔅1. = *inquam.* B = *hi inquam hortuli.*

G = *generali et gratuito.*

sedant. 𝔛 = *secundant.*

11. *voluptate.* ν = *voluntate.*

desinant. 𝔑 — 𝔐 = *deficiant.* R + *deficiant vel desinant.* G = *designent.*

Nam de illis. Pr.abd = *Non de illis.*

r + *licet et opprimere.* V = *reprimere.*

R Arg. b antiquiores ρρ 𝔑𝔑 all. = *commune faciam.*

voluptas naturalis est. 𝔐 — 𝔍u + *voluptas non nat. est.* T — *est.*

R + *alia est non necessaria.* 𝔄 = *pastum appellat.*

Non est tamen. B𝔑 — 𝔅 — *tamen.*

parvo dimittitur. V + *etiam parvo dim.* ζ = *parvo ducitur.* o = *parvo redimitur.*

quod debes. r = *quae debes.* B — *non quod potes.*

Lib. III. Ep. 1. (22.)

G — *Iam.* 𝔏2. 𝔊ro — 𝔅1. = *intelligas.* G = *intelliges.*

G(m∾) — *Quaedam — monstrantur.*

p = *non nisi praesente* sine *a.*

per epistulas cibi aut balnei tempus eligere: uena tangenda est. Uetus prouerbium est *gladiatorem in arena capere consilium:* aliquid aduersarii uoltus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in uniuersum et mandari potest et scribi: tale consilium
2 non tantum absentibus, sed etiam posteris datur. illud alterum quando fieri debeat aut quemadmodum ex longinquo nemo suadebit: cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantum praesentis, sed uigilantis est occasionem obseruare properantem. Itaque hanc circumspice, hanc si uideris prende. et toto inpetu, totis uiribus id age ut te istis officiis exuas. Et quidem quam sententiam feram adtende: censeo aut ex ista uita tibi aut e uita exeundum. Sed idem illud existimo leni eundum uia, ut quod male inplicuisti soluas potius quam abrumpas, dum-
3 modo, si alia soluendi ratio non erit, uel abrumpas. Nemo tam timidus est ut malit semper pendere quam semel cadere. Interim, quod primum est, inpedire te noli: contentus esto negotiis in quae descendisti, uel quia uideri mauis, incidisti.

pw = *per epistolam.* A(s.m∾) = *epulas.*

G = *tibi ac balnei.*

Cod. Erm. = *vena tentanda est.*

T = *in area.*

adversarii voltus. μ = *adversario vultus.* r(s∾) = *adversio vultus.* GE = *adversi vultus.*

ipsa inclinatio. 𝔄 — *ipsa.* 𝔑 = *ipsa monet indignatio.*

monet. B𝔄𝔑𝔗 = *movet.*

A = *non solum absentibus.* r — *tantum.*

sed etiam. AwTB Sb 𝔖 — *sed.* Rell. ∾.

2. p + *at illud alterum.* Rβλmι mP 2. mCol. 𝔑 — 𝔗 + *Illud medicinale alterum.* Gε϶ϰτmυ P1. 4. 𝔅—𝔐 = *Illud autem.* P3.(s∾) + *Illud medicinale autem.*

R = *fieri debebat.*

V = *et quemadmodum.*

suadebit. w = *persuadebit.*

vigilantis. εmυ = *vulgaritis.*

si videris, prende. β = *vinculis prehende.* Etiam w = *prehende.*

ut te istis. 𝔄 + *ut te ipse istos.*

V = *quam sententiam dicam.*

censeo. 𝔖 = *confer* ex Arg. b, ut ait: sed nihil de hac scriptura monet Oberl. Explicat Sw.: „Scil. *confer* haec duo inter se *aut — aut.*"

ζ + *ex ista sic occupata vita.* Arg.b = *a vita exeundum.* 𝔄 = *vita exeundum.* 𝔄 = *exeundum est, debet illud idem existimo.*

Sed idem illud. G + *Sed et idem istud.* V = *Sed et id existimo.*

leni eundum. wrB 𝔄𝔑 = *levi eundum.* γζϰ = *leni exeundum.* E Arg.b = *leniendum.* V = *leni utendum.*

𝔄 = *male implicasti.*

𝔄 + *quam cum abrumpas.*

A(m∾) Bδιμ Col. P 2. (m∾) 𝔄 — *dummodo — abrumpas.* In b suo loco leguntur. Grutero haec turbare sententiam videbantur et ideo abiicienda esse. Sed facile poterant praetermitti a librariis oscitantibus propter idem verbum *abrumpas*, in quod cadunt haec et superior sententia.

3. *vel quia videri mavis* = PAr

Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdes excusationem et
adparebit te non incidisse. Ista enim quae dici solent falsa
sunt: Non potui aliter. Quid, si nollem? Necesse erat. Nulli 4
necesse est felicitatem cursu sequi: est aliquid, etiam si non
repugnare, subsistere nec instare fortunae ferenti. Numquid
offenderis, si in consilium non uenio tantum, sed aduoco, et
quidem prudentiores quam ipse sum, ad quos soleo deferre, si
quid delibero? Epicuri epistulam ad hanc rem pertinentem lege
Idomeneo quae scribitur, quem rogat, ut *quantum potest fu-
giat et properet, antequam aliqua uis maior interueniat
et auferat libertatem recedendi.* Idem tamen subicit *nihil* 5
*esse temptandum, nisi cum apte poterit tempestiueque tem-
ptari: sed cum illud tempus captatum diu uenerit, exsilien-
dum* ait. Dormitare de fuga cogitantem uetat et sperat saluta-
rem etiam ex difficillimis exitum, si nec properemus ante tem-
pus nec cessemus in tempore. Puto nunc et Stoicam senten-
tiam quaeris. Non est quod quisquam temeritatis illos apud te
infamet: cautiores quam fortiores sunt. Exspectas forsitan ut 6
tibi haec dicant: *Turpe est cedere oneri: luctare cum offi-*

GδεϑμνξστυB. ζϰ + *vel quia potius videri m.* T (p.m.) = *aut quod videri malis.* P4. 𝔑 — 𝔊 + *vel quod videri potest maius.* Rell. = *vel quod videri mavis.*

B = *aut perdas excus.* RGαβιμ = *ut perdas excus.*

4. *subsistere.* sG + *subs. tamen.* Col. + *saltem subs.*

ζ = *fortunae feroci.* ϰ = *fortunae ferienti.* mCol. = *f. faventi.*

sed advoco. p = *sed advocor.* γλ P3. + *sed advoco alios.* ξ = *sed adduco.*

et quidem. ζξ — *et.* Quidam Pinc. Sb (tac. Oberl.) 𝔖 = *equidem.*

prudentiores. bμν = *prudentior es.* V + *prudentiores sunt.*

Ταβϑιτ quidam Pinc. P2. = *quam ipse sunt.*

soleo deferre = PpAwTrBVγδεζϑιϰμνξστυ Ss. P1. 2. 4. Col. quidam Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. R (rell. ρρ E) P3. 𝔐 — 𝔐a = *soleo referre* (R = *reff.*)

si quid delibero. εmυ = *quicquid delibero.*

lege = PAGwTEV ρρ Ss. Ops. 𝔄 𝔖. pRr (BGr.) 𝔑 — 𝔐a = *legi.*

quae scribitur. 𝔐 — *quae.*

5. *poterit.* 𝔖 = *potuerit* ex Arg. b.

tempestiveque temptari. εmυ = *temp. probari.*

Dormitare de fuga cogitantem. P2. 4. Col. = *Dormitantem de fuga cogitare.* r = *Dormitantem* (s∾) *de fuga cogitantem.*

etiam ex difficillimis. Aν — *etiam.*

R𝔄 = *sed nec properemus.*

quam fortiores sunt. T — *sunt.*

6. *ut tibi haec dicant* = PpAwT rEρρ (exc. αβζϑιϰλτ). Refertur ad Stoicos. RG Arg. bαβζϑιϰλτ P 1. 3. 4. Col. = *tibi haec* (Gr. = *hoc*) *dicam.* P2 (ut videbatur Grutero) (V B) 𝔄𝔑 — 𝔖 = *dicantur.*

quod semel recepisti. ν — *semel.*

cedere oneri. P (s.m.) = *cede honori.* A = *cedere morti.*

luctare. A (cr. ∾) TB𝔑 — 𝔈 1. = *luctari.*

cio quod semel recepisti. Non est uir fortis ac strenuus
qui laborem fugit, nisi crescit illi animus ipsa rerum diffi-
cultate. Dicentur tibi ista: *si operae pretium habebit perse-*
uerantia, si nihil indignum bono uiro faciendum patien-
dumue erit: alioquin sordido se et contumelioso labore non con-
teret nec in negotiis negotii causa erit. Ne illud quidem quod
existimas facturum eum faciet, ut ambitiosis rebus inplicitus
7 semper aestus earum ferat. Sed cum uiderit grauia in quibus
uolutatur, incerta, ancipitia: referet pedem, non uertet terga,
sed sensim recedet in tutum. Facile est autem, mi Lucili, oc-
cupationes euadere, si occupationum pretia contempseris. Illa
sunt quae nos morantur et detinent. Quid ergo? tam magnas
spes relinquam? ab ipsa messe discedam? nudum erit latus? in-
8 comitata lectica? atrium uacuum? Ab his ergo inuiti homines re-
cedunt et mercedem miseriarum amant, ipsas exsecrantur.
Sic de ambitione quomodo de amica queruntur: id est, si ue-
rum adfectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant. Ex-

ac strenuus = PpAwGTr antiquiores ρρ 𝔄. R(BEV Arg.b recentiores ρρ) 𝔑 — 𝔖 = *et strennus.*

nisi crescit = PpAwrBEγδνστ Sb Pr.bd cod. Norimb. ap. Ruhk. Mod. Ops. (male in Collectaneis Ops. librarius dedit *ibi crescit*) 𝔖. Mente repete *Non est vir fortis ac strenuus, nisi* etc. T Col. 𝔑u𝔐a — *nisi.* αβεϑμξυ P1. 2. 3. 4. + *verum est, nisi crescit.* Illud *verum est* est librarii Senecae sententiam probantis. Hinc facili errore orta est alia scriptura: RG𝔄 = *verum est ubi crescit.* (n = nisi, u = ubi.) ειϰ 𝔑 — 𝔐 𝔏4. = *verum ubi crescit.* 𝔏2.𝔊ro — 𝔅1. = *verum ibi crescit.*

rerum difficultate. A — *rerum.*

non conteret. G(s∾) EV — *non.* p = *non contererе.*

G = *Nec illud quidem.* R = *Ne id quidem.* p = *Ne aliud quidem.* w𝔄 — *quidem.*

inplicitus. rw = *implicatus.*

aestus earum. BV — *earum.*

7. G = *Et cum viderit.*

gravia = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *brevia.*

volutatur. p = *volutabatur,* quod fortasse Senecae.

P(s.m.) = *aut certe ancipitia.*

referet pedem = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔏4. 𝔖. 𝔐 — 𝔍u𝔊ro — 𝔐a = *repetet pedem,* quod Mureti ingenio assignare nolo: immo videtur librarii esse.

non vertet terga = PpAGRr Arg. b 𝔄𝔑 — 𝔅. Tw 𝔈1. — 𝔖 = *nec vertet t.* De reliquis mss. non constat.

B + *recedet et in tutum.*

Facile est autem. GBV — *autem.*

occupationum pretia. A𝔄𝔅 — 𝔐 = *occ. praemia.*

tam magnas spes. Arg.b = *tam magna spe.* G = *tam magnam spem.* ϰ𝔏2. (𝔏4. ∾) 𝔍u — 𝔐a = *tam longas spes.*

𝔑𝔗 — *ab ipsa messe discedam.* 𝔄 = *recedam.*

8. *de ambitione.* p = [s. *h*] *abitatione.*

de amica. Twr = *de amicitia.*

R plerique Gr. 𝔑 — 𝔗 = *idem si verum adfectum.* Nonnulli Pinc. 𝔄𝔈 — 𝔐 = *Etsi verum adf.* R = *affectum earum.*

G𝔄 = *non oderint.* P1. 3. 4. = *non odiunt.*

cute istos qui quae cupiere deplorant et de earum rerum lo-
quuntur fuga quibus carere non possunt: uidebis uoluntariam
esse illis in eo moram quod aegre ferre [ipsos] et misere lo-
quuntur. Ita est, Lucili, paucos seruitus, plures seruitutem 9
tenent. Sed si deponere illam in animo est et libertas bona
fide placuit, in hoc autem unum aduocationem petis ut sine per-
petua sollicitudine id tibi facere contingat: quidni tota te cohors
Stoicorum probatura sit? Omnes Zenones et Chrysippi moderata
et honesta [et tua] suadebunt. Sed si propter hoc tergiuersaris
ut circumspicias quantum feras tecum et quam magna pecunia
instruas otium: numquam exitum inuenies. Nemo cum sarci-
nis enatat. Emerge ad meliorem uitam propitiis dis. sed non 10
sic quomodo istis propitii sunt quibus bono ac benigno uoltu
mala magnifica tribuerunt ad hoc unum excusati, quod ista
quae urunt, quae excruciant, optantibus data sunt. Iam inpri-
mebam epistulae signum: resoluenda est ut cum solenni ad te
munusculo ueniat et aliquam magnificam uocem ferat secum:
et occurrit mihi haecce nescio utrum uerior an eloquentior.

A = *carere non pos s u m.*

quod aegre ferre [*ipsos*]. p(s.m.) V Sc + *s e ipsos.* Utrumque ingestum esse videtur a librariis: neque enim *ipsos* in omnibus libris eundem locum obtinet.

9. *Ita est.* p = *I s t a est.* R — *est.*

Lucili = PpAGTB𝔛𝔖. Rrw 𝔐 — 𝔐a + *m i Lucili.* De reliquis mss. nihil proditur.

GV = *servitu t e s.* p = *tenen-t u r.*

Sed si deponere. 𝔊2. — 𝔐 — *s i.* T = *et liberta t e s.*

in hoc autem unum. wγ𝔴𝔬𝔯 = *in hoc autem un o.* P1. 3. 4. Col. = *in hoc autem u n d e.*

r𝔛 = *advoc. pet u s.*

moderata. T𝔛= *mod e s t a.* Abw + *moderata t u a.*

et honesta. p — *et.*

[*et tua*] = R. i. e. quae vere sunt *tua* neque in alterius (ne fortunae quidem) potestatem possunt venire. *Et* vim habet explicandi. vid. Iud. et cf. Hand. Turs. II. p. 477. s. Sed propter librorum in hoc loco dissensionem potius a librario quam ab ipso Seneca haec videntur profecta esse. βλ = *hones t e e t v e r a suadebunt.* R(s.m.) (V) 𝔐 — 𝔐a = *honest a e t v e r a suad.* 𝔖 = *hon.* [*et vera*]. T = *honesta e t v i a.* δζ = *honesta v i a.* χ(Abw) 𝔛 (Sc?) — *et tua.* Rell. (Gr. n. l.) = *honesta t u a.* Sw. ci. = *et tuta.*

w = *p e rsuadebunt.*

αβ = *sed si s u p e r hoc.*

ut circumspicias. ATr Arg.b Gr. = *ut circum a s picias.* 𝔛 = *a u t a spicias.*

10. *ad meliorem vitam.* G𝔷𝔯𝔷 = *ad melio r a.*

sed non sic quom. b = *sed n e c quom.*

ad hoc unum excusati = mss. (p = *excus a t*) 𝔛𝔐 — 𝔊𝔐u — 𝔖. 𝔐𝔷 𝔊𝔯𝔴 = *h o c u n o excusati.* 𝔍u𝔅1 *a b hoc uno excusati* ex ci. Lips. Gron. ci. = *o b hoc unum excus.*

resolvenda est. p = *resolven-d u m est.*

magnificam vocem. 𝔛 — *vocem.*

occurrit mihi h a e c c e. Quin ita scribendum sit, non dubito, et idem coniecerunt Grut. et Sanctol. T = *occurrit mihi h a e c.* P2. = *occur-*

cuius? inquis: Epicuri: (adhuc enim alienas sarcinas adorno:)
11 *Nemo non ita exit e uita, tamquam modo intrauerit.* Quem-
cumque uis occupa, adulescentem, senem, medium: inuenies
aeque timidum mortis, aeque inscium uitae. Nemo quicquam
habet facti: in futurum enim nostra distulimus. Nihil me ma-
gis in ista uoce delectat, quam quod exprobratur senibus infan-
tia. *Nemo*, inquit, *aliter quam quomodo natus est exit*
12 *e uita.* Falsum est: peiores morimur quam nascimur. No-
strum istud, non naturae uitium est. Illa de nobis conqueri de-
bet et dicere: Quid hoc est? sine cupiditatibus uos genui, sine
timoribus, sine superstitione, sine perfidia ceterisque pestibus:
quales intrastis exite. Percepit sapientiam, si quis tam secu-
rus moritur quam nascitur. Nunc uero trepidamus, cum peri-
culum accessit: non animus nobis, non color constat. lacrimae
13 nihil profuturae cadunt. Quid est turpius quam in ipso limine
securitatis esse sollicitum? Causa autem haec est: quod inanes
omnium bonorum sumus, uitae laboramus. Non enim apud nos

rit mihi nescio ecce. Rell. mss. 𝔄𝔑—𝔗𝔖 = *occurrit mihi ecce nescio.* 𝔅—𝔐a = *ecce occurrit mihi.* Nihil frequentius in mss. quam omissa vocalium aspiratio.

adorno = 𝔈2.—𝔖. p(s.m.) = *adfero.* T = *addo.* Reliqui libri ad unum omnes = *adoro*, quod ferri posse non puto.

11. T — *senem.*

inscium vitae p(s.m.) = *insitum vitae.*

V — *Nemo quicquam — distulimus.*

in futurum enim. ν — *enim.* p + *Nihil enim me magis.*

quam quod exprob. E — *quod.*

Tw = *quam modo natus exit e* (w = *a*) *vita*, quod fortasse alicui placuerit. p = *exiit e vita.*

12. G = *quam nascamur.*

R = *Nostrum illud.* G(m∾) 𝔄 — *istud.*

illa de nobis. PpbwTBαβγδεμνξ — *de.* R + *illa autem de nobis.*

sine timoribus. rsw = *sine tumoribus.*

sine superstitione. bζϑ = *sine suspicione.*

quales intrastis exite. A𝔈1. — 𝔐 + *tales exite.* RCol. + *praecipio, exite.* 𝔑—𝔗 + *praecipio exire vel percepit sapientiam.* αβγελμ𝔄 + *praecipio exire.* Rell. etiam Ops. Gr. ∾.

Percepit sapientiam. BV + *Si quis percepit sap.* ν + *sapientiam si quis percepit.* αβγεμυ + *Sapiens si quis percepit sap.* Col. = *Sapiens est, si quis tam securus.* 𝔑—𝔗 + *si quis sapiens, si quis tam securus.* p = *securus morietur.*

ϑκο = *cum periculum accesserit.* εμmυ = *cum periculum abscessit.*

13. *inanes omnium bonorum sumus, vitae laboramus.* = PpwGTrBEαβγϑικμνξτυ Sbc Pr.abd P 1. 2. 3. 𝔄. A = *inanes omnium bonorum sumus, qui in hac vita laboramus.* quod fortasse inveniet, qui defendat. Rλmγ 𝔑 — 𝔈2. 𝔖 + *vitae desiderio laboramus.* oP4. Col. + *vitae desideriis laboramus.* ζ = *vivere laboramus.* Pinc. antiq. lect. = *Cum in fine vitae desiderio laboramus*, unde fecit ipse: *quorum in fine vitae desiderio laboramus* = 𝔈 — 𝔅 1. 𝔐a. Grut. ci. = *omnium bonorum summis vitae desideriis labora-*

pars eius ulla subsedit: transmissa est et effluxit. Nemo quam bene uiuat, sed quam diu curat, cum omnibus possit contingere ut bene uiuant, ut diu nulli. Uale.

EPISTULA II. (23.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Putas me tibi scripturum quam humane nobiscum hiems
egerit, quae et remissa fuit et breuis, quam malignum uer sit,
quam praeposterum frigus, et alias ineptias uerba quaerentium.
Ego uero aliquid quod et mihi et tibi prodesse possit scribam.
Quid autem id erit, nisi ut te exhorter ad bonam mentem? Hu-
ius fundamentum quod sit quaeris? Ne gaudeas uanis. Funda-
mentum hoc esse dixi: culmen est. Ad summa peruenit qui
scit quo gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate non
posuit. Sollicitus est et incertus sui quem spes aliqua proritat, 2
licet ad manum sit, licet non ex difficili petatur, licet numquam
illum sperata deceperint. Hoc ante omnia fac, mi Lucili: disce
gaudere. Existimas nunc me detrahere tibi multas uoluptates,
qui fortuita submoueo, qui spes, dulcissima oblectamenta, de-
uitandas existimo? Immo contra nolo tibi umquam deesse lae-

mus=𝔑u. Lips. ci. = *quod in fine vitae, vitae desideriis laboramus.* Gron. ci. = *quod inanes omnium bonorum vitae desideriis laboramus.* Et sane concinnior foret oratio verbo substantivo omisso.

subsedit. νο = *sedit.*

et effluxit. δεζμν Pr.abd — *et.*

Nemo quam bene. ν + *Nemo enim* etc. R = *et diu nulli.*

Lib. III. Ep. 2. (23.)

T = *hiems ierit.*

aliquid, quod et mihi. r𝔑 — 𝔅 — *et.* ν = *et tibi et mihi.*

nisi ut te exhorter. G — *ut.* V = *exhorteris.*

quod sit quaeris. ν = *quod si huius fundamentum quaeris.* r = *quod si quaeris, est: ne gaudeas.* διο = *quodsi quaeris.* pATEδμνξυ = *ne gaudeat vanis.* συ + *mens.* E = *ne gaudeas nimis.*

culmen est. 𝔅 — 𝔐 + *etiam culmen est.* 𝔑u = *Fund. hoc esse dixi? culmen est.* quod proposuerunt Mod. et Grut.

Ad summa. Ραβγδζϑν Sb Pr.d = *Ad summam.* o ScЖ𝔖. = *Ad summum.* Rell. ∾.

P1. 𝔐 = *qui scit, quod gaudeat.*

non posuit. P — *non.* Sed eius loco una fere littera erasa.

2. *spes aliqua.* B — *aliqua.*

proritat. ε = *perurit.* μν = *prurit.* mυ = *al. provocat al. prurit.*

Hoc ante omnia. Ж = *Hec autem omnia.* G = *qui fortunia.*

G — *submoveo.* A = *qui spe dulcissima.* p(s.m.) = *dulcissimas.* ξ + *scilicet oblectamenta.*

devitandas. Pp(p.m.)Αβγ = *devitanda.* cuius attractionis plura sunt exempla. V = *censeo devitandas.* Rell. ∾.

Ж = *immo e contra.* G — *umquam.* αξ(p.m.) = *Nolo illum tibi dominari.*

titiam. Uolo illam tibi domi nasci: nascitur, si modo intra te
3 ipsum sit. Ceterae hilaritates non inplent pectus. frontem remittunt, leues sunt: nisi forte tu iudicas eum gaudere qui ridet. Animus esse debet alacer et fidens et super omnia erectus. Mihi crede, uerum gaudium res seuera est. An tu existimas quemquam soluto uoltu et, ut isti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere? paupertati domum aperire? uoluptates tenere sub freno? meditari dolorum patientiam? Haec qui
4 apud se uersat in magno gaudio est, sed parum blando. In huius gaudii possessione esse te uolo; numquam deficiet, cum semel unde petatur inueneris. Leuium metallorum fructus in summo est; illa opulentissima sunt quorum in alto latet uena adsidue plenius responsura fodienti. Haec quibus delectatur uolgus tenuem habent ac perfusoriam uoluptatem, et quodcumque inuenticium gaudium est fundamento caret. hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, solidum est et quod plus
5 pateat introrsus. Fac, oro te, Lucili carissime, quod unum potest te praestare felicem: disice et conculca ista quae extrin-

nascitur = mss. 𝔄ℜ — 𝔐𝔖. 𝔏 — 𝔐a = *nascetur.* p = *si domus intra te ipsum sit.*

3. pα = *Ceterum hilaritates.* β = *Certae hil.*

non inplent pectus. G(m∾) — *pectus.*

frontem remittunt. R(B nonnulli ρρ) ℜ — 𝔅 1. 𝔐a + *sed frontem rem.* Rell. ∾.

eum gaudere = PpGwTRrB𝔄ℜ — 𝔅𝔖. A𝔈 1. — 𝔐a = *illum gaud.* De reliquis mss. mihi non constat.

PA = *supra omnia erectus.*

ℜ — 𝔗 = *ut ipsi delicati.* A = *delicati dicunt.*

hilariculo = PpA (pA cr. al. m. = *hilari oculo.*) αβμν Sb Pr.bd tres Ops. GwR Gr. (exc. P3., qui p. m. = *alacri oculo*) ℜ — 𝔖 = *hilari oculo.* r = *hilario oculo* (on.). 𝔄 + *hilari enim oculo. hilariculo* probant Ops. et Sw.: et facile poterant librarii superiore *voltu* commoveri, ut *hilariculo* vocem incognitam mutandam esse censerent in *hilari oculo.*

𝔄 = *se versatur.* Arg.b = *medituri de dolorum patientia.*

4. *numquam deficiet.* G𝔇κξ = *numq, desinet.*

cum semel. Gα𝔇κξ = *cum semper.*

PR(s∾) — *unde.* B(cr.∾) = *petitur.* 𝔄 = *invenies.*

perfusoriam. Gζ𝔇λξτ cod. Lips. = *superfusoriam.* Arg.b = *per suasoriam.* m𝔈 2. m𝔈 = *perfunctoriam.*

inventicium. ζ = *inventum.* w = *inventium* cr. ∾. G𝔇τ P 1. = *viventium.* sR P3 (s.m) λ = *adventicium.* P2. = *in venticum.* 𝔐 — 𝔖 = *invecticium* ex vet. cod., quem laudat Erm. in Append. Rell. (de Pr.ab non constat) ∾. vid. Ind.

gaudium est. A = *est.*

et quod plus pateat. 𝔅 1. — 𝔐a — *et.* ζ𝔇ξmγ = *lateat introrsus.*

5. *Fac, oro te.* wζκ P3. 4. + *Fac ergo oro te.* P2. Col. + *Fac igitur oro te.* 𝔇P1. = *Fac ergo rogo te.*

potest te. GRrTB = *te potest.* p — *te.* Fortasse Pronomen a librariis invectum.

disice. PpAwr P 2. 3. Col. = *dis-*

secus splendent, quae tibi promittuntur ab alio. ad uerum bo-
num specta et de tuo gaude. Quid est autem hoc *de tuo?* Te
ipso et tui optima parte. Corpusculum quoque, etiam si nihil
fieri sine illo potest, magis necessariam rem crede quam ma-
gnam: uanas subgerit uoluptates, breues, poenitendas, ac nisi
magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ita 6
dico: in praecipiti uoluptas ad dolorem uergit, nisi modum te-
nuit. modum autem tenere in eo difficile est quod bonum esse
credideris. Ueri boni auiditas tuta est. Quid sit istud inter-
rogas, aut unde subeat? Dicam: ex bona conscientia, ex ho-
nestis consiliis, ex rectis actionibus, ex contemptu fortuitorum,
ex placido uitae et continuo tenore unam prementis uiam. Nam
illi qui ex aliis propositis in alia transsiliunt aut ne transsiliunt
quidem, sed casu quodam transmittuntur, quomodo habere quic-
quam certum mansurumue possunt suspensi et uagi? Pauci sunt 7
qui consilio se suaque disponant: ceteri eorum more quae flu-
minibus innatant non eunt, sed feruntur. Ex quibus alia lenior
unda detinuit ac mollius uexit, alia uehementior rapuit, alia

sice. m P2. = *despice.* G P1. = *disco.* P4. = *dissipe.*

V — *quae tibi promittuntur* — *specta.*

ab alio. PprAwGTBEρρ (exc. λɔ) P1. 2. 4. Col. Ss. 𝔄ℜ — 𝔗 + *vel ex alio.* Vix excludenda haec putavit Grut.

verum bonum. G — *bonum.*

Quid est autem hoc de tuo? = mss. (exc. T𝔇ϰ) ℜ — 𝔐𝔖. 𝔄 — *autem hoc.* (𝔇ϰ) 𝔏 — 𝔐𝔞 — *tuo.* T — *tuo* et *Te.*

Corpusculum. p = *Corpus.* sed duae litterae erasae.

nihil fieri. TG = *n i l fieri.*

breves. 𝔭 = *brevi.* 𝔄 = *in contrarias abituras.*

6. *in praecipiti voluptas.* T + *in praecipiti voluptas e s t.* 𝔐 — 𝔖 + *in pr. e s t vol.* Rell. etiam codd. Ss. Gr. ∾.

nisi modum tenuit = PEξυ. 𝔄 — *modum.* AGwrB Ss.γζ𝔇ϰστ 𝔄 = *n. m. tenuerit.* Saepe post *si*, *nisi*, similes particulas temere librarii posuerunt Coniunct. pro Indicativo. p RT (rell. ρρV) ℜ — 𝔖 = *n. m. t e n e a t.*

Arg.b = *difficil l i m u m est.*

bonum esse. A — *esse.*

credideris. Arg.b = *credis.*

Veri boni. AGRrEB Arg.b P1. 2.3. Col. = *V i r i boni.*

Quid sit istud. ATr (cr. ∾) = *Q u o d sit istud.* 𝔄 + *Quid sit a u t e m istud.*

r (cr. ∾) = *un u m subeat.*

B — *ex honestis consiliis* — *actionibus.* w = *e t hon. consiliis e t rectis.* r (cr. ∾) = *ex b o n i s consiliis.*

continuo tenore. G(m∾) = *c o n t i c i u s tenore.* Rαιλμυɔ P2. Col. = *con g r u o tenore.*

𝔄 — *unam* et = *prem i t i s.*

𝔄 = *N o n illi qui.* ℜℜ = *in alia transi l u e r i t* bis. 𝔗 = *transi l i e r i n t* bis. 𝔄 = *transsiliunt* — *trans i b u n t.*

quomodo habere quicquam. V — *habere.* G = *susp e n d i et vagi.*

7. 𝔄 + *ceteri q u i eorum.*

quae fluminibus. R𝔅 — 𝔈 1. = *q u i flum.* G = *non e x e u n t.*

ℜ — 𝔈 2. *ex quibus ali o s* — *ali o s* — *ali o s* — *ali o s.*

P2. (s.m.) (P 1. 3. Col.) ℜ — 𝔐 = *l e v i o r unda.* A = *ac moll i b u s vexit.*

proxima ripae cursu languescente deposuit, alia torrens inpetus in mare ciecit. Ideo constituendum est quid uelimus et in eo perseuerandum. Hic est locus soluendi aeris alieni. Possum enim tibi uocem Epicuri tui reddere et hanc epistulam liberare:
8 *Molestum est semper uitam inchoare.* aut si hoc modo magis sensus potest exprimi: *Male uiuunt qui semper uiuere incipiunt.* Quare? inquis: desiderat enim explanationem ista uox. Quia semper illis inperfecta uita est. Non potest autem stare paratus ad mortem qui modo incipit uiuere. Id agendum est ut satis uixerimus: nemo hoc putat qui orditur cum maxime uitam. Non est quod existimes paucos esse hos: propemodum omnes sunt. Quidam uero tunc incipiunt cum desinendum est. Si hoc iudicas mirum, adiciam quod magis admireris: quidam ante uiuere desierunt quam inciperent. Uale.

EPISTULA III. (24.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Sollicitum te esse scribis de iudicii euentu, quod tibi furor inimici denuntiat, et existimas me suasurum ut meliora tibi ipse proponas et adquiescas spei blandae. Quid enim necesse est mala accersere et satis cito patienda cum uenerint praesu-

proxima ripae = pA. PG𝔏ξ P1. = *proxima e rupe.* R(s.m.) censor ed. Ruhk. (suppl. Diar. Litt. Hal. 1806. N. 52. p. 414.) = *proxima ripa.* E = *proxime deposuit* om. *ripae.* 𝔐 — 𝔅1. = *proxime ripam* ex ingenio Mureti P1. = *reposuit.*

eiecit. Vαγ 𝔄𝔑 — 𝔐 = *deiecit.* RGβζ𝔇κλδτ P 1. 3. 4. aliqui Pinc. = *proiecit.* Pinciano *devexit* „fidelior lectio“ videbatur.

w = *Possem enim.* V — *enim.*

p = *in hanc epist. liberare.*

8. A = *aut si hoc magis sensu potest exprimi.* T — *sensus.* V — *Quare inquis — vox.* A — *Quia semper — vita est.* V — *Quia.*

cum maxime vitam = PTA(Arg.b EV) 𝔈2. — 𝔖. pr = *tum maxime vitam.* GRβζ𝔇ικλξστ P1. 3. 4. Col. 𝔄 *tunc maxime vitam.* Rell. ρρB — *cum.* P 2. = *tamen maxime vitam.* 𝔑 — 𝔈1. *orditur maximam vitam.*

Quidam vero tunc inc. = mss. (exc. P2.) 𝔄𝔑 — 𝔗. P2. + *Quidam vero tunc vivere inc.* 𝔅 — 𝔖. *Quidam vivere tunc inc.* T = *magis miseris.*

desierunt = mss. (exc. ζ𝔇κ) 𝔄𝔑 — 𝔐𝔖. (ζ𝔇κ) 𝔏 — 𝔐a = *defecerunt.*

Lib. III. Ep. 3. (24.)

G = *te esse dicis.*

p (s.m.) = *iudicii adventu.*

Arg.b = *quid tibi.*

et existimas. TArg.b BV — *et.* BE = *me suasurum tibi meliora.*

p𝔑 — 𝔏2. (𝔏4. ∾) 𝔊ro — 𝔅1. = *tibi ipsi.* R — *ipse.* α = *tibi tempora.*

accersere. A𝔑 — 𝔖 = *accersire.* Twr = *accersiri.* Col. = *arcessere.*

R (l.) = *esse satis.* G = *pavenda cum venerint.*

mere ac praesens tempus futuri metu perdere? Est sine dubio stultum, quia quandoque sis futurus miser, esse iam miserum: sed ego alia te ad securitatem uia ducam. 2 Si uis omnem sollicitudinem exuere, quicquid uereris ne eueniat euenturum utique propone: et quodcumque est illud malum, tecum ipse metire ac timorem tuum taxa: intelleges profecto aut non magnum aut non longum esse quod metuis. Nec diu exempla, quibus confirmeris, colligenda sunt: omnis illa aetas tulit. In quamcumque partem rerum uel ciuilium uel externarum memoriam miseris, occurrent tibi ingenia aut profectus aut inpetus magni. 3 Numquid accidere tibi, si damnaris, potest durius quam ut mittaris in exilium? ut ducaris in carcerem? numquid ultra quicquam [ulli] timendum est quam ut uratur? quam ut pereat? Singula ista constitue et contemptores eorum cita, qui non quaerendi, sed eligendi sunt. Damnationem suam Rutilius sic tulit, tamquam nihil illi molestum aliud esset quam quod male iudicaretur. 4 Exilium Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter: alter ut rediret reipublicae praestitit, alter reditum suum Sullae negauit, cui nihil tunc negabatur. In carcere So-

G = *futuri temporis metu.* sR + *non perdere.*

p + *et quia quandoque.* Inter *securitatem* et *via* in P littera est erasa.

2. R = *ne veniat, venturum.* V = *itaque propone.*

ipse metire. Arg. b = *ipse metue.*

sGmmζιυ = *timorem tuum laxa.* p + *et intelleges.* E = *longum esse quod metuas.*

p = *in quacumque parte rerum.* 𝔛 = *in quacumque potestate.*

vel externarum. A = *vel exterarum.* G𝔛 = *vel extraneorum.* p = *occurrunt tibi ingenia.* B = *vel profectus.*

3. *Numquid accidere tibi.* V — *tibi.*

si damnaris. 𝔐 — 𝔅1. = *si damneris.*

ut ducaris. sGαβ 𝔛 = *aut ducaris.* γ = *et ducaris.* Gιλο — *ut* (sed in ιλο addita est particula al. m.). ∋κξτ — *ut ducaris.* A = *ut mittaris.*

𝔅1. = *numque ultra.*

[*ulli*] *timendum est* = T quidam Pinc. (B.). 𝔏 — 𝔖 = *timendum est ulli.* PpAGwRrEδ∋ικμυ P1. 2. 4. Col. 𝔛 = *timendum est illi* vel *illi timendum est.* Arg. b = *illi quicquam timendum est.* βλ P3. 𝔑 — 𝔐 = *quicquam corpori timendum est.* ετ = *ultra quicquam timendum est.* Ex hac scripturae varietate omnino suspectum habeo *ulli:* videtur Sen. scripsisse: *Numquid ultra cuiquam timendum est.* quod servant Vξ.

𝔐 — *quam ut uratur.* ν — *ut.*

ut pereat. T — *ut.* Mur. legere volebat = *ut pendeat*, ex ingenio an ex libris incertum.

eorum cita. Arg. b = *eorum scito.*

A — *Damnationem suam* — §. 10. *et quidem Catonis mori.*

V = *molestum aliud fieret.*

R = *quam quod iniuste iudic.*

4. *reipublicae.* γζτ = *respublica.* T = *romanus populus.*

crates disputauit et exire, cum essent qui promitterent fugam, noluit remansitque ut duarum rerum grauissimarum hominibus metum demeret, mortis et carceris. Mucius ignibus manum inposuit. Acerbum est uri: quanto acerbius, si id te faciente
5 patiaris! Uides hominem non eruditum nec ullis praeceptis contra mortem aut dolorem subornatum, militari tantum robore instructum, poenas a se inriti conatus exigentem: spectator distillantis in hostili foculo dexterae stetit nec ante remouit nudis ossibus fluentem manum, quam ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula uirtus quam crudelitas
6 ad inroganda. Facilius Porsenna Mucio ignouit, quod uoluerat occidere, quam sibi Mucius quod non occiderat. Decantatae, inquis, in omnibus scholis fabulae istae sunt: tu mihi, cum ad contemnendam mortem uentum fuerit, Catonem narrabis? Quidni ego narrem ultima illa nocte Platonis librum legentem posito ad caput gladio? Duo haec in rebus extremis instrumenta pro-
7 spexerat, alterum ut uellet mori, alterum ut posset. Conpositis ergo rebus, utcumque conponi fractae atque ultimae poterant, id agendum existimauit, ne cui Catonem aut occidere liceret aut seruare contingeret. et stricto gladio, quem usque in illum diem ab omni caede purum seruauerat: Nihil, inquit,

𝔑 — 𝔙 = *qui permitterent fugam.* G + *et mortis et carceris.* P(s.m.) p = *Mutius.* 𝔄 = *manum supposuit.*

5. Col. = *aut dolorem obrutum.* G = *hostili foco* s. *vel foculo.*

dexterae = PpTr. GRw𝔄𝔑 — 𝔖 = *dextrae* (rell. n. l.)

quam ignis illi ab hoste subductus est = pwT (r — *est*) G (s. m.) (BEV) plerique ρρ Sc 𝔄𝔑 — 𝔐a. P = *quam illinc ab hoste subductus est.* G (p.m.) βδλ Pr.bd — *ignis.* αγο = *quam ille ab hoste subductus est.* Rp.Sb Pr.a 𝔖 = *quam illi ab hoste subducta est.*

T = *in aliis castris.* Arg.b = *in his castris.* R — *in.*

R + *fortius vero nihil.*

V = *Vides, quanto acrior.*

6. *quod voluerat occ.* P𝔑 — 𝔈1. = *quem voluerat occ.* γ = *qui volebat occ.* ϑ = *qui voluerat occ.*

quod non occiderat. = pGTEαζϑκτ. β𝔑 — 𝔗 = *quod non occidit.* PG(s.m.) wRr 𝔄𝔙 — 𝔖 = *q. n. occiderit.* De rell. n. l.

T = *Decantatae, inquit.* R = *fabulae hae.*

tu mihi = PRαβζϑικλξτmυPr.a P2. Col. 𝔑 — 𝔙. GP1. 3. 4. = *mihi tu.* wPr.bd rell. ρρ = *Tum mihi* vel *mihi tum.* rp(s.m.) Sb = *tam mihi.* Sc 𝔄 = *Tamen mihi.* p (p.m.) T 𝔈1. — 𝔐a = *iam mihi.* 𝔖 = *Etiam,* quod male legerat scripturam Arg.b. In *Notis* proposuit *Tum mihi.*

Quidni ego narrem. r — *ego.* ν = *Quidni ergo.* 𝔄 — *ultima.*

7. *utcumque.* Arg. b = *utrumque.* Gϑκτ = *ut tunc.*

G = *fractae ac ultimae.*

w = *purum servarat.*

Nihil, inquit. w — *inquit.*

egisti, fortuna, omnibus conatibus meis obstando. non pro mea
adhuc, sed pro patriae libertate pugnaui, nec agebam tanta per-
tinacia ut liber, sed ut inter liberos uiuerem: nunc quoniam
deploratae sunt res humani generis, Cato deducatur in tutum.
Inpressit deinde mortiferum corpori uolnus. Quo obligato a 8
medicis cum minus sanguinis haberet, minus uirium, animi
idem: iam non tantum Caesari, sed sibi iratus nudas in uolnus
manus egit et generosum illum contemptoremque omnis poten-
tiae spiritum non emisit, sed eiecit. Non in hoc exempla nunc
congero ut ingenium exerceam, sed ut te aduersus id quod ma-
xime terribile uidetur exhorter. Facilius autem exhortabor, 9
si ostendero non fortes tantum uiros hoc momentum efflandae
animae contempsisse, sed quosdam ad alia ignauos in hac re
aequasse animum fortissimorum: sicut illum Cn. Pompeii soce-
rum Scipionem, qui contrario in Africam uento relatus cum
teneri nauem suam uidisset ab hostibus, ferro se transuerbera-
uit et quaerentibus ubi imperator esset: Imperator, inquit, se
bene habet. Vox haec illum parem maioribus fecit et fatalem 10
Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi passa. Mul-
tum fuit Carthaginem uincere, sed amplius mortem. Impera-
tor, inquit, se bene habet. An aliter debebat imperator, et
quidem Catonis, mori? Non reuoco te ad historias nec ex
omnibus seculis contemptores mortis, qui sunt plurimi, colligo:

obstando. cod. Amstelod. = *obsistendo.* Burm. ad Anth. L. II. p. 717. 𝔑 — 𝔅 = *non pro m e adhuc.*

tanta pertinacia. ν = *c u n c t a pertinacia.* γκ + *ut liber e s s e m.* T = *Cato d u c a t u r in tutum.*

8. w = *Impressit d e m u m.* p = *viri* [s *lis*] *animi.* R + *sed sibi i p s i iratus.*

Non in hoc exempla nunc congero = PpRr (r = *conge r a m*) GwB EV plerique ϱϱ 𝔖 (G et quidam ϱϱ = *nunc exempla*). αβ≏𝔑 — 𝔅 = *Non in hoc ex. h a e c cong.* μν = *N. in h. ex. h i n c cong.* Tγ 𝔈1. — 𝔐a + *Non in hoc exempla h a e c nunc congero.* Particula *nunc* suspecta mihi.

sed ut te adversus. R — *te.*

9. R = *Facilius autem h o r t a b o r.*

aequasse = PpRArg.bBE Ops. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. TGwr(V) 𝔈2 — 𝔐a = *e x aequasse.*

νς = *sicut i l l e Gn. Pompeii s o c e r, qui.* Arg.b + *e contrario.* w = *na v i m.*

vidisset = PpwsGRrBE P2. 3. Col. Ops. 𝔄𝔅 — 𝔈1. 𝔖. G P1. 4. = *v i d i t.* T (V) 𝔈 2. — 𝔐a = *vide r e t.* 𝔑 — 𝔗 = *audivisset.* De ϱϱ nihil proditur.

se bene habet = PpTGwRB 𝔑 — 𝔅𝔖. r𝔄𝔈1. — 𝔐a = *bene se habet.* Sw.: „Rectius, inquit, fortasse abiicietur pronomen.“

10. p(s.m.) = *est inte r i r e passa.*

debebat. sP = *de b u i t.*

se bene habet. hic itidem variant libri ut supra.

respice ad haec nostra tempora, de quorum languore ac deliciis querimur: omnis ordinis homines succurrent, omnis fortunae,
11 omnis aetatis, qui mala sua morte praeciderint. Mihi crede, Lucili, adeo mors timenda non est ut beneficio eius nihil timendum sit. Securus itaque inimici minas audi: et quamuis conscientia tibi tua fiduciam faciat, tamen quia multa extra causam ualent, et quod aequissimum est spera et ad id te quod
12 est iniquissimum conpara. Illud autem ante omnia memento demere rebus tumultum ac uidere quid in quaque re sit: scies nihil esse in istis terribile nisi ipsum timorem. Quod uides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis pueris euenit: illi quos amant, quibus adsueuerunt, cum quibus ludunt, si personatos uident, expauescunt. Non hominibus tantum, sed rebus
13 persona demenda est et reddenda facies sua. Quid mihi gladios et ignes ostendis et turbam carnificum circa te frementem? tolle istam pompam sub qua lates et stultos territas. Mors est

V = *deliciis conquerimur.*
succurrent. E = *succurrunt.* p(s *se*) = *suggerent.*
praeciderint = PAGwrB aliquot ρρ𝔄𝔑 — 𝔅. pTR (Arg.b quidam ρρ) sG ℭ1. — 𝔖 = *praeciderunt.* βδξ = *praecesserint.* Eζνο = *praecesserunt.* V = *praecedunt et praecesserunt.*
11. *beneficio.* p = *benefacto.*
nihil timendum sit = pA𝔖. PE Sb + *anteferendum timendum sit.* (in P *timendum* punctis notatum, A *sit* habet ab al. m.) Tr(V) 𝔐 — 𝔅1. = *nihil anteferendum sit.* ℭ1. = *nihil anteferendum.* G = *nihil anferendum timendumve sit.* RwBρρ P1. 2. 3. Col. Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔅ℭ2. — 𝔊𝔑u𝔐a = *nihil anteferendum timendumve sit* (in κτ *timendumve* punctis notatum.) *anteferendum* a librario invectum esse, qui *beneficio* pro tertio casu habuerit, recte docet Sw. Lips. ci. = *nihil a te verendum timendumve sit.*
itaque. p = *atque.*
audi: et quamvis. w = *audi: sed quamvis.* p = *audi et quamvis.* P = *audies quamvis.* 𝔄 = *audies et quamvis.* R = *quam* cr. = *quamquam.*

R = *fiduciam fecerit.* p = *multi extra causam.* A = *extra causam valeant.*
iniquissimum conpara. Vγξ Col. (p. m.) P1. 4. = *iniq. praepara.* Plerique ρρ P2. 3. 𝔑 — 𝔅 = *iniq. para.* 𝔍u = *te para.*
12. *Illud autem* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a — *autem.*
quid in quaque re. R𝔑 — ℭ1. = *quid in quacunque re.* G = *quid in qua re.* V = *scias nihil esse.* G = *scias nihil in hiis terribile esse ut ipsum.*
P2. 3. = *ipsum timere.* quod exemplis defendit Gron. ν = *Quod videris accidere.* B = *quos assueverunt.*
B = *si personatos videant.* εξ = *si pers. viderint.*
V = *expavescant.* G — *hoc nobis — pueris.* (m∾).
sed rebus = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅. ℭ1. — 𝔖 + *sed et rebus.*
13. *circa te frementem* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔑u — 𝔖. ℭ1. — 𝔅1. = *circa te frementium.*
sub qua lates. p = *sub qua tes* cr. = *stas.*
Mors est = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔖. 𝔏 — 𝔐a = *mors es.* R = *Quid mihi rursus flagella.* B — *mihi.*

quam nuper seruus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu
rursus mihi flagella et eculeos magno adparatu explicas? quid
singulis articulis singula machinamenta quibus extorqueantur
aptata et mille alia iustrumenta excarnificandi particulatim homi-
nis? Pone ista quae nos obstupefaciunt: iube conticescere ge- 14
mitus et exclamationes et uocum inter lacerationem elisarum
acerbitatem. Nempe dolor est quem podagricus ille conte-
mnit, quem stomachicus ille in ipsis deliciis perfert, quem in
puerperio puella perpetitur. Leuis est, si ferre possum, bre-
uis est, si ferre non possum. Haec in animo uoluta quae saepe
audisti, saepe dixisti: sed an uere audieris, an uere dixeris,
effectu proba. hoc enim turpissimum est quod nobis obici solet
uerba nos philosophiae, non opera tractare. Quid tu? nunc 15
primum tibi mortem inminere scisti, nunc exilium, nunc dolo-
rem? In haec natus es. Quicquid fieri potest quasi futurum
cogitemus: quod facere te moneo scio certe fecisse. Nunc
admoneo ut animum tuum non mergas in istam sollicitudinem:
hebetabitur enim et minus habebit uigoris, cum exsurgendum
erit. Abduc illum a priuata causa ad publicam: dic mortale tibi
et fragile corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum aut ex
potentioris uiribus denuntiabitur dolor: ipsae uoluptates in tor-

G(s∾) = *singulis artibus.* 𝔑 — 𝔐 + *quid tu singulis art.*

aptata. Col. 𝔑—𝔅 = *apta.* V P4. 𝔈1. — 𝔐 = *aptas.*

p(s.m.) G(s∾) V = *particulatim homines.* T = *particulam hominis.*

14. *Pone ista.* εμ = *Puni ista.*

R = *et voces.* R = *acerbitatum.*

A — *quem stomachicus — perfert.* P1. Col. = *stomachus ille.* P2. 3. 𝔛 = *stomaticus ille.* R = *profert.*

T = *ferre possunt* et *ferre non possunt.*

r—*brevis est—non possum.* (m∾).

brevis est. 𝔅1. = *gravis est.*

T = *Haec in animo volve.*

𝔛 = *dixeris — audieris.*

Arg.b = *nobis adici solet.*

15. *nunc primum.* p(s.m.) = *num pr.*

r = *imminere fecisti.*

R = *nunc dolorem, nunc exilium.* p(s.m.) = *num — num.* V — *nunc exilium.*

In haec natus es = pP(s.m.) Trw (VE) 𝔈1. — 𝔖. P(p.m.) ABSb Pr.b = *In hac natus es.* GRϱϱSc Pr.ad 𝔛𝔑 — 𝔅 = *In hoc natus es.*

scio certe fecisse. R + *scio certe te fecisse.* GB + *scio te certe fec.* 𝔑 — 𝔈1. + *sed scio te certe fecisse.* 𝔈2. + *sed scio certe f.* Pro his μ = *Scilicet hoc vere facis.*

R + *Nunc admoneo te.*

ut animum tuum. Arg.b — *ut.*

non mergas. δμν = *non mitiges.* R = *ut animum tuum mitiges in ista sollicitudine.*

hebetabitur. RsGδμνσ = *hebetatur.* P (cr.∾) = *habitabitur.* τ = *cum corrigendum erit.*

Abduc. r𝔛𝔑 — 𝔈1. = *Adhuc.* αβδμν = *Adduc.*

ex potentioris viribus = pR𝔈 — 𝔖. Rell. = *potentioribus viribus.*

α = *denuntiatur dolor.*

ipsae voluptates = mss. etiam Ops.

16 menta uertuntur. Epulae cruditatem adferunt, ebrietates neruorum torporem tremoremque, libidines pedum', manuum, articulorum omnium deprauationes. Pauper fiam? inter plures ero. Exul fiam? ibi me natum putabo quo mittar. Adligabor? quid enim? nunc solutus sum? ad hoc me natura graue corporis mei pondus adstrinxit. Moriar? hoc dicis desinam aegrotare posse,
17 desinam adligari posse, desinam mori posse. Non sum tam ineptus ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar et dicam uanos esse inferorum metus, nec Ixionem rota uolui nec saxum humeris Sisyphi trudi in aduersum nec ullius uiscera et renasci posse cotidie et carpi. Nemo tam puer est ut Cerberum timeat et tenebras et larualem habitum nudis ossibus cohae-
18 rentium. Mors nos aut consumit aut exuit: emissis meliora restant onere detracto, consumptis nihil restat: bona pariter malaque submota sunt. Permitte mihi hoc loco referre uersum tuum, si prius admonuero ut te iudices non aliis scripsisse ista, sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire: quanto

Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔏4. 𝔊ro 𝔑u𝔖. 𝔅 — 𝔐𝔏1. 2. 𝔅1. 𝔐a + *sed ipsae vol.*
16. A = *Aepulae.*
cruditatem. E𝔑 — 𝔗 = *crudelitatem.*
V = *nervorum stuporem.*
A = *libidinis pedum.* R + *manuumque* (*que* n.) 𝔄 = *et motivum.*
𝔄 = *Exulta ibi notum putabo, quo mittar.*
quid enim. ιP2. = *Quidni.* G (m∞) P1. 3. — *nunc.*
ad hoc me natura. R — *hoc.* ζμ — *me.*
A + *et grave corporis.*
νο + *adstrinxit, ut moriar.*
r — *desinam adligari posse.*
17. R = *epicenam cantilenam.*
persequar. TRr = *prosequar.* 𝔄 = *presequar.*
R = *ut dicam.* 𝔄 = *dicta: vivos esse inferorum metus.* G(s∞) = *infernorum.* w = *saxa.*
humeris Sisyphi = pAGwrTEB P1. 2. 3. 4. 𝔄𝔑u — 𝔖. Col. = *humeros S.* Arg. b = *humerum S.* PmR (V) 𝔑 — 𝔅1. = *humero S.* R — *humeris.* De ρρ nihil proditum.
larvalem habitum = mss. (etiam cod. Leyd. Burm. ad Anth. L. II. p. 490.) 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔏 — 𝔖. 𝔈2. — 𝔐 = *larvarum habitum.*
o (p.m.) = *cohaerentem,* quod recipi vult Sanctol.
18. *aut exuit* = mss. (exc. β Sc quidam Pinc.) 𝔑 — 𝔊𝔑u. β Sc quidam Pinc. mCol. mP3. 𝔄𝔐 — 𝔅1. 𝔐a𝔖 = *emittit* propter sequens *Emissis.* Sed sententia non multum differt *exuit* ab *emittit* et optime respondet inferiori *onere detracto,* ut in *Notis* probaverit ipse Sw.
P = *honore* (cr. = *honere*) *detracto.*
αβmP3. = *consumptis minus restat.* G + *nihil vel minus.*
submota sunt. 𝔍 = *subcincta sunt.* mG = *succincta al. submota.* ζ = *subcisa sunt.*
R — *admonuero.* ζ + *non modo aliis.*
P + *scripsisse te ista.* Oblitus enim erat librarius se Pronomen iam supra posuisse. Hinc elucet, (quod etiam aliis exemplis et multis probatur) quam temere librarii Pronomina aliasque voces adiecerint ad supplendam, ut putabant, orationem.
B — *ista.* 𝔄 = *sed non tibi.*
Turpe est. w(s∞) Arg. b — *est.*

turpius aliud scribere, aliud sentire. Memini te illum locum
aliquando tractasse non repente nos in mortem incidere, sed
minutatim procedere. Cotidie morimur, cotidie enim demitur 19
aliqua pars uitae: et tunc quoque, cum crescimus, uita decre-
scit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adulescen-
tiam: usque ad hesternum quicquid transiit temporis periit: hunc
ipsum quem agimus diem cum morte diuidimus. Quemadmo-
dum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quic-
quid ante defluxit: sic ultima hora qua esse desinimus non sola
mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam peruenimus, 20
sed diu uenimus. Haec cum descripsisses quo soles ore, sem-
per quidem magnus, numquam tamen acrior quam ubi ueritati
commodas uerba, dixisti:

Mors non una uenit, sed quae rapit ultima mors est.

Malo te legas quam epistulam meam: adparebit enim tibi
hanc quam timemus mortem extremam esse, non solam. Ui-
deo quo spectes: quaeris quid huic epistulae infulserim, quod
dictum alicuius animosum, quod praeceptum utile. Ex hac
ipsa materia quae in manibus fuit mittetur aliquid. Obiurgat 21
Epicurus non minus eos qui mortem concupiscunt quam eos
qui timent et ait: *Ridiculum est currere ad mortem tae-*

nos in mortem incidere. V — *nos* et *incidere.*

19. *cotidie enim.* δζν — *enim.*

demitur. β = *deprimitur.* P2. = *dimittitur.*

B + *Infantiam quoque.* w = *demum pueritiam.*

ad hesternum. P = *ad sternum.* E = *ad externum.* GRrαβγ≈ικλ P1. 2. 3. 4. 𝔛 = *ad extremum.*

transiit — periit. PpAwGRr 𝔛ℜ 𝔈1. = *transit — perit.* 𝔈2. — 𝔊 = *transiit — perit.*

A — *Quemadmodum — defluxit: sic.*

Arg.bειλμνο = *Quemadmodum clepsydra.* ζ = *Q. clepsendra.* G wTr 𝔛 = *Q. clepsedram.* R = *Q. clepsedra.* ν + *stillicidium ore exhaurit.*

sed sola consummat. T — *sola.* R = *sed sola consumit.*

20. p = *Tunc ad illa.* B = *Hoc cum descripsisses.* r — *sed diu venimus.* T = *sed iam venimus.*

commodas verba. AGwTrEArg.b 𝔛ℜ — 𝔈1, = *commendas verba.*

Mors non una venit, sed quae rapit ultima mors est. = p𝔐𝔖. Rell. mss. (A = *non venit ultima,* Col. p.m. = *Mors vero ultima*) ℜ — 𝔈𝔏 — 𝔐a = *Mors non ultima venit.* 𝔛 = *Mors ultimate venit.* 𝔏 — 𝔐a — *sed*, quam particulam mss. omnes habent. Egregie hic ut saepius unus p auxilium fert.

Arg.b = *Video qua spectes.*

p = *quid haec epistulae infulserim.* Arg.b = *infuderim.* T = *infulcierim.*

21. V = *quae in manibus versatur.*

mittetur aliquid. mG = *intuetur.* mRm:mλmP 2. m P2, mP 3. = *mutuetur aliquid.*

currere. A + *vulde currere.* 𝔛 = *tendere ad mortem.*

dio uitae, cum genere uitae ut currendum ad mortem
esset effeceris. Item alio loco dicit: *Quid tam ridiculum*
quam adpetere mortem, cum uitam inquietam tibi fece-
22 *ris metu mortis?* His adicias et illud eiusdem notae licet:
Tantam hominum inprudentiam esse, immo dementiam, ut
quidam timore mortis cogantur ad mortem. Quicquid ho-
rum tractaueris, confirmabis animum uel ad mortis uel ad ui-
tae patientiam. At in utrumque mouendi ac firmandi sumus,
et ne nimis amemus uitam et ne nimis oderimus? Etiam cum
ratio suadet, finire: sed non temere nec cum procursu ca-
23 piendus est inpetus. Uir fortis ac sapiens non fugere debet e
uita, sed exire. Et ante omnia ille quoque uitetur adfectus
qui multos occupauit, libido moriendi. Est enim, mi Lucili,
ut ad alia sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio
quae saepe generosos atque acerrimae indolis uiros conripit,
saepe ignauos iacentesque: illi contemnunt uitam, hi grauantur.

G + *cum gratia al. genere vitae.* γζιξοτυ = *cum gratia vitae.* R — *cum genere vitae — effeceris.*

G = *ut succurrendum esset.*

G = *alio loco dixit.*

feceris. G (s∾) = *spreveris.* Arg.b β = *fecerit metus mortis.* p — *metu mortis.*

22. *eiusdem notae licet.* R — *notae.* TRsr sGγλ 𝔄𝔑 — 𝔈 1. = *liquet.*

G = *homini imprudentiam.* 𝔄 + *animum tuum.*

p = *quedam timore.*

G(m∾) — *vel ad vitae.* r𝔄 = *vel ad mortem.* r(cr.∾) δεμνmo 𝔄 = *ad vitae penitentiam.*

At in utrumque = Pp. ABEαβδει μνξου Sbc Pr.abd P2. Col. 𝔄 + *At in utrumque enim.* Nescio an scribendum sit: *At enim in utrumque.* cf. Hand. Turs. I. p. 446. s. 𝔑 — 𝔊 = *At in utrumque emonendi* (contractum ex *enim monendi*). G T rell. ρρ P1. 3. 4. 𝔖 = *Ad utrumque enim.* wr = *In utrumque enim.* R𝔐 — 𝔐a = *In utrumque monendi.* Pinc. = *vel ad mortem, vel ad vitue patientiam, aut in utrumque. emonendi enim ac firmandi sumus.* quam scripturam Pinc. saltem ex parte videtur finxisse. P1. 4. 𝔄𝔖 = *movendi.* Dion. Gothofred. ci. = *muniendi* atque idem post Gothofr. Freinsh. ad Curt. V, 9, 6. Sb = *induendi.* Sw.: „Vide, inquit, an tenendum ipsum fuerit, an in *imbuendi* mutandum, ut legeretur *In utrumque enim imbuendi.*" G = *ac confirmandi.* E = *ne nimis etiam oderimus, cum ratio.* Verba *At in utrumque — oderimus* sunt adversarii, sequentibus respondet Sen. Infin. *finire* nexus est ex verbo *monendi.*

sed non temere = mss. (exc. δμν = *sed non timere,* quod etiam in 𝔄𝔑 — 𝔅) etiam Gr. Arg.b 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *sed.*

nec cum procursu. Quidam Pinc. — *nec,* quod ipse probat. μ + *nec prorsus cum procursu.*

23. G = *Vir fortis et strenuus.* δ = *vitetur defectus.* 𝔄 = *vit. effectus.*

libido moriendi. Rαβγζιλμξ P2. 3, Col. 𝔄𝔑 — 𝔊 + *libido scilicet moriendi.*

animi inclinatio. p = *animi inclinati.* V = *an. declinatio.*

p = *generosas atque acerrimae indoles.*

ζ = *viros corrumpit.*

P = *iacentosque.*

R = *isti gravantur.*

Quosdam subit eadem faciendi uidendique satietas et uitae 24
non odium, sed fastidium, in quod prolabimur ipsa inpellente
philosophia, dum dicimus: Quousque eadem? Nempe expergi-
scar, dormiam, esuriam [satiabor], algebo, aestuabo. nullius
rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia: fugiunt ac sequun-
tur. Diem nox premit, dies noctem, aestas in autumnum de- 25
sinit, autumno hiems instat, quae uere conpescitur: omnia sic
transeunt ut reuertantur. nihil noui facio, nihil noui uideo: fit
aliquando et huius rei nausia. Multi sunt qui non acerbum iu-
dicent uiuere, sed superuacuum. Uale.

EPISTULA IV. (25.)

Seneca Lucilio suo Salutem.

Quod ad duos amicos nostros pertinet, diuersa uia eundum est: alterius enim uitia emendanda, alterius frangenda sunt. Utar libertate tota: non amo illum nisi offendo. Quid ergo? inquis, quadragenarium pupillum cogitas sub tutela tua continere? Respice aetatem eius iam duram et intractabilem, non potest reformari: tenera finguntur. An profecturus sim nescio. malo successum mihi quam fidem deesse. Nec desperaueris etiam diutinos aegros posse sanari, si contra intemperantiam

24. r = *Quosdam subiit.* αβδ εζϑικλμνου P1. 2. 3. 4. 𝔄ℜ — 𝔊 = *faciendi vivendique satietas.*

prolubimur. w = *probabimur.* 𝔄 = *probabitur.*

inpellente philosophia. ℜ — 𝔅 = *pellente ph.*

Arg.b = *Quoad usque eadem.*

dormiam, esuriam [satiabor] = Rmmx. ℜ — 𝔖 = *dormiam, satiabor, esuriam.* Rell. — *satiabor.*

V = *atque sequuntur.*

25. *conpescitur.* P = *conspicitur.*

sic transeunt = PAGsRϱϱBE Ss. Gr. Ops. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. pRrTw(V) 𝔈1. — 𝔐a — *sic.*

nihil novi facio, nihil novi video = mss. 𝔄ℜ — 𝔗𝔖. 𝔅 — 𝔐a = *video — facio.*

T(s∾) = *huius rei causa.* A = *qui non acervum.*

𝔄 — *Multi sunt — supervacuum.*

supervacuum = PpATRrmGBVαβγδειλμνυ Ss. Col. P2. ℜ — 𝔐𝔖. Gw (E rell. ϱϱ) P1. 3. 4. 𝔏 — 𝔐a = *superfluum.* vid. ad Ep. 45, 4.

Lib. III. Ep. 4. (25.)

G — *amicos.* P = *eundem est.*

nisi offendo = PpAwE Arg.b αδνξο ℜ — 𝔐. GTRr (rell. ϱϱV) Gr. 𝔄𝔏 — 𝔖 = *nisi offendero.* B = *ubi offendero.*

Arg. b = *non posse reformari.* T = *non potest formari.*

tenera finguntur. R (s∾) ξ𝔄 = *tenera franguntur.* 𝔄𝔗 = *ten. fringuntur.*

p = *malum successum mihi quam fidendum esse.* T = *Ne desperaveris.* w — *etiam.* V𝔄 = *diuturnos aegros.*

si contra intemperantiam. Rαβδελμ = *si contra intemperatos.* x𝔄 = *si contra intemperantiam feceris.*

2 steteris, si multa inuitos et facere coegeris et pati. Ne de altero quidem satis fiduciae habeo, excepto eo quod adhuc peccare erubescit. Nutriendus est hic pudor, qui quamdiu in animo eius durauerit, aliquis erit bonae spei locus. Cum hoc ueterano parcius agendum puto, ne in desperationem sui ueniat: nec ullum tempus adgrediendi fuit melius quam hoc, dum inter-
3 quiescit, dum emendato similis est. Aliis haec intermissio eius inposuit, mihi uerba non dat: exspecto cum magno fenore uitia reditura, quae nunc scio cessare, non deesse. Inpendam huic rei dies et utrum possit aliquid agi an non possit experiar. Tu nobis te, ut facis, fortem praesta et sarcinas contrahe. Nihil ex his quae habemus necessarium est. Ad legem naturae
4 reuertamur: diuitiae paratae sunt. Aut gratuitum est quo egemus aut uile. Panem et aquam natura desiderat. nemo ad haec pauper est *intra quae quisquis desiderium suum clusit, cum ipso Ioue de felicitate contendat*, ut ait Epicurus, cuius aliquam uocem huic epistulae inuoluam. *Sic fac,* inquit, *omnia, tamquam spectet Epicurus.* Prodest sine dubio custodem sibi inposuisse et habere quem respicias, quem interesse cogitatio-
5 nibus tuis iudices. Hoc quidem longe magnificentius est sic uiuere tamquam sub alicuius boni uiri ac semper praesentis ocu-

r(s∞) = *si multos invitos.* G = *si multum invitos.* V + *si multa multos inv.*

et facere. G — *et.* ξ = *et facere cogis.*

2. *Ne de altero quidem.* E = *Nec de altero.* GRrT𝔑 — 𝔐𝔞 = *Nec de altero quidem.* pw — *de.*

p = *erubescis.* T = *nutriendus est pudor, quia* (om. *hic*).

w + *aliquis erit in eo.*

adgrediendi. A = *adgrediendum.* Grut. ci. = *fuerit melius.* 𝔑 — 𝔈1. + *quam hoc fuerat.*

3. *Aliis haec intermissio.* Arg.b — *Aliis.* 𝔍𝔲 = *Alii.* T = *Aliis hoc interm.* w = *Aliis haec interpausatio fuit.*

𝔛 = *Inpendo huic rei.* γζ = *huic rei diem.*

an non possit. GV = *aut non possit.*

PV = *ut facias.*

R + *Tu nobis quoque te.* 𝔛 — *te.*

et sarcinas. sp = *non sarcinas.*

4. r(s∞) *Aut gratuitum est quod agimus.* pG (s∞) = *quo agemus.* w = *quo agimus.* A = *quo indigemus.* V — *quo egemus.*

intra quae. 𝔛 = *inter quae.*

desiderium suum clusit = PpAT (plerique ρρBEV) 𝔐𝔑 — 𝔖. wrArg.b 𝔈2. — 𝔊 = *clausit.* δμ = *cludit* Rαβγν 𝔑 — 𝔈1. = *claudit.* Gζϑκλ τ = *inclusit.* 𝔛 = *clauserit.* Sen. et *claudo* scripsit et *cludo.* vid. Ind.

G = *de felicitate contempnat.*

Sic fac, inquit. r — *inquit.*

spectet Epicurus. p = *spectat Epic.* 𝔑 = *exspectet.* 𝔑 — 𝔅 + *te spectet.* P3. (nonnulli ρρ) 𝔑 — 𝔅1. = *spectet aliquis.*

A = *tibi inposuisse.* ν = *sibi posuisse.*

p = *et habere quam respicias.*

cogitationibus tuis. G — *tuis.*

5. 𝔛 = *sic vive tamquam.*

boni viri. E — *viri.* αν:(p.m.) + *boni viri iudicio.*

lis: sed ego etiam hoc contentus sum ut sic facias quaecumque
facies, tamquam spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo
persuadet. Cum iam profeceris tantum ut sit tibi etiam tui re-
uerentia, licebit dimittas paedagogum: interim aliquorum te au-
ctoritate custodi. Aut Cato ille sit aut Scipio aut Laelius aut 6
cuius interuentu perditi quoque homines uitia subprimerent, dum
te efficis eum cum quo peccare non audeas. Cum hoc effeceris,
et aliqua coeperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi per-
mittere quod idem suadet Epicurus: *Tunc praecipue in te
ipse secede, cum esse cogeris in turba.* Dissimilem te fieri 7
multis oportet. Dum tutum tibi non est ad te recedere, cir-
cumspice singulos: nemo est cui non satius sit cum quolibet
esse quam secum. Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse
cogeris in turba: si bonus uir es, si quietus, si temperans.
alioquin in turbam tibi a te recedendum est: istic malo uiro
propius ės. Uale.

sed ego etiam. 𝔛 — *etiam.* T = *sed et.* Nounulli Pinc. 𝔛 = *omnia nobis vitia.*

p = *mala sollicitudo.* 𝔛 — *solitudo persuadet.*

licebit dimittas. Arg.b = *licet dim.*

6. V — *Aut Cato* — *subprimerent.*

A = *at cuius interventum.* p = *supprimerentur.*

P = *dum te efficias.*

cum quo peccare = mss. etiam Gr. Erm. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *coram quo pecc.*

Cum hoc effeceris = pATw Arg.b ϱϱ 𝔖. PGRr (BEV) 𝔄𝔑 — 𝔐a = *Cum haec eff.*

incipiam tibi permittere. R + *inc. tibi te perm.* GT Torrent. Gron. 𝔑u𝔐a + *inc. te tibi perm.*

ipse secede. GwB𝔄𝔑 — 𝔅 = *ipso secede.* r = *ipsa secede.* V — *ipse.*

7. E — *Dissimilem* — *cogeris in turba.*

Dum tutum tibi non est ad te recedere = P. pOps. = *Dum tutum tibi non sit* etc. ARrTwϱϱV Gr.Arg.b 𝔛 (mutato verborum ordine) 𝔑 — 𝔊 = *dum tutum tibi non sit a te recedere.* B = *dum totum tibi non sit a te rec.* G = *dum tuum non sit tibi a te rec.* 𝔐 — 𝔐a = *dum tutum tibi non est a te rec.* 𝔖 ex ci. = *Dum tibi tutum sit ad te rec.* „i. e. donec tibi tutum fuerit.“ Sw. Sed *est* ex more librariorum propter *dum* part. in *sit* mutatum: deinde cum *at te* scriberetur, prius *t* omissum.

Gwr P 1. 4. nonnulli ϱϱ 𝔑 = *in te ipso secede.* Col. — *ipse.*

si bonus vir es = Col. 𝔛𝔖. Rell. etiam Gr. Mod. — *es.* 𝔑 — 𝔊 = *si bonus vir, si quietus, si temperans vis esse.* 𝔐 — 𝔐a = *si bonus vir, si quietus, si temperans es.* γλο P.2. 3. 4. = *temperatus.*

istic malo. Rαβγι = (VCol.) 𝔑 — 𝔐a + *Istic enim malo.* E *Istic mali viro propius est.* P2. (p.m.) = *Isti malo viro.*

TCol. = *propior es.* G nonnulli ϱϱ P1.3. = *propitius es.*

EPISTULA V. (26.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Modo dicebam tibi in conspectu esse me senectutis: iam uereor ne senectutem post me reliquerim. Aliud iam his annis, certe huic corpori, uocabulum conuenit: quoniam quidem senectus lassae aetatis, non fractae, nomen est. Inter decrepitos me numera et extrema tangentes. Gratias tamen mihi apud te ago: non sentio in animo aetatis iniuriam, cum sentiam in cor-
2 pore. tantum uitia et uitiorum ministeria senuerunt. Uiget animus et gaudet non multum sibi esse cum corpore. magnam partem oneris sui posuit. exsultat et mihi facit controuersiam de senectute. hunc ait esse florem suum. Credamus illi: bono suo utatur. Ire in cogitationem iubet et dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiae debeam, quid aetati, et diligenter excutere quae non possim facere, quae nolim posse.

Lib. III. Ep. 5. (26.)

𝔄 = *Iam dicebam tibi.* A = *Modo dicendum tibi.*

Gaβδ𝔇ιλοτ (λοτ cr. ∾) 𝔑 — 𝔈 1. = *meae senectutis.*

certe huic corp. 𝔑 — 𝔐 — *certe.* R + *certe et huic corp.* V — *vocabulum.*

G = *laxae aetatis.*

fractae, nomen est. V — *est.*

p = *extrema tangentis.*

2. r = *tantum vita et vitiorum.* 𝔑 = 𝔈 1. + *non multum sibi gaudet.*

posuit. Ar𝔏2. (𝔏4. ∾) 𝔍u𝔅1. — 𝔐a = *deposuit.* P1. = *imposuit.* Rell. ∾.

A = *hanc ait esse florem.* r = *h. agit esse fl.*

G (cr. ∾) = *Credas illi.* 𝔄 = *Credimus illi.* V = *Credamus ei.*

Ire in cogitationem iubet = P prδεμν. 𝔄 = *Ire in cognitionem iuvaret.* Rell. = ∾ *iuvat.*

dispicere. A (cr. ∾) Rrw (s.m.) GB 𝔄 = *despicere.*

ac modestia = PpAGT𝔑 — 𝔐. 𝔄 — *ac modestia.* Rell. (non tamen constat de BEV Arg. bρρ) = *et modestia.*

rw (p.m.) P1. 4. Col. 𝔄 = *quae non possum facere.*

2. 3. *quae nolim posse. At quid? si nolim quicquid non posse me gaudeo?* Locus hic in mss. et imprr. vehementer est corruptus. T = *quae nolim pro posse habiturus. atqui si nolim quicquid non posse me gaudeo.* Col. = *quae nolim posse habiturus. atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* PpAGwBEδμν P1. Sc 𝔄 = *quae* (P1. = *qui*) *nolim* (p = *nolimus*) *prodesse habiturus* (B = *abiturus*). *atqui si nolim quicquam non posse me gaudeo* (p = *e me gaudere.* wB — *me*). Ops. = *quae nolim prodesse habiturus* (unus *abiturus*) *atqui* (unus *ad qui*, alius *ad quid*) *si nolim, quicquid non posse me gaudeo.* r = *quae nolim habiturus* (s *habituro*). *Atqui si nolim. quicquid non posse me scio, gaudeo.* m Ambian. = *quae non possim facere, et quae facere nolim, prositne habituro vel abituro. atqui si nolim* etc. RχmλP3. = *quae nolim. Prositne arbitror* (P3. = *abituro* s.m. *hab*∾. m = *arbitror*) *aliquid? si quidquid nolim, non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quidquid non posse me scio, gaudebo* (χmλ = *gaudeo*). V = *quae nolim posse habiturus aliquid, si nolim,*

At quid? si nolim quicquid non posse me gaudeo? Quae enim 3

quidquid non posse gaudeo. α = *quae nolim et prodesse habiturus aequis velim; et prodestne habituro aliquid, si quicquam nolim, non possum, me gaudeo.* β = *quae nolim, prositne habituro aliquid, sic quicquid nolim, non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* γ = *quae velim et prodesse habituro ea quae velim. atque si nolim* etc. ελυΓ = *quae nolim, prositne habituro aliquid, si quicquid non posse me gaudeo.* Eadem habet ι, sed addit = *Atqui si velim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* et in m, legitur: „Hanc partem *Atqui si* etc. quidam habent et quidam non. sed non multum refert, utrum sit vel non.“ P2. = *quae nolim, prositne abitio aliquid, si nolim, quicquid non posse me gaudeo. atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudebo.* „sed alterius manu priora prorsus erasa erant.“ Discrepant igitur ut saepius in huius libri lectione Grut. et Sanctol. Z = *quae nolim, prositne habituro aliquid, si quicquid nolim non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quicquid non posse me soio, gaudeo.* φ = *quae nolim, si quicquid nolim, non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* χτ = *quae nolim prodesse habiturus aeque si nolim, quicquid non possum, non posse me gaudeo.* Sanctol. subiicit huic loco haec: „Hac in re codices omnes inspexi, qui fere eadem, quae supra notavi, servant. Ego locum ita emendandum censeo, ut verbum *habiturus*, quod vim existimandi habere videtur, non expungatur. Nam antiquiores mss. illud servant.“ P4. = *quae nolim prodesse habiturus, ac qui si noli quicquam non possem, non posse meo gaudeo.* Sb = *quae nolim, prodesse habiturus. Atqui si nolim, quidquid non possum* (Oberl. = *possim*) *me* (Oberl. — *me*) *gaudeo.* Pinc. „Locus vitiatissimus, inquit, verbis partim redundantibus, partim deficientibus: nec in ullo maior exemplarium dissonantia. discussis igitur, et diligenti censura perpensis scriptorum codicum verbis, hanc lectionem elicio: *Prosintne habituro quae velim. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.*“ Cod. Lips. = *quae nolim perdere nec habituro aliquid, si nolim. quidquid non posse me gaudeo.* Lips. ci. = *quae nolim. proderitne abituro aliquid, si nolim quidquid non possum, et gaudeo.* Gron. ad hunc locum: „Membranae nobis visae: *quae nolim et prodesse habiturus ea quae velim et prodesse me habituro aliquid si nolim, quicquid non posse me gaudeo.* Adde Gruterum et Lipsium. Verum videtur: *et diligenter excutere, quae non possim facere, quae nolim posse; habiturus aliquid, si nolim, quicquid non posse me gaudeo.* Nam Col. haudquaquam inter infimos Gruteri: *quae nolim* etc. Heins. *quae nolim prodesse habiturus et in si nolim quicquid n. p. m. g.* Erf. longa lacuna usque ad epist. 58. nos destituit.“ 𝔑—𝔗 = *quae nolim prodesse habiturus aliquid, si quicquid nolim, quicquid non possim, non posse me gaudeo.* 𝔅 — 𝔊 = *quae nolim, prositne habituro aliquid, si quicquid nolim: quicquid non possim: non posse gaudeo.* 𝔐 — 𝔐a = *quae nolim: possimne aliquid quod nolim. Nam si quid non possum, non posse me gaudeo.* ex Mur. ci. Gothofr. ci. = *quae nolim, proiicere abitura aliquando: et si quicquid velim, id non possim, non posse me gaudeam.* 𝔖 = *quae nolim, posse habiturus. Atqui si nolim quidquid non possum, non posse me gaudeo, habiturus* Sw. explicat „*si hoc haberem*, sive uno verbo *si possem*“ et conferri iubet Ep. 42, 3. Vellem tamen eum illud *quae nolim, posse habiturus* exemplis probasse. Immo *habiturus* additum a librario quodam eo sensu, ut videtur, quem huic verbo tribuit San-

querela est, quod incommodum, si quicquid debeat desinere defecit? Incommodum summum est, inquis, minui et deperire, et ut proprie dicam, liquescere. Non enim subito inpulsi ac prostrati sumus, carpimur: singuli dies aliquid subtrahunt uiribus. Et quis exitus est melior quam in finem suum natura soluente
4 dilabi? non quia aliquid mali ictus et e uita repentinus excessus, sed quia lenis haec est uia subduci. Ego certe, uelut adpropinquet experimentum et ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies uenerit, ita me obseruo et adloquor: Nihil est, inquam, adhuc quod aut rebus aut uerbis exhibuimus. Leuia sunt ista et fallacia pignora animi multisque inuoluta lenociniis:
5 quid profecerim morti crediturus sum. Non timide itaque conponor ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis de me indicaturus sum utrum loquar fortia an sentiam, numquid simulatio fuerit et mimus quicquid contra fortunam iactaui uerborum contumacium. Remoue existimationem hominum: dubia semper est

ctol.: neque hoc tantum, sed etiam *pro* ante *posse*, quod servat T. Hoc omisit Col., quod cum *posse* non congruere perspexerat, illud tenuit: r utrumque neglexit *pro* et *posse*. Reliqui autem, quotquot *prodesse* habent, id finxerunt ex *pro posse*: inde rursus natae sunt scripturae *prodest*, *prosit*, aliae: atque ut fit in locis corruptis, mox novae accesserunt depravationes. *At quid* scripsi ex uno Ops., qui habet *ad quid:* denique *non possum*, quod edidit Sw., abest ab optimo quoque librorum et apparet una cum *non posse* tantum in κτ.

Quae enim querela. V — *enim.*

si quicquid debeat = PpAGwBE Arg.b (Sw. *quid debeat*, sed suspicor eum confudisse Arg.b et c) P1. 3. Col. Sc(?). R (s.m. = *debeat*) r𝔄 𝔑 — 𝔊 = *si quicquid debet.* P4. (Sb?) = *si quid debeat.* T = *si quod debeat.* 𝔐 — 𝔖 = *si quod debet* (ρρ n. l.). In mentem alicui poterit venire *debebat*, quod habet a s.m. P3.

Incommodum summum. 𝔄 — *summum.*

minui et deperire. pB — *et.*

inpulsi ac prostrati. T = *impulsu prostrati.* T + *sed carpimur.*

dilabi. PAGR Pinc. vet. lect. P1. 3. 4. 𝔄 = *de labi.*

4. *non quia aliquid mali ictus* = mss. (exc. RrVβζιπ Col. Nicot.) 𝔄𝔑 — 𝔗. Rr Col. 𝔅 — 𝔖 + *mali est.* P (s.m.) + *mali sit.* r = ∞ *est eiectus.* Vβζ — *ictus.* Rιπ Nicot. 𝔖 = *non quia al. m. est citus.*

Gw𝔄𝔑 = *levis haec est via.* T — *est.*

R + *subduci paulatim.* R = *velut appropinquaret.* P — *et ille laturus.*

Nihil est, inquam. ν = *Mobilem inquam.* A = *quid aut rebus.*

p = *iste fallacia pignora.* p A𝔑 — 𝔊 = *quod profecerim.*

morti crediturus sum. pπ = *morte cred. s.* δμν = *morti creditus sum.*

5. *Non timide itaque.* AR — *itaque.*

strophis ac fucis. p = *str. ac fugis.* 𝔄 = *strophiis ac facis.*

T = *utrum loquor fortia.*

et mimus. PAR(s∞) rTwG𝔄 = *et minus.* Arg.b = *eminus.*

w𝔄 = *verborum contumuciam.*

et in partem utramque diuiditur. Remoue studia tota uita tra-
ctata: mors de te pronuntiatura est. Ita dico: disputationes et 6
literata conloquia et ex praeceptis sapientium uerba collecta et
eruditus sermo non ostendunt uerum robur animi: est enim ora-
tio etiam timidissimis audax. Quid egeris tunc adparebit, cum
animam ages. Accipio condicionem, non reformido iudicium.
Haec mecum loquor, sed tecum quoque me locutum puta. Iuue- 7
nior es: quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est
quo loco te mors exspectet: itaque tu illam omni loco exspecta.
Desinere iam uolebam et manus spectabat ad clausulam: sed con-
ficienda sunt sacra et huic epistulae uiaticum dandum est. Puta
me non dicere: Unde sumpturus sum mutuum? scis cuius arca
utar. Exspecta me pusillum, et de domo fiet numeratio: inte- 8
rim commodabit Epicurus qui ait: *Meditare mortem, [vel si
commodius sit transire ad nos vel nos ad eam].* Hic patet

studia tota vita tractata = PpAwBEVξ Pinc. ex. Facundi et Prim. 𝔖. δηSbcPr.bd𝔑 = *tota vita tracta.* r = *tua vita tractata.* RT𝔏 — 𝔐a = *totam vitam tractata.* Gαβγεζ͡ιϰλμοπυ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔐 = *totam vitam tracta.*

6. TRw𝔄 = *et* (T — *et*) *ex praeceptis sapientum.*

oratio etiam. ν — *etiam.* V = *est enim in oratione timidissimus audax.* P = *timidis audax.*

𝔅 — 𝔊 + *condicionem humanam.*

me locutum. B — *me.*

7. *Iuvenior es.* = pAwTSbc P2. Col. Mod. 𝔖. Rell. = *Iunior es.* Sed de ρρ nihil proditum.

w + *quisque quid refert.* p = *non dinumerantur animi.*

quo loco te mors exspectet. p — *quo.* PArg.b = *spectet.*

Desinere = mss. etiam Gr. Pinc. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈 1. — 𝔐a = *Finire.* V — *Desinere* — *non possumus.*

spectabat ad clausulam = PRrw βζ(BEV) 𝔈 2. — 𝔖. νξ = *expectat ad claus.* Rell. = *expectabat ad claus.*

conficienda sunt sacra. 𝔐 = *conf. s. sagmata* ex ci. Mur.

𝔑 — 𝔈2. = *Putas me non dicere.* B = *Puta me dare.*

sumpturus sum = PpAwTRrBE ρρ (exc. λ) 𝔄𝔑 — 𝔊. Gλ(V) 𝔐 — 𝔖 = *sumturus sim.*

mutuum. 𝔄 = *viaticum.*

8. *Exspecta me pusillum* = mss. (exc. quibusdam Pinc.) 𝔑 — 𝔈2. Quidam Pinc. 𝔄𝔈 — 𝔖 — *me.* *pusillum* Adv. est, de quo vid. Ind.

fiet numeratio. wArg.bαεπτ 𝔄 = *fiet remuneratio.* γδ = *fiet muneratio.* Gζ͡ = *fiet memoratio.*

commodabit. A = *commendabit.* Arg.b 𝔄 = *commendavit.* 𝔖 = *commodavit.*

Meditare mortem [vel si commodius sit transire ad nos vel nos ad eam]. = Scηιλ (sed ηιλ — *sit*) 𝔄𝔖. „Reliqui [ρρ] similiter legunt, sed postrema omittunt, nempe *vel nos ad eam.*“ Sanct. PpAwGArg.b BEPr.abd = *Meditare mortem, vel si* (P — *si*) *commodius sit transire ad nos.* T = *Med. mortem, vel sic si commodius sit transire ad nos.* r = *Med. m. id si commodius sit transire ad nos.* R = *Meditare mortem, utrum commodius sit transire ad nos, vel nos ad eum.* βπ𝔑 — 𝔐a = *Meditare, utrum commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam.* quam scripturam restitutam voluit Sw. Sed mihi quidem persuasum est ea, quae

sensus: egregia res est mortem condiscere. Superuacuum forsitan putas id discere quo semel utendum est: hoc est ipsum quare meditari debeamus: semper discendum est quod an scia-
9 mus experiri non possumus. Meditare mortem: qui hoc dicit meditari libertatem iubet. Qui mori didicit seruire dedidicit: supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra? liberum ostium habet. Una est catena quae nos adligatos tenet, amor uitae: qui ut non est abiciendus, ita minuendus est: ut, si quando res exiget, nihil nos detineat nec inpediat quo minus parati simus quod quandoque faciendum est statim facere. Uale.

EPISTULA VI. (27.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Tu me, inquis, mones? iam enim te ipse monuisti, iam correxisti? ideo aliorum emendationi uacas? Non sum tam inprobus ut curationes aeger obeam: sed tamquam in eodem ualitudinario iaceam, de communi tecum malo conloquor et remedia communico. Sic itaque me audi, tamquam mecum loquar: in secretum te meum admitto et te adhibito mecum exigo. Clamo mihi ipse: Numera annos tuos, et pudebit eadem uelle quae
2 uolueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis

uncis clausi, et quae praeterea addunt libri, si non ab Epicuro, tamen a Seneca esse aliena. Nam in sequentibus ubi respicit ad illam Epicuri vocem, nihil ex ea laudat nisi *meditari mortem*, quod etiam dicit *mortem condiscere.* Auget et confirmat suspicionem librorum quoque dissensio, ex quibus antiquiores quod praebent, caret fere sensu.

condiscere. r = *discere.* αγζξZ = *discere* vel *ediscere.*

R = *forte putas.* T = *quod semel utend.* p = *quo semel putandum est.*

9. *meditari libertatem iubet.* R = ∾ *docet.*

Βαβδιλμπ 𝔑 — 𝔈 1. = *qui mori discit, servire dediscit.* P(s ∾) pR (s∾) rE 𝔈 2. — 𝔊 = *servire didicit.* w = *serv. non didicit.*

w = *supra omnem potestatem.*

ostium habet. αβδζπmι 𝔑 — 𝔅 = *ostium est.*

est abiciendus. R — *est.* pw (cr. ∾) 𝔑 — 𝔗 = *parati sumus.*

Lib. III. Ep. 6. (27.)

Iam enim. G — *enim.* 𝔄 = *te ipsum.*

ArE = *emendatione vacas.* γϰ = *curationes aeger abhorream.* V = *curatione non egere asseram.*

conloquor. GR = *loquor.*

et remedia = mss. (exc. pr) 𝔄𝔖. pr 𝔑 — 𝔐a — *et.* p = *remedio.*

communico. 𝔑—𝔅 = *convinco.*

te adhibito. B — *te.* R + *et clamo mihi ipse.* BV = *Clamo mecum ipse.*

pudebit. G + *tibi.* R = *quae volebas puer.*

2. *circa mortis diem* = PpAGR(s contra) ρρ (exc. λ) EP1.2.4. Col. 𝔑—

diem praesta, moriantur ante te uitia. Dimitte istas uoluptates turbidas magno luendas: non uenturae tantum, sed praeteritae nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sint deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abiit: ita inprobarum uoluptatum etiam post ipsas poenitentia est. Non sunt solidae, non sunt fideles: etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bo- 3
num mansurum circumspice. nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola uirtus praestat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat, nubium modo interuenit quae infra feruntur nec umquam diem uincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire continget? Non quidem cessatur adhuc, sed festinatur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est uigiliam, ipse laborem tuum inpendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit. Aliud literarum genus adiutorium admittit.
Caluisius Sabinus memoria nostra fuit diues: et patrimonium ha- 4
bebat libertini et ingenium. Numquam uidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi nomen modo

𝔊. λ aliquot Pinc. 𝔄 = *a n t e diem mortis.* sλ = *al. circa al. contra.* w r(BV) 𝔐 — 𝔖 = *c i t r a diem m.* T = *c u r a mortis diem.*

ante te vitia. Arg.b — *te.*

magno luendas = A(E) 𝔊 (ex ci. Pinc.) — 𝔅1. 𝔖. η = *magno l a v a n d a s flumine.* ι = *magno l a b o r e l e v u n d a s.* Rell. = *magno l e v a n d a s*, quod etiam ℜu et 𝔐a receperunt.

non venturae tantum. V — *tantum.*

etiam si non sint. Gw 𝔄 = ∾ *s u n t.* BV — *sint.*

abiit. 𝔐 — 𝔐a = *ab i t.* V = *et post ipsas.*

non sunt fideles. R — *sunt.* ω P2. = *r e m a n e t poenitentia.*

fugiunt. T = *fug i e n t.*

3. *bonum mansurum.* A — *mansurum.* B = *bonum circumsp. mans.* V = *ex se sibi inven e r a t.*

etiam si quid etc. 𝔖 — *etiam.* V 𝔄 = *e t si quid.*

obstat. G𝔖π = *o p t a t.* G = *pervenire contin g i t.* πν = *cessatur a d h o c.*

sed festinatur = mss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔅1. + *sed n o n festinatur.* ℜu𝔐a = *sed fest i n e t u r* ex ci. Gron. Lips. ci. = *Non quidem cessaturo adhuc, sed festinaturo multum restat operis.*

vigiliam. Rαγλπ𝔅 — 𝔐 = *vigi l e s.* V — *vigiliam ipse.*

ipse laborem tuum. A = *e t lab. t.* BV — *tuum.*

V — *Delegationem* — §. 7. *servos valentissimos.*

literarum. Hanc vocem e glossa irrepsisse putat Matth. c + *i n adiutorium.*

admittit. P(s.m.) = *admit t a t.* ν = *admit t e.*

4. R = *C a n i s i u s Sabinus.* 𝔊2. — 𝔐 = *C l a v isius Sub.* P1. 3. = *Calc u s i u s Sab.*

G(m∾) — *fuit dives* — *beatum.*

habebat libertini et ingenium. Pp = *habe b i t.* αζνξΘσ𝔅 — 𝔊 = *libe r u m et inge n u u m.* ν = *libertini et ingen i i.* βπ utrumque habent. R(m∾) r = *liber u m et ingenium* (mR = *ingen ui*). Gr. partim = *libertini et ingenui*, partim = *libertini v e l ingenui.* Mod. ∾.

beatum indecentius. μ𝔄 = *bea t i u s i n c e d e n t e m.* ζσπ habent utrumque.

nomen modo Ulixis. AR(s∾) *modo.* R = *exci d e r i t.*

Ulixis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene nouerat quam paedagogos nostros nouimus. Nemo uetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed inponit, tam perperam
5 tribus quam ille Troianos et Achiuos persalutabat. Nihilo minus eruditus uolebat uideri. Hanc itaque conpendiariam excogitauit: magna summa emit seruos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum. nouem praeterea Lyricis singulos adsignauit. Magno emisse illum non est quod mireris: non inuenerat, faciendos locauit. Postquam haec familia illi con-
6 parata est, coepit conuiuas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret uersus quos referret, saepe in medio uerbo excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum adrosor, et quod sequitur, adrisor, et quod duobus his adiunctum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus centenis millibus sibi constare sin-
7 gulos seruos: Minoris, inquit, totidem scrinia emisses. Ille tamen in ea opinione erat ut putaret se scire quod quisquam in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari coepit ut luctaretur, hominem aegrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset: Et quomodo possum? uix uiuo. Noli, obsecro te,

tam bene noverat. Gron. Sw. abesse malebant verbum *noverat.* Sed nihil in eo suspectum: Calvisio accidit, quod hodie quoque quibusdam, ut res quas alioquin optime *noverat*, aliquando non reminisceretur. Hoc et inter verba praecedentia probat *modo* particula. Pr.d — *novimus.*

nomenclator. AGTe=*nomen dator.* Rραβεϑλμτυ =*nominum dator.* B vehementer hic depravatus est. Habet enim haec: *nomenclator est, qui convivas invitabat, qui nomina non reddit, sed imponit, tam properanter, quam ille Troianos et Achivos persalutabat et videri volebat.*

tam perperam tribus = PpAGTδ εηνο Sb Pr.bd Ops. Pinc. 𝔏 — 𝔅1. 𝔐a 𝔖. E𝔈2. — 𝔐 — *tribus.* GRr rell. ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔑u = *tam properanter quam ille.*

5. Gγϑκλξ + *Lyricis singulis singulos.*

p = *Magnum emisse illum.* B𝔑 — 𝔗 = *Magno emisisse.*

μτυ 𝔄 = *non invenerat faciendo, sed locavit.* RP3. mP2. Col.𝔑 — 𝔈1. + *faciendos, sed locavit.* Plerique ρρ + *sed faciendos locavit.*

6. 𝔄𝔑 — 𝔗 + *ad pedes suos.*

subinde cum peteret. p = *sub indicum peteret.* GT = *subinde conpeteret.* wB = *subinde subpeteret.*

in medio verbo. Rβπ 𝔑 — 𝔅1. 𝔐a = *in medio versu.*

divitum adrosor. T = *div. assertor.* GCol. = *div. adrasor.* P3. = *abrosor.*

p = *dirisor.*

grammaticos haberet analectas. μν=*grammatos* etc. δ = *gratuitos* etc. GP1. 3. 4. Col. 𝔅 — 𝔈2. = *analectos.* Quidam Erm. 𝔄 = *analetas.*

totidem scrinia. B=*tot scrinia.*

7. p = *Ille tantum in ea op.*

ut luctaretur. αβμΘτυ 𝔄 𝔑 = *ut lucraretur.* r—*obsecro te.* 𝔑 — 𝔐 — *te.*

inquit, istuc dicere: non uides quam multos seruos ualentissimos habeas? Bona mens nec commodatur nec emitur. et puto, 8
si uenalis esset, non haberet emptorem: at mala cotidie emitur. Sed accipe iam quod debeo et uale. *Diuitiae sunt ad legem naturae conposita paupertas.* Hoc saepe dicit Epicurus aliter atque aliter: sed numquam nimis dicitur quod numquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Uale.

EPISTULA VII. (28.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Hoc tibi soli putas accidisse et admiraris quasi rem nouam, quod peregrinatione tam longa et tot locorum uarietatibus non discussisti tristitiam grauitatemque mentis. Animum debes mutare, non coelum. Licet uastum traieceris mare, licet, ut ait Uergilius noster, *terraeque urbesque recedant:* sequentur te quocumque perueneris uitia. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait: *Quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas?* Premit te eadem causa quae expulit. 2
Quid terrarum iuuare nouitas potest? quid cognitio urbium aut locorum? in inritum cedit ista iactatio. Quaeris quare te fuga ista non adiuuet? Tecum fugis. Onus animi deponendum est:

istuc dicere = PpAwT 𝔄𝔈1. B = *isthuc dicere.* ℜ — 𝔅 — *istuc.* GRr𝔈2.—𝔖 = *istud dicere.* Rell. n. 1.

8. B = *non commodatur.* AwG ϱϱ 𝔐 = *nec commendatur.* 𝔄 = *nec accommodatur.*

G(m∾) — *et puto, si venalis* — *cotidie emitur.* mG = *puta.*

quod debeo. r = *quod do.* 𝔄 = *quod debetur.* G = *quod iam debeo, et vade.*

G = *sed nusquam nimis dicitur, quod non satis discitur.* 𝔄 ℜ — 𝔗 = *quod numquam satis dicitur.*

G = *quibusdam inculcata sunt.*

Lib. III. Ep 7. (28.)

G = *putas accidere.* ϒ = *tamquam rem novam.*

𝔍 = *tam locorum.* ℨ = *non discurristi.* A = *tristiciam.*

ϒξ = *Licet vastum transieris.* 𝔄 = *terrae urbesque recedunt.*

τ + *quo tu quocumque perveneris.* T = *quocunque ieris.*

V = *Hoc enim cuidam querenti.* pArg. b = *Hoc ibidem.* AB = *quaerenti cuidam Socrates.* etiam 𝔄𝔗ℜu = *quaerenti.*

Gτ(τ — *tibi*) = *tibi peregrinationes prosunt.* G(m∾)—*circumferas. Premit te.*

2. p = *causa quae pulit.*

iuvare novitas. μ = *mictare.* ι(p.m.) τ(p.m.) = *vivere.* 𝔄 + *iuvari terrarum mare novitas.*

B = *urbium et locorum.*

in inritum cedit. BV = *in irritum cadit.* υ𝔄 = *non autem tibi ullus.* 𝔐 = *ullius placebit locus.*

te fuga ista. r — *te.* τ — *ista.*

non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita, qualem Uergilius noster uatis inducit iam concitatae et instigatae multumque habentis in se spiritus non sui:

Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse deum.

3 Uadis huc illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius fit: sicut in naui onera inmota minus urgent, inaequaliter conuoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quicquid facis contra te facis et motu ipso noces tibi: aegrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet. In ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo conloceris, hospitalis tibi
4 illa qualiscumque sedes erit. Magis quis ueneris quam quo interest, et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione uiuendum est: Non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est. Quod si liqueret tibi, non admirareris nil adiuuari te regionum uarietatibus, in quas subinde priorum taedio migras: prima enim quaeque placuisset, si omnem

habitum tuum. Gαβγδεζϑιμοπστχψ sυ 𝔑 — 𝔈 1. = *animum tuum.* R(s∾) — *tuum.*

vatis. G = *vates.* AV = *vatem.* V — *iam concitatae* — *non sui.*

concitatae et instigatae multumque habentis. P (s.m.) pAw (p.m.) rEδξ 𝔑 — 𝔗 = *concitatam et instigatam multumque habentis.* (sξ = *habentem in se.*) Zεζη = *concitatam et instigatam multumque habentem.* T = ∾ *vultumque* ∾. Gϑ = *concitatura et instigatura* ∾. κμυ𝔄 = *concitati et instigati* ∾. ιsϑ = *concitatum et instigatum* ∾. τ(s∾) = *concitaturi et instigata* ∾.

ϑκσ = *pectore posset.* η = *posset pectore.*

3. *huc illuc.* G (BEV aliquot ρρ) 𝔑 — 𝔐a + *huc et illuc.*

ζ = *madens pondus.* sυ = *crebra iactatione.*

G = *immota minus surgent.* Arg.b woπ (s.m.) + *citius in eam partem.* p = *citius enim partem.* G — *partem.*

in quam incubuerunt. 𝔄 — *in.*

contra te facis. p — *te.*

At cum istud exemeris. η = *Atque cum* etc. στ = *At istud cum.* A = *istuc.* ϑ = *iocunda fuit.*

terras licebit. Gϑτ (ϑ = *oras*) = *licet.*

barbariae. A = *barbariei.* T = *in quolibet angulo terrae.*

conloceris. p = *cumloceris.* V = *collegeris.*

4. *quis veneris.* R𝔈 1. 2. = *quis venerit.*

nulli loco addicere. pG𝔄𝔐𝔑 = *adicere.* R𝔗 — 𝔈 1. = *adiicere.* V = *adiacere.*

vivendum est. Arg.b = *intuendum est.*

Seneca Lucilio suo salutem.

Desideras his quoque epistulis sicut prioribus adscribi aliquas uoces nostrorum procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati, totus contextus illorum uirilis est: inaequalitatem scias esse ubi quae eminent sunt notabilia. Non est admirationi una arbor ubi in eamdem altitudinem tota silua surrexit. Eiusmodi uocibus referta sunt carmina, refertae historiae.

Nemo sibi contingit = PGRr antiquiores ꝑꝑ Col. P1. 3. 4. Pinc. duo Ops. 𝔄𝔑 — 𝔅. Rell. mss. 𝔈1. — 𝔖 = *contigit.*

4. G = *Obtaverunt.*

itaque = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — *itaque.* Grut.: „suspicari quis posset scribendum: *Optaverunt utique tibi alia.* sic certe fuisse in Palat. sec. liturae propemodum arguunt.“ Ideo 𝔏 — 𝔖 = *utique.* At Sanctol. nullas huius particulae reliquias in illo codice deprehendit nec liturae facit mentionem.

tibi alia. B = *talia.* R(*tn.*) P1. 𝔄 = *tibi talia.* V — *tibi.*

sed ego. p(s∞) = *sed haec.*

contra omnium [tibi] = PpTw BrBE𝔖. 𝔑 — 𝔐𝔅1. — 𝔐a = *tibi contra omnium.* AG (ꝑꝑV Arg.b) Gr. tres Ops. 𝔄𝔏 — 𝔊ro — *tibi.*

G = *omnium horum.* 𝔄 = *omnium rerum.*

multos conpilant. Gζχπτ = *multa compilant.* V = *multos copulant.*

transferunt. G = *transferrent.* γ𝔇λσ = *transferent.*

detrahendum est. 𝔑𝔑 = *trahendum est.* 𝔗 = *tradendum est.*

vagis cogitationibus. r = *magis cogit.* G = *ut placeat tibi.*

veris bonis = (V recentiores ꝑꝑ) 𝔈2. — 𝔖. P4. = *bonis veris.* Rell. mss. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *verbis bonis.*

intellecta sunt. T — *sunt.*

possidentur. A = *possident.* 𝔑 — 𝔅 = *possideantur.* w = *aetatis abiectione.*

exauctoratus. P = *auctoratus.* G = *auctorizatus.* GP1. + *via vel vita peracta.* P2. = *vita perfecta.* m = *parata.*

Lib. IV. Ep. 4. (33.)

Ab hac epistola ad sexagesimam ipse contuli codices Parisiuos 8615. (Pr.a) et 8539. (Pr.b), ut supplerem Emmerici collationem Schweighaeuseri nomine factam.

Pr.aB = *Desideras quoque his.*

Non est admirationi. Arg.b — *est.*

silva surrexit. T = *s. consurgit.* w = *eiusdem modi.*

Itaque nolo illas Epicuri existimes esse: publicae sunt et maxime nostrae. Sed illo magis adnotantur, quia rarae interim interueniunt, quia inexspectatae, quia mirum est fortiter aliquid dici
2 ab homine mollitiam professo. Ita enim plerique iudicant: apud me Epicurus est et fortis, licet manuleatus sit. Fortitudo et industria et ad bellum prompta mens tam in Persas quam in alte cinctos cadit. Non est ergo quod exigas excerpta et repetita: continuum est apud nostros quicquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque ista ocliferia nec emptorem decipimus nihil inuenturum cum intrauerit praeter illa quae in fronte suspensa sunt.
3 Ipsis permittimus unde uelint sumere exemplaria. Puta nos uelle

Itaque nolo. V — *nolo.*

Sed i l l o magis adnotantur = PpPr.bTwrBEδειvξοστ Sb P2. Col. cf. Ep. 93, 9. *i l l o fortius exeo.* APr.a αβγζλμυ Sc 𝔄 (Pr.a + *Sed i d e o*) 𝔑 — 𝔅𝔖 = *Sed i l l i magis.* Sw. putabat *illi* vetustiorem formam esse particulae *illic.* cf. Hand. Turs. III. p. 203. sqq. RmP3. = *Sed i l l i c m. adn.* η = *Sed i l l a e m. ad.* G rell. ρρP1. 4. = *Sed i l l a m. adn.* 𝔈1. — 𝔐𝔞 + *Sed i n illo m. adn.*

rarae i n t e r i m interveniunt = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖, praeterquam quod r nonnulli ρρ P 2. 3. 𝔈1. = *r a r o* etc. 𝔐 — 𝔐𝔞 — *interim.*

inexspectatae = ξ𝔖. V = *expectatae.* APr.abrEwSs. P2. 3.4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *inspectatae* (*inspecta t e*). G = *inspecte.* P1. = *expecte.* RT(Pp ?) γmζ 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *insperatae.* 𝔈 1. = *inspera t e.* Rell. ρρ = *inspectatae* vel *inspectae.*

Pr.aTGwR𝔄𝔑 — 𝔊 = *mollitiem* (*molliciem*).

2. V — *Ita enim plerique — cinctos cadit.*

apud me Ep. est. 𝔈1. — 𝔐𝔞 + *apud me v e r o Ep. est.*

et fortis. R𝔄 — *et.*

manuleatus. p = *manu b eatus.* GPr.aRαγϑκλπτυ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *manul e n t u s* (*manu lentus*). ε = *m a g n u s* (= sw) *et fortis, licet m a m m i l l a t u s sit.* (Etiam m𝔈1. = *mamillatus.*) mζ = *manu elatus.* ξ + *manuleatus s. m a n u e l a t u s.*

et industria. RrβικΘπ Col. P3. (s. m.) 𝔑 — 𝔅 + *et labor arte quaesitus.*

prompta mens. G = *propinqua m.* Pr.a = *l e n t a mens.*

tam in Persas. ζ = *tam in p a r s o s.* γ = *tam in s p a r s o s.* T = *quam in u l t e r o s c u n c t o s.* A Pr.a = *cintos.* Pr.a = *N u m est ergo.*

excerpta. Pr.bG = *ex c e r t a.*

repetita. Pr.d ci. Lips. = *r e p e r t i t a*, et probat Sw.

ocliferia = P(p.m.) A r pars codd. Mod. Nicot. „Non habemus nos, inquit, ut in tabernis exposita quaedam cum titulis aut per se splendentia, quae oculos feriunt et transeuntes ad emendum alliciunt: non habemus: sed pariter ubique decor et bonitas est. Vox autem apte facta. quia talibus, ut ipse loquitur (Ep. 88.) *inperitorum feriuntur oculi:* iterumque alibi (Ep. 92.) *Splendore inperitorum verberant oculos.*" Lips. P(s.m.) 𝔖 = *oculiferia:* nec multum aberrant pTmwE P2. (p. m.) = *o d i feria.* Facile enim *cl* in *d* contrahuntur. wPr.b unus Put. = *oclif e r a.* BmCol. pars codd. Mod. = *o c u l i f e r a.* ξΘ = *oculifera vel odorifera.* GRPr.a P1. 2 (s.m.) 3. 4. Col. Sbc𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *odorifera.* quod natum esse puta ex illo *o d i feria.* Novam vocem *ocliferia* (*oculiferia*) defendunt Lips. Grut. Sw.: non damnat Mur. Improbant Steph. Prodop. II, 10. p. 242. et ad Dalech. Ep. 17. Ruhkopf. vid. Ind. s. h. v.

exemplaria = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *exemplar.*

3. *Puta nos.* 𝔄𝔈 1. — 𝔐 = *Pu t a s n o s.* w = *sepa r a s s e.*

singulares sententias ex turba separare: cui illas adsignabimus?
Zenoni an Cleanthi an Chrysippo an Panaetio an Posidonio?
Non sumus sub rege: sibi quisque se uindicat. apud istos quic-
quid Hermarchus dixit, quicquid Metrodorus, ad unum refertur.
Omnia quae quisquam in illo contubernio locutus est unius ductu
et auspiciis dicta sunt. Non possumus, inquam, licet tempte- 4
mus, educere aliquid ex tanta rerum aequalium multitudine.

Pauperis est numerare pecus.

Quocumque miseris oculum, id tibi occurret quod eminere pos-
set, nisi inter paria legeretur. Quare depone istam spem posse
te summatim degustare ingenia maximorum uirorum: tota tibi
inspicienda sunt, tota tractanda. Res geritur et per lineamenta 5
sua ingenii opus nectitur, ex quo nihil subduci sine ruina potest.
Nec recuso quo minus singula membra, dummodo in ipso homi-
ne, consideres. Non est formosa cuius crus laudatur aut bra-
chium, sed illa cuius uniuersa facies admirationem partibus sin-
gulis abstulit. Si tamen exegeris, non tam mendice tecum
agam, sed plena manu fiet. Ingens eorum turba est passim ia- 6
centium: sumenda erunt, non colligenda. Non enim excidunt,
sed fluunt. perpetua et inter se contexta sunt. Nec dubito quin

cui illas adsign. pr (r cr. ∾) = *cum illas adsignavimus.* Etiam E = *adsignavimus.*

an Cleanthi. 𝔄 — *an.*

Panaetio. Pr.a = *Panaticio.* R (lit.) = *Pacuvio.*

non sumus sub rege. r = *non sunt s. r.*

Hermarchus dixit = PpAwrPr. abTBEVArg bββ ℜ — 𝔅. R𝔄𝔈1. — 𝔖 = *dicit Herm.* In *Hermarchi* nomine scribendo hic quoque valde discrepant inter se libri. cf. ad Ep. 6, 6. G — *Herm. dixit, quicquid.*

Aw = *Omnia quae quisque.* G = *quisquis.*

ductu et auspiciis. rw𝔄 = *dictu et ausp.*

4. *Non possumus, inquam.* Gw P1. 3. 4. = *N. p. umquam.*

rerum aequalium multitudine = = mss. etiam Gr. Sbℜ — 𝔅. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *rer. aeq. copia.*

occurret = mss. 𝔄ℜ — 𝔈2. 𝔖. 𝔈 — 𝔐a = *occurrit.*

eminere posset. TE = *em. possit.*

tota tibi. ℜ — 𝔅 + *t. t. igitur.* α = *tota ergo insp.* Arg.b βπ = *tota igitur insp.*

5. *lineamenta sua.* GP2. (cr. ∾) P3. (cr. ∾) 𝔈 — 𝔅1. 𝔐a = *lin. sui.* T — *ingenii.*

dummodo in ipso. sR = *quomodo in ipso.*

Non est formosa. 𝔄𝔈1. — 𝔐 + *n. e. f. mulier.*

sed illa cuius. V — *illa.*

non tam mendice. V = *multa dicent.* βπ = *non tam stricte.*

Arg.b = *tecum agas.* p = *plena manus fiet.* w + *plena manu fiet remuneratio.*

6. *iacentium.* V = *nascentium.*

sumenda erunt. G = *sum. erit.* B = *sum. sunt.* E — *erunt.*

non colligenda. Sw. ci. = *non eligenda.*

contexta = mss. (exc. Pr.a Sc) etiam Gr. ℜ — 𝔅24. Sc𝔄𝔈1. — 𝔐𝔗n𝔅1.

multum conferant rudibus adhuc et extrinsecus auscultantibus. Facilius enim singula insidunt circumscripta et carminis modo inclusa. Ideo pueris et sententias ediscendas damus et has quas Graeci *chrias* uocant, quia conplecti illas puerilis animus potest
7 qui plus adhuc non capit certi profectus. Uiro captare flosculos turpe est et fulcire se notissimis ac paucissimis uocibus et memoria stare. Sibi iam innitatur: dicat ista, non teneat. Turpe est enim seni aut prospicienti senectutem ex commentario sapere. Hoc Zenon dixit: tu quid? Hoc Cleanthes: tu quid? quousque sub alio moueris? et impera et dic quod memoriae tradatur. ali-
8 quid et de tuo profer. Omnes itaque istos numquam auctores semper interpretes sub aliena umbra latentes nihil existimo habere generosi numquam ausos aliquando facere quod diu didicerant. Memoriam in alienis exercuerunt: aliud autem est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commissam memoriae custodire. at contra scire est et sua facere quaeque nec ad exem-
9 plar pendere et totiens respicere ad magistrum. Hoc dixit Zenon, hoc Cleanthes. Aliquid inter te intersit et librum: quousque disces? iam et praecipe. Quid est quare audiam quod le-

— 𝔖 = *connexa:* sed illud repositum voluit Sw. Pr.a = *con s t e x t a.*
insidunt. Gw(cr.∾)T = *incidunt.* Pr.b = *insi d i u n t.*
circumscripta. P2. = *circumspecta.* Grut. ci. = *circum s e p t a.*
conplecti i l l a s = mss. (ϼϼ n. l.) 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔄 𝔈 1. — 𝔐 = *compl. e a s.*
q u i plus adhuc = mss. etiam Gr. Ops. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *q u i a plus adhuc.*
7. *captare.* T = *carpere.*
se notissimis. G = *t e n.* GVτ = *n o v i s simis.*
a c paucissimis = mss. 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *e t pauc.* Pr.a = *n u m teneat.* p = *nón teneat u r.*
aut prospicienti. Gw = *a c prosp.*
T — *Hoc Cleanthes.* Gmw + *Hoc Cl. d i x i t.* p = *o c leanthes.* A = *Hoc d e cleanthes* et sic infra quoque. GwR (s∾) αζηϑτ = *sub alio m o n e r i s.*
et imperu. p — *et.* p = *memo r i a tradatur.*
8. *nihil e x i s t i m o* = mss. etiam Gr. Ops. 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *nihil p u t o.*
Pr.b post *numquam* repetit verba *auctores semper — generosi numquam.* 𝔄 = *n i h i l ausos.* 𝔑 — 𝔅 = *facere a l i q u i d q u a m diu.*
Memoriam in alienis. p — *in.* 𝔄 = *Mem. e x alienis.*
aliud a u t e m est = mss. (exc. Sc) etiam Gr. Ops. 𝔖. Sc 𝔄𝔈1. — 𝔐a — *autem.* 𝔑 — 𝔅 = *aliud est e n i m.* AArg.b = *comm. m e m o r i a custodire.* G = *e t contra scire.*
facere q u a e que = mss. (exc. rGw) 𝔄𝔑 — 𝔅𝔏 — 𝔖. rG 𝔈2. — 𝔐 = *facere q u e m q u e.* w𝔈1. = *facere q u e m q u a m.* 𝔍u = *facere q u o q u e.*
a d exemplar pendere = P (= *e xemplar e*) pArGw Pr.ab TE Sb. cf. Plin. N. H. XV, 15. (17.) *pira — a d matrem pendent.* R𝔄𝔑 — 𝔖 = *a b exemplari pend.* Rell. n. l.
9. *Hoc d i x i t Zenon.* G𝔄𝔈1. — 𝔐a = *Hoc d i c i t Z.* A = *Aliquid inter te s i t.*
quousque disces? Gw(s∾) = *dices.* A = *dicis.* p + *e t quare au-*

gere possum? Multum, inquit, uiua uox facit. Non quidem haec quae alienis uerbis commodatur et actuarii uice fungitur. Adice nunc quod isti qui numquam tutelae suae fiunt primum in ea re sequuntur priores in qua nemo non a priore desciuit: deinde in ea re sequuntur quae adhuc quaeritur. numquam autem inuenietur, si contenti fuerimus inuentis. Praeterea qui alium sequitur nihil inuenit, immo nec quaerit. Quid ergo? non ibo per priorum uestigia? Ego uero utar uia uetere, sed si priorem planioremque inuenero, hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus ueritas, nondum est occupata: multum ex illa etiam futuris relictum est. Uale.

EPISTULA V. (34.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Cresco et exsulto et discussa senectute recalesco, quotiens ex his quae agis ac scribis intellego quantum te ipse (nam turbam olim reliqueras) super te egeris. Si agricolam arbor ad fructum

diam. Pr.b = *qua audiam.* Pr.aRB = *cur audiam.* V = *ut audium.*

Multum, inquit. GsP fere omnes ϱϱ = *M. inquis.*

commodatur. G𝔄𝔈1. — 𝔐 = *commendatur.*

actuarii vice. Pr.bE = *auctuari* (in Pr.b prius *u* n.) *vice.* Gw = *actuaria vice.* Arg.b = *actuali vice.*

in ea re sequuntur. APr.abr = *secuntur.* G = *sequntur.* 𝔄 — *priores — sequuntur.*

Pr.a = *nemo num.* p = *in ea rem sequuntur.* Iidem mss. qui supra = *secuntur.*

10. *qui alium sequitur* = pTR w nonnulli ϱϱ 𝔐 — 𝔖. Rell. = *qui aliud seq.* 𝔐 + *nihil sequitur, nihil invenit.*

pG = *nec quaeritur.* Pr.b = *Quid ergo ibo per priorum vestigia?* Arg.b — *non ibo — vestigia.*

via vetere. GPr.a 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *via veteri.*

sed si priorem. T — *sed.* Pr.b — *si.*

priorem. = mss. (exc. uno Ops.) 𝔄 ℜ — 𝔊ℜu𝔐a. Unus Ops. ci. P. Fabri (Sem. I, 10.) 𝔐 — 𝔅1. 𝔖 = *propiorem.* Erm. alibi *apertiorem* legi ait, sed ipse mavult *potiorem* vel *proniorem.* Ruhk. *priorem* explicat per *potiorem.* Sed *prior via* est ea, per quam *prius* ad aliquem locum pervenis, et illud *propiorem* est nihil aliud nisi scholion.

Col. P3. + *Et qui ante nos.*

ista moverunt. pε = *ista noverunt.* Arg.b γζη≈λξστ P3. = *ista monuerunt.* GP1. 4. = *Qui autem ista nos monuerunt.*

Pr.a = *num domini* et *numdum*, sicut fere solet pro *non* scribere *num.*

G = *Placet omnibus veritas.*

T = *et futuris relictum est.* A — *est.*

Lib. IV. Ep. 5. (34.)

G(s∾) E = *calesco.*

ex his quae agis. 𝔄 — *ex his.*

ac scribis = mss. (exc. R) ℜ — 𝔅. R𝔄𝔈1. — 𝔖 = *et scribis.*

quantum te ipse. E — *ipse.* 𝔄 + *facis.* G (n.) plerique Gr. 𝔄 + *quam olim reliqueras.* Grut. ci. + *iam olim rel.* vel *quoque olim. rel.* R = *reliquisti.*

super te egeris = Rβλ. Hinc cr-

perducta delectat, si pastor ex fetu gregis sui capit uoluptatem, si
alumnum suum nemo aliter intuetur quam ut adulescentiam illius
suam iudicet: quid euenire credis his qui ingenia educauerunt
et quae tenera formauerunt adulta subito uident? Adsero te mihi:
2 meum opus es. Ego cum uidissem indolem tuam, inieci manum,
exhortatus sum, addidi stimulos nec lente ire passus sum, sed
subinde incitaui: et nunc idem facio, sed iam currentem hortor
et inuicem hortantem. Quid aliud, inquis, adhuc uolo? In hoc
3 plurimum est. Nam sic quomodo principia totius operis dimi-
dium occupare dicuntur, ita res animo constat: itaque pars ma-
gna bonitatis est uelle fieri bonum. Scis quem bonum dicam?
perfectum, absolutum, quem malum facere nulla uis, nulla ne-
cessitas possit. Hunc in te prospicio, si perseueraueris et in-
cubueris et id egeris ut omnia facta dictaque tua inter se congru-
ant ac respondeant sibi et una forma percussa sint. Non est
huius animus in recto cuius acta discordant. Uale.

EPISTULA VI. (35.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Cum te tam ualde rogo ut studeas, meum negotium ago.

tum priore *e* in *egeris* absorpta *super te geris* vel *supertegeris* = PpPr.abATGwBE rell. ϱϱ (exc. ι = *super te agis*) 𝔄𝔑—𝔅. quod Arg.b accommodavit grammaticae scribendo *super te geras.* Soloecum illud *supergrederis*, quod praeferunt 𝔈1. — 𝔖, debetur ingenio Erasmi. Nam si oras ξπ exceperis, in mss. non reperitur.

Arg.b 𝔄𝔈1. 2. = *ad fructum producta.* *ex fetu.* Pr.b = *exfectus.* V = *ex foetibus.* p = *adulescentia.* w = *adol. ipsius.*

quid evenire. G = *quid venire.* P = *iis qui.* νοσ = *qui tenera formaverunt cum adulta.*

G𝔏mmλπ = *Affero te mihi.*

2. Arg.b + *Et ego cum.*

cum vidissem. Pr.b = *con vidissem.* p = *quam vid.*

indolem tuam. E = *indolentiam.*

addidi. E = *addi.* T𝔄 = *adieci.* rP2. + *subinde tenui et.*

incitavi. w𝔐𝔑u = *excitavi.*

w = *nunc quidem facio.*

adhuc volo. r(s∾) = *aliud volo.* Nicot. = *In hoc plurimum esse.* quod placuit Opsopoeo.

3. *Nam sic quomodo.* = sRδζ Nicot. quidam Lips. 𝔖. e = *nec sic quom.* Rell. = *Non sic quom.* quod ferri non potest. r = *dimidia occupare.*

itaque pars magna. vet. lect. Pinc. 𝔐 — 𝔅1. — *itaque.* 𝔄𝔑 — 𝔅 = *quemadmodum bonum dicam.*

𝔑 = *si perseveraris.* R = *si id egeris.* T = *et id elegeris.*

huius animus = mss. 𝔄𝔑—𝔐. 𝔏 — 𝔖 = *huiusmodi animus.*

Col. = *cum facta discordant.*

Lib. IV. Ep. 6. (35.)

Cum te tam. P1. 4. Col. = *Dum.* rGwP1. 2. 4. 𝔄 — *tam.*

valde = mss. (A Erlang. Ruhk. = *valide*) etiam Ss. Gr. Ops. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖.

Habere amicum uolo, quod contingere mihi, nisi pergis ut coe-
pisti excolere te, non potest. nunc enim amas me, amicus non
es. Quid ergo? haec inter se diuersa sunt? Immo dissimilia.
Qui amicus est amat, qui amat non utique amicus est. Itaque
amicitia semper prodest, amor aliquando etiam nocet. Si nihil
aliud, ob hoc profice ut amare discas. Festina ergo, dum mihi
proficis, ne istuc alteri didiceris. Ego quidem percipio iam fru- 2
ctum, cum mihi fingo uno nos animo futuros et quicquid aetati
meae uigoris abscessit id ad me ex tua, quamquam non multum
abest, rediturum. sed tamen re quoque ipsa esse laetus uolo.
Uenit ad nos ex his quos amamus etiam absentibus gaudium,
sed id leue et euanidum. Conspectus et praesentia et conuersa- 3
tio aliquid habet uiuae uoluptatis: utique si non tantum quem
uelis, sed qualem uelis uideas. Adfer itaque te mihi ingens
munus et quo magis instes cogita te mortalem esse, me senem.
Propera ad me, sed ad te prius. Profice et ante omnia hoc
cura ut constes tibi. Quotiens experiri uoles an aliquid actum
sit, obserua an eadem hodie uelis quae heri. Mutatio uolunta- 4
tis indicat animum natare, aliubi atque aliubi adparere, prout

𝔈1. — 𝔐a = *obnixe* ex ci. Erm. Ruhnk. ad Vell. I, 9. p. 36. ci. *enixe*.

nisi pergis = mss. 𝔑 — 𝔅. 𝔄 𝔈1. — 𝔖 = *nisi pergas*. r𝔄 + *et amicus non es*. r = *qui non amat utique*.

etiam nocet. EV — *etiam*.

Si nihil aliud. GRαβιλσυ𝔑 — 𝔅 + *Si ob nihil aliud*. sGγζϑκτ + *Si ad nihil aliud*. Gr.(exc. P2.) + *Si ad nihil aliud* vel *Si ob nihil aliud*. P𝔄𝔈1. = *nil*.

V — *Festina* — *didiceris*. T = *dum mihi proficit*.

istuc. RTGρρ (exc. δεϑμ, qui ∾) 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 = *istud*.

2. *aetati meae*. w(s n.) EArg.bρρ = *aetatis meae*.

Tw = *abcessit*. V = *accessit*.

p = *non multum abes*. 𝔄 = *non multum habet*.

σ = *esse lentus volo*. V — *Venit ad nos ex his*. Pr.a + *Venit ergo ad nos*. p = *ex iis quos*. Pr.b = *exibit quos amamus*. G = *ex his quas amamus*. V + *etiam de absentibus*. 𝔄 + *etiam in absentibus*.

PPr.abE = *lene et evanidum*. G = *leve et evadendum*. 𝔄 = *leve et marcidum*. V + *gaudium cupimus sed*.

3. 𝔄 = *vane voluptatis*. Pr.a — *sed qualem velis*.

te mihi ingens munus. P2. — *mihi*. PVmP2. Col. — *te*. 𝔈1.2. = *Propterea ad me*.

sed ad te prius. 𝔄 — *sed*. ν = *sed alte prius*. ζ = *Prospice et ante omnia*.

hoc cura. TE — *hoc*. G = *hec cura*. 𝔄 = *utrum uliquid actum*. GP1. 2. 3. *an aliquid aptum*.

an eadem hodie velis. PPr.bV — *an*.

4. V — *Mutatio voluntatis* — *ventus*.

natare. Pr. b = *nature*. Duo Ops. 𝔖 = *nutare*. Sed ita correctum a librariis, quod in fine huius epistolae *nutandi* verbum conspicitur.

aliubi atque aliubi. 𝔄 + *et al.* AsPsPr.a nonnulli ρρ Arg. b plerique Gr. 𝔄 = *alicubi atque alicubi*. 𝔑 — 𝔅 = *alibi atque alibi*. r = *alicubi apparere* om. *atque aliubi*.

tulit uentus. Non uagatur quod fixum atque fundatum est. Istud sapienti perfecto contingit, aliquatenus et proficienti prouectoque. Quid ergo interest? Hic commouetur quidem, non tamen transit, sed suo loco nutat. ille ne commouetur quidem. Uale.

EPISTULA VII. (36.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Amicum tuum hortare ut istos magno animo contemnat qui illum obiurgant, quod umbram et otium petierit, quod dignitatem suam destituerit, et cum plus consequi posset, praetulerit quietem omnibus. Quam utiliter suum negotium gesserit cotidie illis ostendet. Hi quibus inuidetur non desinent transire: alii elidentur, alii cadent. Res est inquieta felicitas: ipsa se exagitat, mouet cerebrum non uno genere. Alios in aliud inritat; hos in potentiam, illos in luxuriam, hos inflat, illos mollit et to-
2 tos resoluit. At bene aliquis illam fert. Sic quomodo uinum.
Itaque non est quod tibi isti persuadeant eum esse felicem qui a multis obsidetur: sic ad illum, quemadmodum ad lacum concurritur quem qui exhauriunt et turbant. Nugatorium et iner-

R = *alium atque alium.* B = *alicui atque aliubi.* Nonnulli ρρ = *aliud atque aliud appetere.*

Non vagatur. p = *Non vocatur.*

atque fundatum. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *et fundatum.*

sapienti perfecto. Pr.a rwGρρ nonnulli Gr. 𝔄ℜ — 𝔈1. = *sap. profecto.* Unus Ops. = *sap. perfectoque.* 𝔈2. — 𝔐 = *sap. perfecte.*

contingit. p = *contigit.*

et proficienti. V — *et.*

provectoque. AGP1. 4. = *profectoque.* Pr.b = *proventoque.* V Col. — *provectoque.* 𝔄 + *imperfecto provectoque.* γ + *Quid ergo nostrum interest?*

non tamen 𝔄 — *tamen.*

suo loco. G𝔍κξσ P1. 3. 4. = *uno loco.*

nutat. E = *natat.* Col. = *micat.* αβηmP2. 𝔄𝔍u = *mutat.*

ille ne comm. 𝔐 — *ille.* GwT𝔄 𝔈1. — 𝔐a = *ille nec comm.* A = *ille non comm. quidem.*

Lib. IV. Ep. 7. (36)

𝔄 + *de eo quod umbram.* T + *quod et umbram pet.*

ostendet. 𝔄 = *ostendit.* PAESb (tac. Oberl.) c𝔖 = *ostentet.*

R + *Hi a quibus invidetur.*

p = *alii cadentur.*

movet cerebrum. Pr.a = *movet capud.* w + *illos in luxuriam irritat.*

2. V — *At bene — vinum.* T Arg.b = *illam refert.*

Sic quomodo. Rℜ — 𝔗 = *Si quomodo.* p = *Sic quomodo vivemus.* p = *quod tibi ista persuadeant.* V = *ut a multis.* p — *a.* A = *a multis possidetur.* *eum esse felicem.* 𝔄 — *eum.*

quem qui exhauriunt. PpAwR(s ∾) Pr.bTBE Arg.b𝔄𝔈1. — 𝔐 — *qui.* Retinui *qui* etiam adversantibus mss. optimis, cum facillime potuerit omitti propter antecedens *quem.*

et turbant. Rℜ — 𝔅 = *conturbant.*

tem uocant. Scis quosdam peruerse loqui et significare contra-
ria. Felicem uocabant: quid ergo? erat? Ne illud quidem curo 3
quod quibusdam nimis horridi animi uidetur et tetrici. Ariston
aiebat *malle se adulescentem tristem quam hilarem et ama-
bilem turbae. Uinum enim bonum fieri quod recens durum
et asperum uisum est: non puti aetatem quod in dolio pla-
cuit.* Sine eum tristem adpellent et inimicum processibus suis: 4
bene se dabit in uetustate ipsa tristitia. Perseueret modo colere
uirtutem, perbibere liberalia studia, non illa quibus perfundi sa-
tis est, sed haec quibus tingendus est animus. Hoc est discendi
tempus. Quid ergo? aliquod est quo non sit discendum? Mini-
me: sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est,
ita non omnibus institui. Turpis et ridicula res est elementa-
rius senex: iuueni parandum, seni utendum est. Facies ergo 5
rem utilissimam tibi, si illum quam optimum feceris. Haec aiunt
beneficia esse expetenda tribuendaque, non dubie primae sortis
quae tam dare prodest quam accipere. Denique nihil illi iam

V — *Scis quosdam — vocabant.*

Scis quosdam. Pp = *Scis quos.* A = *Scis quod.*

significare contraria = Pp APr.abTRrESb tres Ops. P2. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔅𝔖. Gζ𝔇σπP1. = *significatione contraria.* w𝔄𝔈1. — 𝔐a = *signare contraria.* Rell. u. l.

3. R + *cum felicem vocabant.* ζo = *vocant.*

quid ergo? erat? Arg. b 𝔄 = *erit.* R = *errant.* V — *erat.*

Ne illud quidem. AR = *Nec illud q.* G = *Ne illud idem.*

curo. B = *cura.*

nimis horridi. G — *nimis.* 𝔄 = *n. horrendi.*

tetrici. G = *tetri.* G — *Ariston — tristem.*

malle se. P — *se.* Fortasse haec vocula aliena est a calamo Senecae. 𝔄 — *tristem. — non puti aetutem.* Vo = *non pati estatem.*

4. αβζo = *Sive eum tristem.* G = *Sin eum tristem appellant.* Etiam R(s∾)rPr.abT Arg.b Eεη𝔇ιλμΓ Θτυ plerique Gr. 𝔑 — 𝔊 = *Sin.* Col. = *Si.* P4. = *Si non.* Pro *eum* p = *ume.*

bene se dabit. mε = *bene se habebit.* P2. 4. = *in vetustatem.*

ipsa tristitia. 𝔍u = *ista tristitia.* V — *tristitia.* A = *Perseverent modo.*

perbibere = PpR(BEρρ) P3. (s.m.) P. Colvius ad Appul. 𝔐 — 𝔖. Rell. = *perhibere.* p = *sed ad haec quibus tingendum est animus.* G = *sed hic quibus.* A = *tinguendus est.*

RGw𝔄 = *aliquid est quod non sit disc.* E = *aliquod est quod non sit disc.*

Minime. sP = *mire.* 𝔄 = *minus.* p = *itaque non omnibus.*

institui. P = *instui* σr. = *instrui* = 𝔇Θ. p = *intitui.*

ridicula res est. V = *ridicularis est.* AαγSb = *ridiculosa res est.*

5. *iuveni parandum.* P. Faber Semestr. II, 15. et Ruhk. aiunt alios legere *parendum*, sed ego quidem nec in mss. nec in edd. hoc inveni.

utendum. p = *tendum.* Pr.a = *si illam quam obtimum.* αβπ + *optimum tibi feceris.*

Haec aiunt. GRT = *Haec autem.* Pr.aαβ *Haec dicunt.* π = *Haec autem dicunt.* PpE𝔑𝔗𝔈1. = *non dubiae.* p = *beneficia esse expectanda.*

nihil illi. P — *illi.*

liberi est: spopondit. minus autem turpe est creditori quam spei
6 bonae decoquere. Ad illud aes alienum soluendum opus est negotianti nauigatione prospera, agrum colenti ubertate eius quam colit terrae, coeli fauore: ille quod debet sola potest uoluntate persolui. In mores fortuna ius non habet. Hos disponat ut quam tranquillissimus ille animus ad perfectum ueniat qui nec ablatum sibi quicquam sentit nec adiectum, sed in eodem habitu
7 est, quomodocumque res cedunt. cui siue adgeruntur uolgaria bona, supra res suas eminet, siue aliquid ex istis uel omnia casus excussit, minor non fit. Si in Parthia natus esset, arcum infans statim tenderet. si in Germania, protinus puer tenerum hastile uibraret. si auorum nostrorum temporibus fuisset, equitare et hostem cominus percutere didicisset. Haec singulis di-
8 sciplina gentis suae suadet atque imperat. Quid huic ergo meditandum est? Quod aduersus omnia tela, quod aduersus omne hostium genus bene facit mortem contemnere, quae quin ha-

liberi est. Aw𝔄𝔈1.—𝔐=*liberum est.* Vet. lect. Pinc.=*liberum esse.* βϑλοπ P3. ℜ—𝔅+*qui spopondit.* GT=*spospondit.*
decoquere. Pr.bw=*dequoquere.* T=*de quaque re.* A=*de qua re.* P=*eboqoquere.*
6. P+*Ad illud ad aes al.* 𝔄=*At illud.* V+*solvendum. huic autem boni propositi constantia sola necessaria est. Opus est.*
negotianti. 𝔄=*naviganti.*
coeli favore. Aζϰ=*coelique favore.* 𝔄𝔈1.—𝔖+*et coeli favore.* Rell. etiam Arg.b ∾.
ille quod debet. r=*illi debet.* V=*illic quod debet.* R+*ille quidem q. d.*
persolvi=PpPr.bATBEV. Pr.a GwRr𝔄ℜ—𝔖=*persolvere.* Rell. n. l.
Hos disponat. T=*Non disponit.*
ut quam tranquillissimus. AT—*quam.* BT=*ut q. tranquillimus.*
qui nec ablatum. P=*quia nec ablatum.* Arg.b—*nec.* pPr.b=*oblatum.*
adiectum. Tw=*abiectum.* B(cr. ∾)=*advectum.*
in eodem habitu=Pp(BEV) Col. 𝔄𝔈1.—𝔖. A Pr.ab TGwRrρρ rell. Gr. Ops. ℜ—𝔅=*in eo habitu.* AG=*habitum est.* Pr.b=*habitus est.* P3. ℜ—𝔅𝔈2.—𝔐=*quocumque.*
res cedunt=AGwPr.aRr Arg.bBE P1. 2. 4. Col. Ops. 𝔏4.𝔖. PPr.bT=*res caedunt.* ζ=*res cadat.* Rell. ρρ=*res cedant* vel *cedunt.* P3. ℜ—𝔅=*res cedant.* 𝔄𝔈1.=*res cadant.* p𝔈2.—𝔐𝔞=*res cadunt.*
7. *adgeruntur.* R=*aggerantur.* G(m∾)γζϑϰ=*aggregentur.*
𝔄=*super res suas.* ν+*vel certe omnia.* G=*casus excusserit.*
minor non fit. 𝔐𝔞=*minor non sit.*
si in Germania. 𝔄=*Et in Germ.* G(n.) P1. 3. 4. Col.+*natus esset.*
si avorum. 𝔄=*et duorum.*
percutere. w=*discutere.*
gentis suae. V—*suae.*
atque imperat=PpAGwTRrVℜ—𝔅. Pr.ab𝔄𝔈1.—𝔖=*et imperat.* Rell. n. l.
8. Pr.a=*omnium hostium genus.*
bene facit. G(m∾)γηϑξπστ=*bene faciat.* γζ+*scilicet*

beat aliquid in se terribile, ut et animos nostros quos in amo-
rem sui natura formauit offendat, nemo dubitat: nec enim opus
esset in id conparari et acui in quod instinctu quodam uolunta-
rio iremus, sicut feruntur omnes ad conseruationem sui. Ne- 9
mo discit ut, si necesse fuerit, aequo animo in rosa iaceat:
sed in hoc duratur ut tormentis non submittat fidem, ut, si ne-
cesse fuerit, stans etiam aliquando saucius pro uallo peruigilet
et ne pilo quidem incumbat, quia solet obrepere interim somnus
in aliquod adminiculum reclinatis. Mors nullum habet incom-
modum: esse enim debet aliquis cuius sit incommodum. Quod 10
si tanta cupiditas te longioris aeui tenet, cogita nihil eorum quae
ab oculis abeunt et in rerum naturam ex qua prodierunt ac mox
processura sunt reconduntur consumi. Desinunt ista, non per-
eunt. et mors quam pertimescimus ac recusamus intermittit ui-
tam, non eripit: ueniet iterum qui nos in lucem reponat dies.
quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed postea dili-
gentius docebo omnia quae uidentur perire mutari. Aequo ani- 11
mo debet rediturus exire. Obserua orbem rerum in se remean-
tium: uidebis nihil in hoc mundo exstingui, sed uicibus descen-
dere ac surgere. Aestas abit, sed alter illam annus adducit.

mortem contemnere. A = *quam quin habeat.*

ut et animos. A — *ut.* 𝔄𝔖 — *et.* *offendat.* G = *ostendat.*

nec enim opus esset. r + *nec enim opus necessē esset.* 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *nec necesse esset.* 𝔐 — 𝔍u = *nec eum necesse esset.* Rell. etiam Ops. Gr. Pinc. ∾. T — *voluntario.*

ad conservationem. E = *ad conversationem.* G = *in observationem.* Pr.abBV antiquiores ꝑꝑ𝔄ℜ — 𝔅 = *ad observationem.* P = *ad amservationem.*

9. G = *Nec discit.* APr.a = *summittat.*

pilo. P pro hac voce habet lacunam. pE = *incumbant.* Pr.b w = *oprepere.* T + *interim somnus aliquando.* ν = *in aliquod admuniculum.* B𝔄 — *aliquod.* G(m∾) V — *esse enim — incommodum.*

Pr.a + *esse tamen enim.* r = *esse enim habet aliquid.* Pr.a — *debet.* s∾.

debet aliquis = Pp Pr.b Pr.a (s.m.) wE Ops. Sb𝔖. ℜ — 𝔅 = *debet et aliquid.* Rell. = *debet aliquid.* 𝔄 = *cuius est.*

10. *Quodsi.* rV — *Quod.* Pr.b = *Quod sit ante. Cupiditas.* R = *ab oculis abeant.*

ac mox processura sunt. 𝔄 = *et mox processuri sunt.* G(m∾) P1. — *sunt.*

reconduntur. Pr.b = *rerunduntur.* p = *reconditur.* 𝔄 = *et recusamus.*

qui nos in lucem reponat. V = *qui nostros.* R = *in luce.* E = *reponet.*

quem multi = Ppw 𝔐 — 𝔖. Rell. mss. 𝔄ℜ — 𝔊 = *quam multi.*

p = *nisi oblitus red.* R verba *Sed postea — mutari* ponit §. 11. post *rediturus exire.* G(m∾) — *docebo.*

11. r — *vicibus.*

ac surgere = mss. etiam Gr. ℜ — 𝔅𝔏4. 𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *ac resurgere.* A(cr. ∾) GRℜ — 𝔅 = *aestus abiit.*

alter illam annus. ℜ = *alter il-*

hiems cecidit, referent illam sui menses. solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste decursus quicquid praeteriit repetit: pars coeli leuatur adsidue, pars mergitur. Denique finem faciam, si hoc unum adiecero nec infantes nec pueros nec mente lapsos timere mortem et esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non praestat ad quam stultitia perducit. Uale.

EPISTULA VIII. (37.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Quod maximum uinculum est ad bonam mentem, promisisti uirum bonum: sacramento rogatus es. Deridebit te, si quis tibi dixerit mollem esse militiam et facilem: nolo te decipi. Eadem honestissimi huius et illius turpissimi auctoramenti uerba sunt: uri, uinciri ferroque necari. Ab his qui manus arenae locant et edunt ac bibunt quae per sanguinem reddant cauetur

lam animus. Cod. Gron. = alter *illam artius*, unde ipse Gron. ci. = *alter illam Martius* (cf. Observatt. III, 14.). quam Sw. certissimam Gronovii emendationem praedicat atque ita editum esse vult. Sed quid opus in hoc loco emendatione? Mss. mei omnes = *annus*, et si qui haberent integrum illud *Martius*, equidem interpretamentum esse arbitrarer.

w = *hiems occidit.* T = *referant.* Pr.a = *si ipsam statim.* R = *dies abegit.*

decursus = PGR plerique ρρ P1.3. 4. 𝔏 — 𝔊rο𝔐α𝔖. pPr.abTrBVwαβ δηιμνοπΘSbc P2. Col. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔑u = *discursus.* E = *dies cursus.* A = *cursus.*

quicquid praeteriit = PTRrGB ρρ Sbc Ops. 𝔄𝔑 — 𝔈1. pAwPr.ab 𝔖 = *q. praeterit.* (EV)𝔈2. — 𝔐𝔞 = *q. praeterierit.* Arg.b + *finem epistolae faciam.*

si hoc unum. Pr.aG = *sed* etc. Pr.a — *hoc.*

adiecero. A = *adixero.*

securitatem nobis. w — *nobis.*

Lib. IV. Ep. 8. (37.)

rogatus es. Pr.a (lit.) V (Col.) 𝔈1. — 𝔐 = *ligatus es.*

Deridebit. Cod. Francisc. ap. Pinc. 𝔐 = *Decipit.*

te, si quis = P(s.m)αγ ci. Gr. B = *se quisquis.* 𝔈1. = *se quis.* RT𝔈2. — 𝔖 — *te.* Rell. etiam Gr. = *se si quis.* Poterat *te* propter sequens *si* mutari in *se.* Omittere nolui Pronomen, quoniam in omnibus fere mss. et eodem loco legitur.

T = *malitiam.* Pr.b = *honestissim o.* V — *auctoramenti.* Pr.b = *auctor amentis.* G = *auctoris amentis.* mGAwTr𝔈1. = *auctoramentis.* RB𝔄𝔑 — 𝔅 = *aut amentis.* E = *aut ornamenti.* r = *verbis.*

uri, vinciri ferroque necari. A = *vero vinciri* etc. Pr.bE = *veri vinciri* etc. T(s∞) = *Verum vinciri* etc. w — *que.* Pr.a — *ferroque.* 𝔑 — 𝔅 — *vinciri.* 𝔐 = *uri virgis ferroque necari.* Pr.b = *necare.* cf. Petron. Sat. c. 117. p. 540. Burm. *in verba Eumolpi sacramentum iuravimus uri, vinciri, verberari ferroque necari.* et Sen. Ep. 71, 21. *Quid miraris, si uri, volnerari, occidi, adligari iuvat, aliquando etiam libet?*

Arg.b = *Ab his qui.* Pr.a 𝔄𝔑 — 𝔅 = *et bibunt.* A = *caveatur.*

ut ista uel inuiti patiantur, a te ut uolens libensque patiaris. Il- 2
lis licet arma submittere, misericordiam populi temptare. tu ne-
que submittes nec uitam rogabis: recto tibi inuictoque morien-
dum est. Quid porro prodest paucos dies aut annos lucri face-
re? sine missione nascimur. Quomodo ergo, inquis, me ex-
pediam? Effugere non potes necessitates, potes uincere. Fit 3
uia: et hanc tibi uiam dabit philosophia. Ad hanc te confer, si
uis saluus esse, si securus, si beatus, denique si uis esse, quod
est maximum, liber. Hoc contingere aliter non potest. Hu-
milis res est stultitia, abiecta, sordida, seruilis, multis adfe-
ctibus et saeuissimis subiecta. Hos tam graues dominos inter-
dum alternis imperantes interdum pariter dimittit a te sapientia
quae sola libertas est. Una ad hanc fert uia, et quidem recta: 4
non aberrabis. uade certo gradu. si uis omnia tibi subicere,
te subice rationi: multos reges, si ratio te rexerit. Ab illa
disces quid et quemadmodum adgredi debeas: non incides re-
bus. Neminem mihi dabis qui sciat quomodo quod uult coepe-
rit uelle: non consilio adductus illo, sed inpetu inpactus est.
Non minus saepe fortuna in nos incurrit quam nos in illam.
Turpe est non ire, sed ferri et subito in medio turbine rerum
stupentem quaerere: Huc ego quemadmodum ueni? Uale.

B = *ut isti qui inviti.*
2. r + *ista arma.* Pr.a𝔑 — 𝔅 = *neque vitam.* V — *Quid porro — me expediam.* T = *aut annos lucrificare?* ARrP3. = *sine intermissione.* P2. = *nascuntur.*
Quomodo ergo. Aw — *ergo.*
3. *Fit via* = mss. (exc. RrβεϑP2.) 𝔑—𝔗. RrβεϑP2.𝔄𝔅—𝔖 = *Fiat via.* Grut. ci. = *Fit via vi.* quod probat Fred. Haase, et in proximis censet scribendum *et hanc tibi vim.*
et hunc tibi vium. νɔ = *hanc tibi etiam dabit.* σ + *hanc tibi etiam viam.* V = *et lucem tibi.* p = *Humilis res est stulta.* r(s∾) Arg.b — *est.* Pr.a = *adiecta, sordida.* Pr.a = *effectibus.* p = *Hostem graves dominos.* G = *Hos tamen.* w = *grandes dominos.*
alternis. GVγζϑκξοστ Col. P1.3.4. 𝔈1. — 𝔐 + *vicibus.* Pr.aRαβειλμθπυP2. Ambian. 𝔑 — 𝔅 = *alternatim.* 𝔄 + *alternis alternatim.* Rell. etiam Mod. Ops. ∾. A = *ad te sapientia.*
4. Pr.b = *una ad hanc fer via.* w = *oberrabis.*
te subice rationi: multos. p = *omne subter rationi: multi.* Pr.abV = *multos regis.*
p = *quid sciat, quomodo quid vult.* Arg.b = *quomodo qui vult.* V = *quomodo quid coeperit.*
p = *non consilium.*
adductus illo = PPr.bTAwEαβγδεηϑικμνξθου Sb. p — *illo.* R + *adductus est illo.* Col. = *ductus illo.* 𝔑 — 𝔗 = *consilio illo* om. *adductus.* Rell. mss. 𝔄𝔅 — 𝔖 = *adductus ullo.* Est autem *illo* Adverbium loci. Grut. ci. = *non consilio ductus ullo.*
r = *Non minus se fortuna.* T = *Non minus semper fortuna.* V = *saepe etiam nos fortuna.*

EPISTULA IX. (38.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Merito exigis ut hoc inter nos epistularum commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo qui minutatim inrepit animo: disputationes praeparatae et effusae audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est: consilium nemo clare dat. Aliquando utendum est et illis, ut ita dicam, concionibus, ubi qui dubitat inpellendus est: ubi uero non hoc agendum est ut uelit discere, sed ut discat, ad haec submissiora uerba ueniendum est. Facilius intrant et haerent: nec enim multis opus est, sed efficacibus.
2 Seminis modo spargenda sunt, quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, uires suas explicat et ex minimo in maximos auctus diffunditur. Idem facit ratio: non late patet, si adspicias: in opere crescit. Pauca sunt quae dicuntur. sed si illa animus bene excepit, conualescunt et exsurgunt. Eadem est, inquam, praeceptorum condicio quae seminum: multum efficiunt, et angusta sunt. tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa et in se trahat. Multa inuicem et ipsa generabit et plus reddet quam acceperit. Uale.

Lib. IV. Ep. 9. (38.)

B + *inter nos XXIX epistolarum.* pTBαδεημνξΘυ = *quia minutatim.*

inrepit (*irr.*) = mss. etiam Gr. Ops. 𝔑—𝔅. 𝔄 = *irreperit.* 𝔈1. — 𝔐a = *irrepserit.* Pr. b = *disputationis.*

audiente populo. ci. Pinc. = *audienti populo.*

clare dat. r = *dare dat.* mγ + *i. e. alte.* 𝔐—𝔅1. = *clamore dat.* ex ingenio Mureti. Rell. ∾. B = *ut qui dubitat.*

sed ut discat. V — *sed.* B = *ut velit discedere.*

submissiora. G = *submissoria.* B = *sublimiora.*

et haerent. w𝔈2. — 𝔐 = *sed haerent.* 𝔏—𝔅1. + *sed et haerent* ex ci. Grut.

2. *occupavit.* A = *occupabit.* r wειοσ Arg.b𝔑—𝔅 = *occupaverit.*

auctus. p = *auctos.* Pr.aAGrδεζ ιϰξοπρσυ (P1. 2. 4.) 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *actus.* Pr.b = *acictus.* w = *artus.* ηο = *effunditur.* β = *Id facit.*

ratio. GP 1. 3. 4. vet. lect. Pinc. 𝔏—𝔅1. = *oratio.* Pr.b (lit.) = *non latet pate.*

si adspicias. V = *sed adsp.*

sed si illa. Pr.b — *si.* Pr.aαβεμ P3. 𝔑—𝔅 = *sed cum illa.* δζϰνο πρσ — *sed:*

animus bene. V — *bene.*

excepit = Pp Pr.a RTBE plerique ρρ P1. 2. 4. Col. GPr.b.αβγεζϑλμξπ τ𝔑—𝔅 = *excipit.* AwrV (Arg.b) 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *exceperit.* V — *et exsurgunt.*

et angusta sunt = mss. 𝔑—𝔅. Rλ(s.m.)𝔄𝔈1. — 𝔖 + *et si angusta sunt.* *Et* hic significat *et tamen.* vid. Ind. s. v. *Et* et cf. Hand. Turs. II. p. 496. sq.

G = *tamen ut dixi.* sP + *si ut dixi.* Sc𝔄 = *capiat illa.* βιπ + *rapiat illa sibi.*

w + *Multa et invicem.* A — *invicem.* Pr.b = *Multam vicem.*

T = *et ipsa germinabit.* Pr. a = *quam accepit.*

EPISTULA X. (39.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Commentarios quos desideras diligenter ornatos et in angustum coactos ego uero conponam: sed uide ne plus profectura sit ratio ordinaria quam haec quae nunc uolgo *breuiarium* dicitur, olim cum Latine loqueremur, *summarium* uocabatur. Illa res discenti magis necessaria est, haec scienti: illa enim docet, haec admonet. Sed utriusque rei tibi copiam faciam. Tu a me non est quod illum aut illum exigas: qui notorem dat ignotus est. Scribam ergo quod uis, sed meo more. Interim 2
multos habes quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus indicem philosophorum: haec ipsa res expergisci te coget, si uideris quam multi tibi laborauerint. concupisces et ipse ex illis unus esse. Habet enim hoc optimum in se generosus animus quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii uirum humilia delectant et sordida: magnarum rerum species ad se uocat et extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, 3
iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: ita

Lib. IV. Ep. 10. (39.)

Haec epistola in Θ „temporis iniuria deperiit.“

ornatos = PpTGwRr (BEV Arg.b ρϱOps.) Gr.𝔄𝔑 — 𝔅1. APr.ab Mod. 𝔑u — 𝔖 = *ordinatos*. quod ;ortum esse videtur ex proximo *satis ordinent*. §. 2. p = *sed v i d e r e ne.*

profectura = PAη (E) 𝔄𝔈1. — 𝔖. Rell. mss. 𝔑 — 𝔅 = *p r o f u t u r a*. (Gr. Ops. u. l.). A — *sit*.

r a t i o ordinaria = PAwPr.abT RrBEαβδεηιλμνξου Sb P2. Col. P3. (s. m.) Ops. Cod. Iureti 𝔑 — 𝔗𝔖. GP1. 4. P3. (p.m.) (V rell. ρϱ) 𝔄𝔅 — 𝔐a = *o r a t i o ordinaria*. p — *ratio*.

loqueremur. G (m∾) ζϑνξοπτ = *loque r e t u r*. Verba *cum Latine loqueremur* suspecta sunt Ruhkopfio.

discenti. Pp Pr.a (s∾) Pr.braβδμνο σ = *d i centi*.

necessaria est. A — *est*.

haec scienti. V = *q u a m scienti*.

Tu a me. p = *Tuam*. A = *Tuae*. GP1. 3. 4. mCol. = *T u u m a me*.

non est quod. R — *est*. R = *i l l a m aut i l l u d*. w = *illum v e l illum*. E = *illum e t illum*

notorem dat. p = *not u r e m dat*. TP4. = *not i o rem dat*. Pr.bδ = *notorem t e n d a t*. R Col. 𝔑 — 𝔗 = *v o t o r e m dat*. P1. 2. 𝔄𝔅 𝔈1. = *n o t o r e m dat*. mCol. = *m o r t e m dat*. α = *notorem p e n d a t*. β = *v o t o r e m p e n d a t*. μ = *v o t o r e p e n d a t*. ν = *i n notus est*.

Scribam e r g o = PAwPr.a Rrρϱ S bc 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. G = *Scribam v e r o*. pPr.bT𝔐 — 𝔐a = *Scribam e g o*. Rell. n. l.

2. *multos habes*. r = *multos h o m i n e s*. m = *nultos h a b e m u s*.

expergisci t e = mss. (exc. B, qui = *expergis c e r e*) 𝔄𝔑 — 𝔏𝔍u𝔖. 𝔊ro — 𝔐a — *te*.

coget. R𝔛 = *cog i t*. Pr.br = *cog i t e t*. R𝔑 — 𝔅 = *laboraver u n t*.

hoc optimum. 𝔈2. — 𝔐 — *optimum*. r = *a c sordida*. R = *rerum s p e s*. V = *ad se voc e t et e x c e l l a t*.

3. *flamma surgit*. P = *fl. sur g e t*. Pr.aGwRρϱ (exc. δηνξου) P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅 + *fl. q u a e surgit*. G(s.m.) = *c o n surgit*. Col. = *l a t e r e ac deprimi*. B = *n u m q u a m magis quam*.

noster animus in motu est, eo mobilior et actuosior quo uehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc inpetum dedit: ponet se extra ius ditionemque fortunae. secunda temperabit,
4 aduersa comminuet et aliis admiranda despiciet. Magni animi est magna contemnere ac mediocria malle quam nimia: illa enim utilia uitaliaque sunt. at haec eo quo superfluunt nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoque euenit quos inmoderata felicitas rumpit, qua non tantum in
5 aliorum iniuriam, sed etiam in suam utuntur. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit quam in quosdam uoluptates suae sunt? quorum inpotentiae atque insanae libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod quae fecere patiuntur. Nec inmerito hic illos furor uexat: necesse est enim in inmensum exeat cupiditas quae naturalem modum transsilit. Ille enim habet suum finem, inania et ex libidine orta sine termino sunt. Necessa-
6 ria metitur utilitas: superuacua quo redigis? Uoluptatibus itaque se mergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non

in motu est. v = *in motum est.* *actuosior.* T = *acutior.*

ad meliora nunc. G = *ad meliora habet.* p = *secunda temperavit.* Col. + *secunda bene temp.* *et aliis admiranda.* w𝔐 — *et.*

4. *quam nimia.* pPr.aw = *quam minima.*

illa enim. T = *habilia enim.*

utilia vitaliaque. G = *vitalia utiliaque.* γζϑκλπστ P1. 3. 4. Col. + *bona utilia vitaliaque.* νξο = *bona utiliaque.* T𝔐 — *vitaliaque.*

at haec. pPr.bSb 𝔄 = *ad haec.* G = *ad hoc.*

eo quo superfluunt = PPr.abAT wEγδεζμνοσυ Ops. Sc 𝔈 1. 2. GP1. — *eo* et = *quod superfl.* pRr P2. 3. 4. Col. (rell. ρρBV) 𝔄𝔑 — 𝔅𝔈 — 𝔖 = *eo, quod superfl.* A = *faecunditas.* 𝔄 = *quod immoderata.* V = *quos inordinata.*

rumpit. v = *corrumpit.* Pr.bPr.a (s.m.)E Arg.b αδνσ 𝔑 — 𝔅 = *quia non tantum.* ευ = *qui non tantum.*

utuntur = PpPr.abTRA (BEV plerique ρρ P2. 3. 4.) Sb (?) m𝔈 2. 𝔐 — 𝔅1. GwrPr.a (s.m.) Arg.bεζϑξπσSc P1. Col.𝔄𝔑 — 𝔊𝔑u — 𝔖 = *vertuntur.* A = *Qui hostis.*

5. *contumeliosus fuit.* V — *fuit.* TPr.b (*i* n.) = *insuniae libidini.* w = *insaniae ac libidini.*

necesse est enim = PpPr.abAw TRrBEρρ Sbc omnes fere Gr.𝔄𝔑 — 𝔊𝔑u. G = *nec. est ut.* Sb + *necesse est enim ut.* (V)𝔐 — 𝔅1.𝔐a 𝔖 — *enim.* r = *naturae modum.*

transsilit = PpPr.abATGwRrρρ E𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. (BV Arg.b) 𝔈2. — 𝔐a = *transsiliit.*

Ille enim = Pp Pr.ab ATRrwESb c𝔄𝔑 — 𝔊. G(BV)𝔐 — 𝔖 = *Illa enim.* Sed *Ille* scribi iubet ipse Sw., ut referatur ad *naturalem modum.*

inania et ex libidine. G = *ignavia et ex lib.* P2. Col. + *inania enim et ex lib.* P1. 3. = *Ignavia enim et ex lib.*

ζ = *quomodo redigis?* ο = *quoque redigit.* σ 𝔄𝔈 1. — 𝔐 = *Voluptatibus utique.*

mergunt. sP = *inmergunt.* Rr P2. Col. 𝔈1. — 𝔐 = *immergunt.*

possunt: et ob hoc miserrimi sunt, quod eo peruenerunt ut illis quae superuacua fuerant facta sint necessaria. Seruiunt itaque uoluptatibus, non fruuntur, et mala sua, quod malorum ultimum est, amant. Tunc autem est consummata infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent. et desinit esse remedio locus, ubi quae fuerant uitia mores sunt. Uale.

EPISTULA XI. (40.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Quod frequenter mihi scribis, gratias ago: nam quo uno
modo potes te mihi ostendis. Numquam epistulam tuam accipio
ut non protinus una simus. Si imagines nobis amicorum absen-
tium iucundae sunt quae memoriam renouant et desiderium ab-
sentiae falso atque inani solatio leuant: quanto iucundiores sunt
literae quae uera amici absentis uestigia, ueras notas adferunt?
Nam quod in conspectu dulcissimum est id amici manus epistu-
lae inpressa praestat agnoscere. Audisse te scribis Serapio- 2
nem philosophum, cum istuc adplicuisset: solet magno cursu uer-
ba conuellere quae non effundit una, sed premit et urget:
plura enim ueniunt quam quibus una uox sufficiat. Hoc non

pervenerunt = PpPr.abATGwRr Arg.bBρρ𝔄ℜ — 𝔈𝔖. E — *quod eo pervenerunt.* (V) 𝔊 — 𝔐a = *perveniunt.* Pr.abTG𝔄ℜ — 𝔈1. = *facta sunt necessaria.*

Serviunt itaque. 𝔈2. — 𝔊 = *Serviunt utique.* w(s.m.) 𝔈1. — 𝔐 + *voluptatibus suis.* p + *et amant.*

Tunc autem. Pr.bνσσ = *Tunc enim.* G = *quae fuerint.*

w = *mores fuerint.*

Lib. IV. Ep. 11. (40.)

A = *quod uno modo potes.*

ut non protinus. Sb = *quin protinus.*

una simus. G = *una similis.* Pr.a = *una sumamus.* w = *sed imagines nobis.* G = *memoriam revocant.* „*revocant* leg. pro *renovant*, e codd. cf. de Bnff. II, XXI. a. V extr., VII, 25. Epist. 40, 1. ubi nunc *renovant*, Gron. *revocant* e mss. legi mavult ad Bnff. II, XI. a. et Liv. 3, 51., ubi eadem confusio.“ [Ruhk.]

amici absentis. G = *michi absentis.* Pr.b = *afferuntur.*

2. 𝔄 = *Audisseque scripsisti.* P = *te scripsis* [s *ti*]. p = *Serapionem philosophiam.* G = *cum istud applicuisset.*

solet = PpRE. AwTr Pr.ab (BV Arg.bρρ) 𝔄ℜ — 𝔖 = *solere.* G = *solvere.* G = *magno cursum.* ιP2. = *magno impetu.*

convellere = mss. etiam Gr.𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *convolvere.*

una, sed = PAGwTR plerique ρρ (BEV) Sb P 1. 4. 𝔈1. 2. 𝔏 — 𝔅1. p Pr.b = *ima sed.* Pr.a = *inma* (*n* n.) *sed.* sw + *una vel in imu sed.* βικ + *vox una sed.* rP 2. 3. Col. m. ex. Pinc. ℜ — 𝔅𝔈𝔊𝔐ℜu𝔐a + *una vox, sed.* Sc𝔄 + *una voce sed.* μ = *ymo sed.* Vet. lect. Pinc. 𝔖 = *immo.* p = *urguet.*

B = *quam una nox quibus.*

probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoque sicut uita debet
3 esse conposita: nihil autem ordinatum est quod praecipitatur et
properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata et sine in-
termissione in morem niuis superueniens oratori data est: lenis
et melle dulcior seni profluit. Sic itaque habe istam uim dicendi
rapidam atque abundantem aptiorem esse circulanti quam agenti
in rem magnam ac seriam docentique. Aeque stillare illum nolo
4 quam currere: nec extendat aures nec obruat. Nam illa quo-
que inopia et exilitas minus intentum auditorem habet taedio in-
terruptae tarditatis: facilius tamen insidit quod exspectatur quam
quod praeteruolat. Denique tradere homines discipulis praecepta
dicuntur: non traditur quod fugit. Adice nunc quod quae ue-
ritati operam dat oratio inconposita debet esse et simplex; haec
popularis nihil habet ueri, mouere uult turbam et inconsultas au-
5 res inpetu rapere, tractandam se non praebet, aufertur. Quo-

pronuntiatio quoque. w𝔄 — *quoque.*
3. *apud Homerum.* 𝔄 = *apud hominem.* A + *quae concitata.*
concitata. R(s∾) *concita.* G = *est quod sine intermissione.*
T = *in morem unius.* R(m∾) = *in morem fluminis.*
superveniens. B = *veniens.*
lenis et melle dulcior. 𝔈𝔊 — *lenis.* 𝔐 — 𝔐a + *at lenis et m. d.*, quae particula in mss. non legitur.
seni. Arg.b = *semper.*
profluit. Pr.abG antiquiores ρρ𝔄 𝔑 — 𝔅 = *profuit.*
habe istam vim = PAζ Col. ci. Ops. 𝔏 — 𝔅1, 𝔐a𝔖, Rell. + *ut istam vim.* Pr.b — *vim.*
rapidam. rGP1.2.3.4. 𝔄 = *perrapidam.*
aptiorem esse circulanti quam agenti = PpAwTPr.b Sb tres Ops. 𝔏 — 𝔅1.𝔖. Pr.aG plerique ρρ B𝔑 — 𝔅 + *aptiorem esse credas* etc. r𝔄 + *cognoscas aptiorem esse* etc. Sc + *cognoscis aptiorem esse* etc. λξ𝔈1. — 𝔐𝔑u𝔐a + *aptiorem esse iudices* etc. vel *aptiorem esse circulanti iudices* etc. Unus Ops. + *scias aptiorem esse* etc. V = *abundantem ut aptiorem esse circulatori iudices quam.* Grut. totum locum sic scribi vult: *Sic itaque habe; istam vim dicendi rapidam atque abundantem, aptiorem esse circulanti iudices, quam agenti rem magnam*, ut *iudices* sit Nom. Subst.
in rem magnam = PpPr.abArg.b. AGwTRr𝔄𝔑 — 𝔖 — *in.* Rell. n. l.
B = *et seriam.*
docentique. Argb. — *que.*
stillare illum = mss. etiam Gr. (exc. P1. qui + *stillare cum illum.* P4. qui = *stillare istum*) 𝔑 — 𝔅. Pron. *illum* spectat ad *agentem* et *docentem.* 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *stillare illam*, ut referatur ad *istam vim dicendi.*
nolo. wCol. = *volo.*
nec extendat. Pr.b = *ne extendat.* 𝔍ΘB = *nec excedat.*
4. *interruptae.* G(m∾) = *interrumpente.* V = *facilius enim insidit.* r = *facilius tamen incidit.* w = *f. t. insidet.*
tradere homines. Gron. *homines* delendum esse censuit.
discipulis. Cod. Lips. = *disciplinis.*
praecepta. Sb = *praeparata.* p = *quod fingit.* Pr.b = *Adice nunc quoque veritati.*
haec popularis. G = *Haec pluralis.* Pr.b = *Haec populares.*
pArg.b = *moveri vult turbam.* 𝔑 — 𝔅 + *tractandam quae se.*
aufertur. v = *auferetur.*

modo autem regere potest quae regi non potest? Quid, quod haec oratio quae sanandis mentibus adhibetur descendere in nos debet? remedia non prosunt nisi inmorantur. Multum praeterea habet inanitatis et uani, plus sonat quam ualet. Lenienda sunt quae me exterrent, conpescenda quae inritant, discutienda quae fallunt, inhibenda luxuria, conripienda auaritia. Quid horum 6
raptim potest fieri? quis medicus in transitu curat aegros? Quid, quod ne uoluptatem quidem ullam habet talis uerborum sine delectu ruentium strepitus? Sed ut pleraque quae fieri posse non crederes cognouisse satis est: ita istos qui uerba exercuerunt abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari uelit? quid de eorum animo iudicet quorum oratio perturbata et inmissa est nec potest reprimi? Quemadmodum per procliue cur- 7
rentium non ubi uisum est gradus sistitur, sed incitato corporis pondere se rapit ac longius quam uoluit effertur: sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est nec satis decora philosophiae, quae ponere debet uerba, non proicere, et pedetentim procedere. Quid ergo? non aliquando et insurget? Quidni? sed salua dignitate morum quam uiolenta ista et nimia uis exuit.

bet quam habuit: ordinem mutat. Quid ista, inquis, mihi subtilitas proderit? Si me interrogas, nihil. Sed quemadmodum ille caelator oculos intentos diu ac fatigatos remittit atque auocat et, ut dici solet, pascit: sic nos animum aliquando debemus relaxare et quibusdam oblectamentis reficere. Sed ipsa oblectamenta opera sint: ex his quoque, si obseruaueris, sumes
quod possit fieri salutare. Hoc ego, Lucili, facere soleo: ex 23
omni natione, etiamsi a philosophia longissime auersa est, eruere

wP2. = *in ipsum flumen.*
bis descendimus et non descendimus = PpPr.a RrGwBϸϸ (exc. γδηλμνξ, qui cum Pr.bE = *bis discedimus* ∾) P1. 2. 3. 4. 𝔄ℜ—𝔊. Col. = *bis descendimus et non ascendimus.* 𝔐 — 𝔖 — *descendimus et* ex ci. Pinc., cuius haec sunt verba: „Bona pars exemplarium brevius: *In idem flumen bis descendimus.* ut putem legendum, addita negatione: *In idem flumen bis non descendimus.*“ Et confirmari videtur haec scriptura loco Platonis (Cratyl. p. 42. ed. Bekk.): CΩ. Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Sed consulto Seneca immutavit Heracliti seutentiam, ut evaderet ὀξύμωρον.
Manet enim = mss. 𝔄ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *enim.*
21. rG = *tanto opere.*
Vis tu non timere = PpPr.bGw RrBEϸϸ liber Siculus Mureti P1. 3. 4. Col. cod. Gron. codd. Ruben. cod. Erfurt. Gronovii cod. Heins. 𝔊ro𝔏4. — 𝔖. Pr.aP2. 𝔄𝔈1. — 𝔏2. 𝔍u — *non.* ℜ — 𝔅 — *tu.*
fluvida materia = PpPr.ab et sic iidem codd. infra quoque (§. 24.) et alibi scribunt. Reliqui libri, quos ipse legi, = *fluida materia.*
obnoxia causis = mss. etiam codd. Gron. 𝔄ℜ — 𝔊𝔏4. ℜu — 𝔖. 𝔐 — 𝔊ro𝔅1. = *obnoxia casibus.*
w𝔄 + *aeterna res est.*
22. ℜ — 𝔅 = *Quamvis haec omnia.* G = *Quamvis etiam omnia.* w — *enim.* r — *aliter habet quam habuit.* Pr.b = *ut dici solet, spacit.*
sumes quod possit. ελνο = *senties quod possit.* Pr.aB βημμΘπτυ P2. Sc 𝔄ℜ — 𝔐 = *invenies q. p.* Rell. etiam Gr. et liber Siculus Mureti ∾. Ops. partim = *sumes,* partim = *sames.*
23. *Hoc ego, Lucili* = PpGwRr Bℜ — 𝔅. Pr.a (Eϸϸ) 𝔄𝔈1. — 𝔖 + *Hoc ego, mi Luc.* Pr.b = *Hoc ergo, mi L.*
ex omni natione = PpPr.abw Rϸϸ (exc. πστ) Gr. Mod. Sc ℜ — 𝔈1.

aliquid conor et utile efficere. Quid de istis quae modo tracta-
uimus remotis a reformatione morum? quomodo meliorem me
facere ideae Platonicae possunt? quid ex istis traham quod cu-
piditates meas conprimat? Uel hoc ipsum, quod omnia ista
quae sensibus seruiunt, quae nos accendunt et inritant, negat
24 Plato ex his esse quae uere sint. Ergo ista imaginaria sunt et
ad tempus aliquam faciem ferunt: nihil horum stabile nec solidum
est. Et nos tamen cupimus, tamquam aut semper futura aut sem-
per habituri. Inbecilli fluuidique interualla constituimus: ad illa
mittamus animum quae aeterna sunt. miremur in sublimi uoli-
tantes rerum omnium formas deumque inter illa uersantem et hoc
prouidentem quemadmodum quae inmortalia facere non potuit,
quia materia prohibebat, defendat a morte ac ratione uitium
25 corporis uincat. Manent enim cuncta, non quia aeterna sunt,

vid. Ind. s. v. *Natio.* Gπ = *ex omni ratione.* sR mP 3. = *ex omni oratione.* rτ𝔈2. — 𝔐𝔑u — 𝔖 = *ex omni vacatione.* σ = *ex omni narratione.* Mur. ci. = *ex omni tractatione.* 𝔄 haec omittit. BE Ops. n. l. (Perperam Sw. refert in Opsopoei mstis legi *natione*, cum ille de solis Modii membranis loquatur.)

p = *eruere aliqui conor.* 𝔄 = *et utile facere.*

Quid de istis quae modo tractavimus = P𝔄. Supple *eruere potero.* p + *Quid de istis quae quod modo tract.* Pr.bGE = *Quid* [sG = *de*] *istis quod modo tr.* r = *Quid istis quo modo tr.* Pr.aRB = *Quid istis quae modo tr.* Praepositionis *de* prior littera ab eadem praecedenti potuit absorberi, posterior a proxima vocali. .w(nisi legentem me fugit in hoc quoque msto omissum verbum) sR 𝔑 — 𝔖 + *Quid de istis capiam quae modo tr.* Miror, quod nec Sauctol. nec superiores ullam librorum discrepantiam in hoc loco observarunt. Pr.a — *remotis.*

G = *a formatione morum.*

Pr.b = *idaeae.* Pr.a = *ideae Pl. possint.*

Pr.a = *cupiditates meas conprimit.* G (s∾) = *sensibus sentiunt.* p = *quae nos accidunt.* o = *accendunt et cruciant.* Pr.a = *ex his esse quae vere sint.* RrGw = *ex hiis.* GR = *quae vere sunt.*

24. *Ergo ista* = PpPr.ab RrGw ϱϱ 𝔑 — 𝔅𝔖. (BE) 𝔄𝔈 1. — 𝔐a = *Igitur ista.* (*g* = *ergo.* *g* = *igitur.*)
o i

nec solidum est. Ex recentioribus ϱϱ alii cum G et Siculo = *nihil solidum est*, alii cum mG = *ac solidum est.* w = *vel solidum est.*

aut semper futura. 𝔄𝔈1. — 𝔊 — *aut* et = *ac semper h.* βο = *aut superfutura.* G(s∾)γεζ𝔇ϰξστ = *Imbecilles.*

intervalla constituimus = p Pr.awrBEϱϱ 𝔑 — 𝔅. P — *constituimus.* Pr.bG𝔄𝔈1. — 𝔊 + *per intervalla constituimus.* R = *per intervalla constitimus.* 𝔐 — 𝔖 = *per intervalla consistimus.*

P — *ad illa.* sP = *in ea.* Nihil de suis libris prodiderunt maiores: verborum ordinem recepi ab pPr.ab rGwϱϱ.

𝔄𝔈1. — 𝔐 = *in sublime volit.* Pp = *in sublimi voluntates.*

ϰοσ unus Ops. = *inter illas versantem.* 𝔈2. 𝔊 = *quia materia prohibeat.*

et hoc providentem. 𝔐 — 𝔍u — *hoc.* 𝔑 — 𝔅 = *et haec prov.* R = *vitium corporis vincant.*

25. R = *cunta.*

sed quia defenduntur cura regentis. Inmortalia tutore non ege-
rent: haec conseruat artifex fragilitatem materiae ui sua uin-
cens. Contemnamus omnia quae adeo pretiosa non sunt, ut
an sint omnino dubium sit. Illud simul cogitemus, si mundum 26
ipsum, non minus mortalem quam nos sumus, prouidentia peri-
culis eximit, posse aliquatenus nostra quoque prouidentia lon-
giorem prorogare huic corpusculo moram, si uoluptates quibus
pars maior periit potuerimus regere et coercere. Plato ipse ad 27
senectutem se diligentia protulit. Erat quidem corpus ualidum
ac forte sortitus et illi nomen latitudo pectoris fecerat, sed na-
uigationes ac pericula multum detraxerant uiribus: parsimonia
tamen et eorum quae auiditatem euocant modus et diligens sui
tutela perduxit illum ad senectutem multis prohibentibus causis.
Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio conti-

Inmortalia tutore non egerent = PPr.abE antiquiores et emendatiores ρρ 𝔄𝔈 1. p = *Inm. tuto egerent* om. *re non.* GwRr (B recc. ρρ) 𝔑 — 𝔙 = ∞ *non egent.* Pl. = *hic conservet.* Grut. legi vult *haec conservet.* G = *ut aut sint omnino.*

26. p = *quem nos sumus.*

posse aliquatenus nostra quoque providentia longiorem prorogare huic corpusculo moram = PPr.b Supple *nos* et vid. Gram. Sen. in Synt. Pron. E = ∞ *prorogari* ∞. p=∞ *longiore prorogari* ∞. Pr. ar 𝔈 2. + *posse tamen* ∞. 𝔄 = *posse tamen* ∞ *longiore* ∞. B= *posse tamen* ∞ *longiorem provocare* ∞. Rwρρ Gr. 𝔑 — 𝔙 = *potest tamen* ∞ (Pl.= *aliquot* pro *aliquatenus*) et illud defendit Gron. G = *potest tamen* ∞ *praerogare* ∞. 𝔈 1. = *Potestne aliquatenus* ∞. 𝔈𝔊𝔏 — 𝔙 1. = *posse tamen* ∞ *prorogari* ∞. 𝔐 ex ci. Pinc. = *posse tandem* ∞ *prorogari* ∞. 𝔑u𝔐a = *potest tandem aliq. n. q. prov. pror. huic corp. m.* om. *longiorem.* 𝔖 = *potest tamen:* in reliquis consentit cum 𝔑u et ipse omittit *longiorem.* Quid commoverit Ruhk., Matth., Sw, ut reiicerent hanc vocem servatam ab omnibus mstis et imprr. ante 𝔑u, non constat: suspicor Ruhk. esse deceptum nota Gruteri, in qua vitio *longiorem* est omissum: Ruhk. imitati sunt Matth. et Sw. Particulam *tamen* ipse removi, quoniam in PpPr.bE non legitur.

wα:πτ 𝔑 — 𝔙 + *quibus morum pars maior.*

periit = PPr.abwRr 𝔄𝔈 1. pG𝔑 — 𝔙𝔈 2. — 𝔖 = *perit.* Rell. n. l.

27. G + *Plato enim ipse.* R — *ipse.* Pr.a + *ipse se.* 𝔗𝔙 + *ipse sese.* Pr.abw plerique ρρ 𝔑 — 𝔙 = *sic diligentia* [pG = *diligentiam*]. B + *sic se dilig.*

protulit = PpPr.abRE plerique ρρ 𝔄𝔑 — 𝔈 1. w𝔍m𝔈 1. = *prodivit.* r (B nonnulli ρρ) 𝔈 2. — 𝔖 = *pertulit.*

r = *altitudo pectoris.* R(s∞) = *latitudo corporis.* B = *et pericula.* p = *multa inde detraxerant.*

detraxerant = PpPr.abGw fere omnes ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔙𝔏 4. 𝔖. Rr 𝔈 1. — 𝔊ro 𝔙 1. — 𝔐a = *detraxerunt.* B = *detraxere.*

𝔙 1. ed. Tauchn. = *earum quae aviditatem.* B = *rerum quae avid.* Pr.a= *aviditatem avocant.* B = *advocant.* p = *evocant mundus.*

perduxit = mss. etiam Gr. Sc 𝔄 𝔈 1. — 𝔐a. 𝔑 — 𝔙𝔖 = *produxit.* sp = *Tam hoc scis.*

gisse quod natali suo decessit et annum unum atque octogesi-
28 mum inpleuit sine ulla deductione. Ideo Magi qui forte Athenis erant inmolauerunt defuncto amplioris fuisse sortis quam humanae rati, quia consummasset perfectissimum numerum quem nouem nouies multiplicata conponunt. Non dubito quin paratus esset paucos dies ex ista summa et sacrificium remittere. Potest frugalitas producere senectutem, quam ut non puto concupi-
29 scendam, ita ne recusandam quidem. Iucundum est secum esse quam diutissime, cum quis se dignum quo frueretur effecit. Itaque de isto feremus sententiam an oporteat fastidire senectutis extrema et finem non opperiri, sed manu facere. Prope est a timente qui fatum segnis exspectat: sicut ille ultra modum deditus uino est qui amphoram exsiccat et faecem quoque
30 exsorbet. De hoc tamen quaeremus, pars summa uitae, utrum ea haec sit an liquidissimum ac purissimum quiddam, si modo mens sine iniuria est et integri sensus animum iuuant nec defectum et praemortuum corpus est. Plurimum enim refert uitam aliquis extendat an mortem. At si inutile ministeriis est cor-
31 pus, quidni oporteat educere animum laborantem? et fortasse

28. Pr.b (s n.) r = *Ideo magis.* 𝔑 = *rati que.*

consummasset. B = *consummavisset.* 𝔄 = *novem nonies octoginta multiplicatum componunt.*

novies (non *noviens*) = mss. p = *Non dubio.*

paratus esset paucos dies. p = *paratas et paucos dies.* P = *parat et paucos dies.* Pr.ab = *paratavisset p. d.* E = *paratausset p. d.* Bδμνθ = *paruvisset p. d.* R = *potuisset p. d.* Haud scio, an vitii aliquid hic lateat. G = *et sacrificio.*

Pr.a = *Potest fragilitas.* G = *senectutem perducere.* Etiam P1. Col. = *perducere.* pE = *tuto concupiscendam.*

29. w = *quo fruatur.* pw𝔄 = *efficit.* wr𝔑 — 𝔅 = *feramus sententiam.* p = *et in fine non operire.* 𝔅1. 𝔑u ed. Tauchn. = *et fidem non opp.* aperto vitio. Pr.ab Rr = *operiri.*

Pr.b = *factum segnis.* 𝔄 = *defectum segnis.* P2. = *fatum senis.*

30. PER = *quaerimus.* wr = *quaeramus.* Pr.a + *summa l' parsimonia vitae.* B = *parsimonia vitae.* 𝔑u ed. Tauchn. = *summae vitae.*

utrum ea haec sit = PpPr.ab GwrBE maior pars ρρ P 1. 2. 4. Ops. Spectat *haec* ad *faecem:* inde orta scholia. Nonnulli ρρ P 3. Col. Pinc. vet. lect. 𝔑—𝔅𝔖 = *utrum ea faex sit.* 𝔄 + *utrum ea faex vitae haec sit.* 𝔈1. 2. 𝔐 = *utrum faex haec sit.* 𝔈𝔊 = *utrum faex ea sit.* 𝔏 — 𝔐a = *utrum faex vitae haec sit.* R — *haec.*

Prb. = *ac puerissimum.* mɔ = *defoetum et praemortuum.* Dion. Gothofr. ci. = *effoetum et praem.* Col. = *defunctum et praem.* r𝔑 — 𝔅 = *defectum ac praem.* Pr.a = *extendit.*

Pr.a = *An si inutile.* 𝔑 — 𝔅 + *At enim si inutile.* G = *inutile sine misteriis est corpus.* P1. 3. 4. + *sine ministeriis.* Col. 𝔑— 𝔅 + *in ministeriis.*

paulo ante quam debet faciendum est, ne, cum fieri debebit, facere non possis: et cum maius periculum sit male uiuendi quam cito moriendi, stultus est qui non exigua temporis mercede magnae rei aleam redemit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit: multis iners uita sine usu sui iacuit. Quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex uita perdidisse quamuis finienda? Noli me inuitus audire, tamquam ad 32
te iam pertineat ista sententia, et quid dicam aestima. Non relinquam senectutem, si me totum mihi reseruabit, totum autem ab illa parte meliore: at si coeperit concutere mentem, si partes eius conuellere, si mihi non uitam reliquerit, sed animam: prosiliam ex aedificio putri ac ruenti. Morbum morte 33
non fugiam, dumtaxat sanabilem nec officientem animo: non adferam mihi manus propter dolorem: sic mori uinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, exibo, non propter ipsum, sed quia inpedimento mihi futurus est ad omne propter quod uiuitur. Inbecillus est et ignauus qui propter dolorem moritur, stultus qui doloris causa uiuit. Sed in longum exeo: est praeterea materia quae ducere diem possit. Et quomodo finem inponere uitae poterit qui epistulae non potest? Uale ergo. quod libentius quam mortis moras lecturus es. Uale.

31. *fieri debebit* = PpPr.abwRr B𝔑—𝔅. G = *fieri debet.* 𝔄𝔈1.—𝔖 = *fieri debeat.* Rell. n. l.

𝔑—𝔅 — *cum* ante *maius periculum.*

non exigua = PpPr.ab Rr Gw BE 𝔄 [𝔄 — *non*] 𝔑—𝔊. 𝔐—𝔖 = *non exigui temp.* Rell. n. l. 𝔑—𝔅 — *magnae rei.* 𝔑—𝔅 = *uliena* pro *aleam.* p = *aliam.*

redemit = PPr.aE. pPr.bRrGw 𝔄𝔑—𝔖 = *redimit.* Rell. n. l.

sui iacuit. Pr.b = *lasui lacuit.* Pr.a = *Quinto deinde crudelius.* pPr.ab = *quamvis finiende.* E = *finiendae.*

32. *et quid dicam.* = PGwRr. p = *et quidquid dicam.* Pr.ab 𝔄𝔑—𝔖 = *sed quid dicam.* Rell. n. l. 𝔑—𝔅 = *existima.* wr = *ab illa parte meliori.*

p = *si partes eius convalere.* Pr.b = *convœlle.* p = *relinquerit.*

putri ac ruenti = pPr.abRB𝔛. P = *puri ac ruenti.* Pr.a = *putei ac ruentis.* G = *putrienti ac ruenti.* rw𝔑—𝔖 = *putrido ac ruenti.* cf. ad Ep. 12, 1. *putria.* Rell. n. l.

33. p = *Morbo m.* P = *morbo* et iungit cum *ruenti.* sP = *mortem.* w = *effugiam.* p = *inpedimentum.* Pr.a + *stultus qui imbecillus est.* P2.𝔛 + *quae ducere diem merito possit.*

mortis moras = Pr.ab sw αβδεζϑι μΘπτ P1. 2. Col. Ops. (Gron.) 𝔛𝔑—𝔊 𝔊ro𝔅1.—𝔐a. et probat Gron. vid. Ind. s. v. *Mora.* B = *moras mortis.* w = *mortes moras.* G — *mortis moras.* PRr = *mortem eras.* (in P *eras* erasum.) pEλ (?) P4. (p. m.) P2. (s.m.) codd. Modii ci. Lips. 𝔏—𝔍u𝔏4. 𝔖 = *mortes meras.* Pincianus, quem laudat Mod., nihil de hoc loco prodidit. mG𝔐 = *mortis meras.* Monet Mur. *mortis* esse Accus. Plur. Etiam Ep. 7, 3. quidam libri pro *morae* scribunt *merae.* P3. ξm𝔈2.

EPISTULA VII. (59.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Magnam ex epistula tua percepi uoluptatem: permitte enim mihi uti uerbis publicis nec illa ad significationem Stoicam reuoca. Uitium esse uoluptatem credimus. Sit sane: ponere tamen illam solemus ad demonstrandam animi hilarem adfectionem. Scio, inquam, et *uoluptatem,* si ad nostrum album uerba dirigimus, rem infamem esse et *gaudium* nisi sapienti non contingere: est enim animi elatio suis bonis uerisque fidentis. Uolgo tamen sic loquimur, ut dicamus magnum gaudium nos ex illius consulatu aut ex nuptiis aut ex partu uxoris percepisse, quae adeo non sunt gaudia, ut saepe initia futurae tristitiae sint:
2 gaudio autem iunctum est non desinere nec in contrarium uerti. Itaque cum dicit Uergilius noster *Et mala mentis Gaudia,* diserte quidem dicit, sed parum proprie: nullum enim malum gaudium est. Uoluptatibus hoc nomen inposuit et quod uoluit expressit: significauit enim homines malo suo laetos. Tamen ego non inmerito dixeram cepisse me magnam ex epistula tua

= *mortes meas.* λ(?) = *mortis aeras.* Itaque Sanct. ex eodem cod. duas scripturas profert: ambiguum, utrum altera sit marginis, an Sanct. duos libros confuderit. νσ = *mortis horas.* ο = *mortis metas.* Cod. quidam Erm. = *mortis consulta.*

P = *lcturus es.* Pr.bE δεμν = *lucturus es.* B = *laturus es.* τ + *laturus vel lecturus es.* m Gγξ + *locuturus vel lecturus es.* RG — *es.*

Lib. VI. Ep. 7. (59.)

RB𝔄𝔑 — 𝔅 inter hanc et superiorem epistolam inserunt Ep. 75. *Minus tibi accuratas.*

p = *Mognum ∾ percipi.* B = *in epist. tua.*

permitte enim. GB — *enim.* G V = *Sic sane.* p = *ponere tamen illas demus ad demonstr.*

ad nostrum album = ci. Rod. Agric. 𝔊 — 𝔖. Pr.a sPr.b wREρρ (exc. εξοσ) Pall. 𝔑 — 𝔊1. = *ad nostrum alvum.* PpB 𝔄 = *ad nostram alvum.* Pr.b r = *ad nostrum alium.* V = *ad nostrum alumnum.* εξοσ Col. = *ad nostrum animum.*

𝔄 — *rem* ante *infamem.* 𝔄 — *et gaudium.* Pr.b = *et gladium.*

R — *non* ante *contingere.*

suis bonis verisque = PpPr.b wE cod. quidam Lips. r = *suis bonis virisque.* Pr.aGR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *s. b. viribusque.* Rell. n. l.

𝔄 = *confidentis.*

sic loquimur. G — *sic.* p = *si eloquimur.*

aut ex nuptiis. p — *ex.*

futurae tristitiae sint. γ subiungit haec (ex Natt. Quaestt. III, 3, 3. 4. petita): *In speculis apparet quae humorem halitu colligunt — Quod nix pati non potest, quia.*

2. *in contrarium verti* = mss. (EV n. l.) etiam Gr. 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *in contraria verti.* 𝔄 = *dicat Virgil.*

significavit enim. G — *enim.*

V — *Tamen ego non inmerito — inmodicam.* P𝔗 — 𝔊 = *coepisse me magnam.* p = *caepisse me m.* R — *magnam.* w(s∾) r — *ex.*

uoluptatem: quamuis enim ex honesta causa inperitus homo gau- 3
deat, tamen adfectum eius inpotentem et in diuersa statim in-
clinaturum uoluptatem uoco, opinione falsi boni motam, inmo-
deratam et inmodicam. Sed ut ad propositum reuertar, audi
quid me in epistula tua delectauerit. Habes uerba in potestate.
non effert te oratio nec longius quam destinasti trahit. Multi 4
sunt qui ad id quod non proposuerant scribere alicuius uerbi
placentis decore uocentur, quod tibi non euenit: pressa sunt
omnia et rei aptata. Loqueris quantum uis et plus significas
quam loqueris. Hoc maioris rei indicium est: adparet animum
quoque nihil habere superuacui, nihil tumidi. Inuenio tamen
translationes uerborum ut non temerarias, ita quae periculum
sui fecerint. Inuenio imagines: quibus si quis nos uti uetat et 5
poetis illas solis iudicat esse concessas, neminem mihi uidetur
ex antiquis legisse apud quos nondum captabatur plausibilis ora-
tio. Illi qui simpliciter et demonstrandae rei causa eloquebantur
parabolis referti sunt, quas existimo necessarias, non ex ea-

3. P — *quamvis enim — inclinaturum voluptatem.* ℜ — 𝔅 — *enim.*

ex honesta causa = ci. Lips. 𝔈. pPr.brw mGE antiqq. ?? P2. = *ex homine ista causa.* Pr.a = *ex omine ista causa.* RB recc. ?? Sc 𝔛ℜ — 𝔈1. = *ex nomine ista causa.* G𝔏𝔵𝔰 P1. 3. 4. Col. 𝔈2. — 𝔊 = *ex ista causa.* 𝔐 — 𝔍u𝔢4. = *ex iusta causa.* 𝔊ro 𝔅1. = *iusta causa* om. *ex.* sP3. ℜu𝔐a = *ex nomine iusta causa.*

rw = *in diversum statim.* ℜ — 𝔅 = *in diversum statum.* R = *statim reclinatu* [s *rum*]. sG 𝔛 = *opinionem.*

motam. sw = *metam.* G (m ∾) P1. = *tam immod.* r + *motam et immod.* P4. ℜ — 𝔊 = *falsi boni et immoder.* G — *et inmodicam.* 𝔛 — *ut* ante *ad propositum.* Pr.a + *in epistula tua sequatur delectaverit.*

4. *ad id quod.* 𝔅1. — 𝔐a — *id.*

G(s∾) Pr.a = *posuerunt scribere.* Sw ci. = *decore evocentur.* et laudat Gron. ad Ep. 47. (p. 229. s.) p = *et rei apta.* B = *et rei apparata.* sG ℜ — 𝔅 = *plus significas quam loquaris.* Nonnulli recc. ?? ℜ — 𝔅 = *nihil timidi.*

Invenio tamen = mss. (exc. G quidam Pinc. Sc) ℜ — 𝔐a. G Pinc. — *tamen.* Sc 𝔛𝔖 = *Invenio nunc.* V — *Invenio tamen — periculum sui fecerit.* w(s∾) — *verborum ut non.*

ut non temerarias, ita quae periculum sui fecerint = PpPr.ab Rr GBE plerique ?? plerique Pinc. Ops. Mod. (sed BE cum P2. = *itaque pericul. s. f.* quo non offenderis.) 𝔏 — 𝔅1. w = ∾ *ita quod per. sui fec.* γ𝔏𝔖 = ∾ *ita neque per. sui f.* P1. 4. = *ut non tem. neque per. sui f.* β𝔦𝔩𝔬𝔰 + *ut non tem., ita non indecorus quae per. s. f.* P3. = *ut non tem., ita non indecoras neque p. s. f.* mP2. Col. 𝔛𝔈1. — 𝔐 + *ut non tem., ita non indecoras: ita quae per. s. f.* mR ℜ — 𝔅ℜu — 𝔖 = *ut non tem., ita non indecorus: itaque per s. f.* Modius aut suos libros putavit imitandos esse aut scribendum: *ut non tem., ut non indecoras: ita quae p. s. f.* Reieci additamentum illud, quod alienum est ab optimo quoque librorum mss.

5. *eloquebantur.* Gℜ — 𝔗 = *et loquebantur.* p = *causa qua poelis oquebantur.*

dem causa qua poetis, sed ut inbecillitatis nostrae adminicula
sint et ut discentem et audientem in rem praesentem adducant.
6 Sextium ecce cummaxime lego, uirum acrem Graecis uer-
bis, Romanis moribus philosophantem. Mouit me imago ab
illo posita: *ire quadrato agmine exercitum ubi hostis ab*
omni parte suspectus est pugnae paratum. Idem, inquit,
sapiens facere debet: omnes uirtutes suas undique expan-
dat, ut ubicumque infesti aliquid orietur illic parata prae-
sidia sint et ad nutum regentis sine tumultu respondeant.
7 *Quod in exercitibus iis quos imperatores magni ordinant*
fieri uidemus, ut imperium ducis simul omnes copiae sen-
tiant sic dispositae, ut signum ab uno datum peditem simul
equitemque percurrat: hoc aliquanto magis necessarium
esse nobis ait. Illi enim saepe hostem timuere sine causa tu-
tissimumque illis iter quod suspectissimum fuit. Nihil stultitia
pacatum habet: tam superne illi metus est quam infra. utrum-
8 que trepidat latus. sequuntur pericula et occurrunt: ad omnia
pauet, inparata est et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem
ad omnem incursum munitus, intentus, non si paupertas,
non si luctus, non si ignominia, non si dolor inpetum fa-
ciat, pedem referet. Interritus et contra illa ibit et inter illa.

ut discentem. Mss. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *ut dicentem.*

6. *Sextium ecce.* E = *Sextum ecce.* w = *Sextum esse.* 𝔄 = *Sextium esse.* Sc hinc incipit novam epistolam numero 63. signatam. Etiam 𝔄 inserit sequentium argumentum: sed abest *Vale*, nec numerus conspicitur.

G(m∾) = *moribus prophetantem rogo. movit.*

Movit me imago. sR fere omnes ϱϱ = *movet me im.* r = *monuit me im.* p = *irent quadrato agmine.* π + *ubi hostis agmen ab omni parte suspectum est.*

G (s∾) ζϑσ = *suspensus est.*

p = *omnis virtutes suas.*

aliquid orietur = PpPr.ab RG EV fere omnes ϱϱ P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔅𝔖. rw(B) P2. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *aliquid oritur.*

7. *exercitibus iis* = Pp. Rell. mss., quos ipse legi, 𝔄𝔑 — 𝔖 = *ex. his.* 𝔄 — *magni* ante *ordinant.*

mυ = *catervae sentiant.* wr sR = *hoc aliquantum.* Pr.a = *hoc aliquando.* 𝔑 — 𝔅 = *est necessarium nobis.* 𝔄𝔈1. — 𝔖 + *nobis Sextius ait.* Mss. 𝔑 — 𝔅 carent nomine. Rursus miror maiorum neminem hoc notasse. Quidam ϱϱ = *nobis dixit.*

Illi enim saepe. 𝔑 — 𝔗 — *enim.* p = *hostem timueres in causa.*

Nihil stultitia = mss. (exc. V) 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *nil stult.* V = *nil tristitia pac.* Pr. bw (cr. ∾) = *stult. peccatum.* p = *pacatum habent.*

8. Pr.a = *Sequntur pericula.* wr mG = *Secuntur p.* w = *et concurrunt.* 𝔄 = *ad omnem cursum.*

munitus, intentus = PpPr.abϱϱ. Rr Gw 𝔈2. — 𝔐a + *munitus et intentus.* 𝔑 — 𝔅𝔖 + *munitus est et intentus.* 𝔄 = *munitus, interritus.* 𝔈1. = *munitus et interritus.* G = *Interriturus: et contra illa.* 𝔑 = *Inteeriturus et contra illa.* r = *contra illa bibit.*

Nos multa adligant, multa debilitant. diu in istis uitiis iacuimus,
elui difficile est: non enim inquinati sumus, sed infecti. Ne ab 9
alia imagine ad aliam transeamus, hoc quaeram quod saepe me-
cum dispicio, quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat? Primo
quia non fortiter illam repellimus nec toto ad salutem inpetu ni-
timur, deinde quia illa quae a sapientibus uiris reperta sunt non
satis credimus nec apertis pectoribus haurimus leuiterque tam
magnae rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis 10
quantum satis sit aduersus uitia discere qui quantum a uitiis ua-
cat discit? Nemo nostrum in altum descendit, summa tantum
decerpsimus et exiguum temporis inpendisse philosophiae satis
abundeque occupatis fuit. Illud praecipue inpedit, quod cito 11
nobis placemus. Si inuenimus qui nos bonos uiros dicat, qui
prudentes, qui sanctos, agnoscimus. Non sumus modica lau-
datione contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore congessit
tamquam debitum prendimus. optimos nos esse, sapientissimos
adfirmantibus adsentimur, cum sciamus illos saepe multa men-
tiri. adeo quoque indulgemus nobis, ut laudari uelimus in id 12

p = *Nos muta adligant.*

G + *nos multa debilitant.*

P = *deu in istis vitiis*: sed litterae *u in* erasae sunt. sP𝔄 + *in quibus iacuimus.* Col. + *lavari elui diff.* Gw P 1. 3. 4. = *erui diff. est.* B = *flui diff. est.* 𝔄 = *elui difficile ab istis.*

9. Pr.abE recc. nonnulli ꝑꝑ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *Nec ab alia im.* r + *Ne ergo ab alia im.* G (m∾) = *Ne ab illa imag.* R recc. ꝑꝑ 𝔑 — 𝔅 = *hoc quaeramus quod.* 𝔑 — 𝔅 = *quod semper mecum.* Pr.ab GwRr 𝔑 — 𝔅 = *despicio.* sr = *respicio.* 𝔄 = *quod mecum saepe considero.* E = *quod ita nos stult.* RG sw recc. nonnulli ꝑꝑ 𝔄 = *quid ista nos stult.* B = *quid nos ista stult.* P1. 4. = *pertinaciter tenet.* Pr.a = *inpetu nituntur.* p = *apertis peccutoribus.* B = *leniterque.*

10. Gw P1. 3. 4. = *quantum satis est.* ζ = *adversus vitia discedere.* rP2. (p.m.) = *quantum vitiis vacat.* om. *a.* Pr.aγK P 4. + *non discit.* Gζ𝔖 = *non discessit.* P 1. 3. = *non discedit.* Col. = *defert.* 𝔍u = *summam tantum decerpsimus.* 𝔑 — 𝔅 = *exiguumque temporis.*

11. p = *quod dicito nobis placemus.*

agnoscimus = Pprw sG(E) 𝔊 1. — 𝔖. Pr.b = *adnoscimus.* G = *agnovimus.* Pr.aRBSc 𝔄𝔑 — 𝔅 = *ignoscimus.* V = *acquiescimus.*

Non sumus modica = Pp Pr.ab GwRr 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *Nec sumus mod.* Rell. n. l. V = *modica laude.* B = *modica blanditione.* w = *prehendimus.* 𝔄 = *perpendimus.*

optimos nos esse. G (s∾) P 1. — *nos.* Col. — *esse.* GP1. 3. 4. 𝔄 = *assentimus.* p = *sciamus illo saepe.*

saepe multa mentiri = PpPr.a brwBE maior pars ꝑꝑ 𝔑 — 𝔊. GR (V) 𝔐 — 𝔐a — *multa.* Rell. ꝑꝑ Sc 𝔄𝔖 — *saepe.*

12. *adeo quoque* = PPr.ab Rr GwB ꝑꝑ 𝔄𝔑 — 𝔊. (EV) 𝔐 — 𝔖 = *adeoque.* p = *Atque.* p = *ut laudare velimus.*

cui contraria cummaxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit, in rapinis liberalissimum et in ebrietatibus ac libidinibus temperantissimum. Sequitur itaque ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander cum iam in India uagaretur et gentes ne finitimis quidem satis notas bello uastaret, in obsidione cuiusdam urbis, dum circumit muros et inbecillissima moenium quaerit, sagitta ictus diu perse-
13 dere et incepta agere perseuerauit. Deinde cum represso sanguine sicci uolneris dolor cresceret et crus suspensum equo paulatim obtorpuisset, coactus absistere: *Omnes*, inquit, *iurant esse me Iouis filium, sed uolnus hoc hominem esse me clamat.* Idem nos faciamus. Pro sua quemque portione adulatio infatuat: dicamus: Uos quidem me dicitis prudentem esse, ego autem uideo quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem. ne hoc quidem intellego quod animalibus satietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus. quantum capiam adhuc
14 nescio. Iam docebo quemadmodum intellegas te non esse sapientem. Sapiens ille plenus est gaudio, hilaris et placidus, inconcussus: cum dis ex pari uiuit. Nunc ipse te consule. Si numquam moestus es, nulla spes animum tuum futuri exspecta-

pPr.b ρρ = *tum maxime.* B = *tunc maxime.* Pr.aR𝔑—𝔅 = *tum maxime.* GV𝔄 = *tamen maxime.* Rell. ∾. Pr.a = *in illis suppliciis.* R + *aut in rapinis.*

et in ebrietatibus = mss. 𝔄𝔑 — 𝔖 — *et.*

temperantissimum = PPr.a bKv 𝔈2. — 𝔐𝔖. pGwRr Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔏—𝔐a = *temperatissimum.* Rell. n. l. V = *Sequitur utique.* r = *Sequitur ita ut.* P = *uti ideo.* Pr.a = *ut ita mutari.* G(m∾) V = *ut ideo imitari.* 𝔄 = *ut deos imitari uelimus.* p = *esse credidimus.* p = *cum tam in India.* G recc. ρρ P1. 3. 4. = *cuiusdam ciuitatis.* B — *urbis.*

dum circ. = 𝔄𝔈1. — 𝔖. G — *dum circumit muros.* Rell. mss. 𝔑—𝔅 — *dum.*

circumit = P[*m* erasum] p𝔖. Rr = *circumiuit.* 𝔑—𝔅 = *circuiuit.* Pr.ab 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *circuit.* Rell. n. l.

et inbecillissima. Pr.aRB nonnulli ρρ 𝔑 — 𝔅 + *et cum imbec.* G (alii ρρ) 𝔈2. — 𝔐a + *et dum imbec.* p = *inbecillissimam.* G(m∾) = *imbecilla.* R (s ∾) = *imbecillima.* 𝔄 = *moenia.* r = *quaerens.*

persedere. p = *persidere.* P = *persedemre.* r = *persidem.* wCol. (s.m.) = *perstitit ire.* 𝔈1. — 𝔊 = *perstitit in re.*

13. 𝔍u — *et crus suspensum equo — hominem esse me clamat.* Pr. b BV𝔑 — 𝔅 = *assistere.* Pr.a = *asistere.* p = *apsistenere.*

𝔄 — *nos* ante *faciamus.* wR(p. m.) BV 𝔑 — 𝔗 = *facimus.*

Pro sua quemque = mss. 𝔄𝔑—𝔗. 𝔅 — 𝔖 + *cum pro sua quemque.*

w — *autem* ante *uideo.* 𝔄 — *uideo.* Pr.aαπ = *quantum cupiam.*

14. *Sapiens ille plenus est g.* = mss. (exc. Gπ) etiam Gr. 𝔑 — 𝔅𝔖. G + *Sapiens autem ille.* (π) 𝔄𝔈1. — 𝔐a + *Sapiens ille est qui plenus g.*

tione sollicitat, si per dies noctesque par et aequalis animi te-
nor erecti et placentis sibi est, peruenisti ad humani boni sum-
mam. Sed si adpetis uoluptates et undique et omnes, scito 15
tantum tibi ex sapientia quantum ex gaudio deesse. Ad hoc
cupis peruenire, sed erras qui inter diuitias illuc te uenturum
esse speras, inter honores gaudium, inter sollicitudines quaeris.
Ista quae sic petis tamquam datura laetitiam ac uoluptatem cau-
sae dolorum sunt. Omnes, inquam, illi tendunt ad gaudium:
sed unde stabile magnumque consequantur ignorant. Ille ex con- 16
uiuiis et luxuria, ille ex ambitione et circumfusa clientium tur-
ba, ille ex amica, alius ex studiorum liberalium uana ostenta-
tione et nihil sanantibus literis. Omnes istos oblectamenta fal-
lacia et breuia decipiunt, sicut ebrietas quae unius horae hila-
rem insaniam longi temporis taedio pensat, sicut plausus et ad-
clamationis secundae fauor qui magna sollicitudine et partus est
et expiandus. Hoc ergo cogita hunc esse sapientiae effectum 17
gaudii aequalitatem. Talis est sapientis animus qualis mundus
super lunam: semper illic serenum est. Habes ergo quare ue-
lis sapiens esse, quia numquam sine gaudio est. Gaudium hoc
non nascitur nisi ex uirtutum conscientia. Non potest gaudere
nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. Quid ergo? inquis,
stulti ac mali non gaudent? Non magis quam praedam nacti leo-

15. p = *erras vix inter divitias illud venturum.* G(m∾)P1. = *Inter homines gaudium.* P4. = *Inter homines rides gaudium.*
gaudium, inter sollicitudines = PGw𝔖. RrE plerique ϱϱ plerique Gr. Sc𝔄𝔑 — 𝔊 + *idem gaudium inter sollic.* ε + *iter ad gaudium.* Rell. mss. + *id est gaudium inter soll.* 𝔐 — 𝔐a + *gaudium, id est, inter soll.* qui verborum ordo in mstis non est. w(s∾) = *ista quae sic quaeris.* p = *laetitiam ac voluptate.* p = *illo tendunt.*
p = *unde stabilem.* w = *consecantur.*
16. Rrw𝔄𝔑 — 𝔈1. = *clientum turba.* p = *illius ex studiorum.*
G(m∾)επ = *sonantibus literis.* w = *oblectamina fallacia.* p = *hilare insaniam.* Pr.a + *longique temporis.*
et partus est et expiandus. G = *et apparatus est et exp.* P1. = *et paratus est et exp.* P4. = *camparatus est.* wrmGP2. Col. = *expertus est.* w = *et experiendus.*
17. *aequalitatem* = w(p.m.) ε(V) 𝔐 — 𝔖. p = *aequalitate.* Rell. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *qualitatem.*
qualis mundus super lunam = PpRGwB aliquot ϱϱ P1.2.3. Sc𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. Pr.abrE rell. ϱϱ (exc. ζ) = *qualis mundi super lunam.* ζ𝔈1. — 𝔐a = *qualis mundi status super lunam.*
p = *semper illuc serenum est.*
Pr.b + *quia si numquam.* p + *Habes ergo ut quare.* p = *etsi numquam sine gaudia est.* p = *Gaudio hoc non nascitur.* G(m∾) P1. = *non nascitur sine virt. consc.* p = *nisi ex virtute conscientia.* w — *nisi fortes.* E = *praedam nacti lenones.*

18 nes. Cum fatigauerunt se uino ac libidinibus, cum illos nox inter uitia defecit, cum uoluptates angusto corpori ultra quam capiebat ingestae suppurare coeperunt: tunc exclamant miseri Uergilianum illum uersum:

Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus nosti.

Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia et quidem tamquam supremam agunt. Illud gaudium quod deos deorumque aemulos sequitur non interrumpitur, non desinit: desineret, si sumptum esset aliunde: quia non est alieni muneris, nec arbitrii quidem alieni est. Quod non dedit fortuna non eripit. Uale.

EPISTULA VIII. (60.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Queror, litigo, irascor. Etiam nunc optas quod tibi optauit nutrix tua aut paedagogus aut mater? Nondum intellegis quantum mali optauerint? O quam inimica nobis sunt uota no-

18. Pw (l.) G P1. 3. 4. Col. = *fatigaverint.* Nonnulli ex recc. ρρ = *fatigaverunt se vitio.* V = *fatigaverunt senio.*

ac libidinibus = PpGRr. Pr.abw 𝔄ℜ — 𝔖 = *et libidinibus.* Rell. n. l. RGGr. = *cum illis nox.*

inter vitia defecit = mss. (exc. P2.) etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔊 (ℜ — 𝔅 = *deficit*) mm 𝔈1. — 𝔈. P2. = *in vitia def.* 𝔐 — 𝔖 = *inter vina def.*

suppurare = Pr.brw (E) quidam ρρ 𝔈1. — 𝔖. p = *suppulrare.* PGRB quidam ρρ P1. 3. 4. Col. Sc 𝔄ℜ — 𝔅 = *superare.* Pr.bmR quidam ρρ P2. = *supputare.* VK = *suspirare.* Grut. malebat *suppurari.*

illum versum. 𝔄 = *versum illum.* Sc = *versiculum.* γ = *Virgilianum illud.* Sw. haec tanquam suspecta uncis inclusit. Sed servant ea omnes libri.

V = *Nosti eos omnem luxuriari n.* 𝔈1. 2. = *Nosti eos totam luxuriari noctem.* Etiam Pr.bGB antiquiores ρρ P1. P3. (p. m.) = *omnem luxuriari noctem.* P4. *homines luxuriari noctem.*

𝔄 + *et quidem noctem tamquam.* pPr.b maior pars ρρ P1. 4. Col = *suprema.*

𝔄 = *Id enim gaudium.* R + *Interrumperetur, desineret.* αβπℜ — 𝔗 = *si praefinitum esset.* υ = *si praesumptum esset.*

quia non est = mss. etiam Gr. ℜ — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a + *Sed quia non est.* In Vν turbatus est locus hoc modo: *quia non est aliunde, quia non est alieni muneris.* Pr.b + *alieni unde quia non est al. m.*

nec arbitrii quidem = mss. (exc. p) ℜ—𝔐a. p = *ne arbitri quidem.* 𝔄 = *ne quidem arbitrii.* 𝔖 = *ne arbitrii quidem.*

alieni est = mss. 𝔄ℜ — 𝔊ℜu — 𝔖. 𝔐 — 𝔅 1. — *est.* o + *Quod enim non dedit.* p + *Quod non vi dedit.* o = *nec eripit.*

Lib. VI. Ep. 8. (60.)

Hinc rursus incipit Emmerici mss. Pr.abd collatio: sed Ep. 60. in Pr.ab et ipse legi.

G — *tibi* ante *optavit.* PG = *inimicitiora.* γKπ = *immitio-*

strorum! eo quidem inimiciora quo cessere felicius. Iam non
admiror, si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: inter
exsecrationes parentum creuimus. Exaudiant di quoque no-
stram pro nobis uocem gratuitam. Quousque poscemus aliquid
deos, quasi ita nondum ipsi alere nos possimus? Quamdiu 2
sationibus inplebimus magnarum urbium campos? quamdiu nobis
populus metet? quamdiu unius mensae strumentum multa naui-
gia et quidem non ex uno mari subuehent? Taurus paucissi-
morum iugerum pascuo inpletur. una silua elephantis pluribus
sufficit: homo et terra pascitur et mari. Quid ergo? tam insa-
tiabilem nobis natura aluum dedit, cum tam modica corpora de-
disset, ut uastissimorum edacissimorumque animalium auidita-
tem uinceremus? Minime. Quantulum est enim quod naturae 3
datur? paruo illa dimittitur. Non fames nobis uentris nostri
magno constat, sed ambitio. Hos itaque, ut ait Salustius,
ventri obedientes animalium loco numeremus, non hominum:
quosdam uero ne animalium quidem, sed mortuorum. Uiuit is
qui multis usui est, uiuit is qui se utitur: qui uero latitant et

r a. p=*quo ces s a r e.* 𝔄𝔈1.2.= *Exaud i u n t.* 𝔈𝔊=*E t aud i u n t.* 𝔐=*Dii q u a n d o que.*

nostram pro n o b i s=mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔑u — 𝔖. 𝔐 — *pro nobis.* 𝔏 — 𝔅1.=*pro v o t i s vocem.*

quasi i t a nondum=PPr.abd Rr w mGBEρρ P2. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔊. G= *quasi i r a nond.* atque idem videbatur esse in P 1. p — *quasi.* Col. 𝔐 — 𝔖 — *ita.*

2. *Quamdiu sationibus*=PpRw (V) aliquot ρρ P3. (s.m.) 𝔈1. — 𝔖. Pr.ab GBE αδζξϰμνK P 1. Col. 𝔑 — 𝔅=*Q. r a tionibus.* r γ: P 2.=*Q. o r a t i onibus.* σπ=*Q. a r a tionibus.* quod ci. Grut. sG=*Q. f r a ctionibus.* P4.=*Q. s a n c tionibus.* 𝔄 + *Q. c i r a t i o n i b u s* [in ms. sine dubio fuit *a r a tionibus.*] *v e l sationibus.*

unius mensae. Col.=*unius m e s s e.* ε=*unius m e n s i s.* ο=*unius m e s s i s.*

strumentum=Pp [in p scriptum est *men s a e s t rumentum*] unus Mod. unus Ops. 𝔖. sP Mod. ci.= *i n s trumentum.* Sed Grut. (Suspicc. XII, 16.) defendit *strumentum.* cf. Pr. Ep. 76, 18. *struentium.* abGw Rr tres Ops. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞=*f r u mentum.* Rell. n. 1.

p=*Tau r o s.* 𝔈1.=*pas c u i.* 𝔈2. — 𝔐𝔞=*pasc u i s.* 𝔄=*iugerum s.* [i. e. *scilicet*] *a g r o.* Rell. imprr. et omnes mss. ∾. pB=*e lephan t i b u s.* 𝔑 = *e l e v a n t i b u s.* νσσ=*v e n t r e m nobis dedit natura.* 𝔑 — 𝔅 — *edacissimorumque.* Pr.a=*aviditatem vin c e m u s.*

3. rG=*N o s itaque.*

S a l u stius=PpPr.ab all. p= *loc u m numeremus.*

V i v i t i s q u i m u l t i s u s u i e s t , vivit is qui se utitur=pwγε ζιϰπτυ P3. duo Ops. 𝔑 — 𝔅 m𝔈2. Pr.ab GRr P 1. 2. 4. Col. 𝔄𝔈 1. — 𝔖 — *Vivit is qui multis usui est.* In *Notis* Sw. ait se dolere; quod non haec receperit reliquis omissis. Sed utraque profecto sunt genuina et referunt Senecae ingenium argutias quaerentis, verbisque ludentis. ο= *Vivit is qui s e n t i t u r.* De reliquis non satis constat.

torpent sic in domo sunt quomodo in condituo. Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas, mortem suam antecesserunt. Uale.

EPISTULA IX. (61.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Desinamus quod uolumus uelle. Ego certe id ago senex: eadem nolo quae puer uolui. In hoc unum eunt dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, haec cogitatio inponere ueteribus malis finem. Id ago ut mihi instar totius uitae sit dies. Nec mehercules tamquam ultimum rapio, sed sic illum adspicio, tamquam esse uel ultimus possit. Hoc animo tibi hanc epistulam scribo, tamquam me cummaxime scribentem mors euocatura
2 sit. Paratus exire sum et ideo fruar uita, quia quam diu futurum hoc sit non nimis pendo. Ante senectutem curaui ut bene

quomodo in conditivo = mss. (exc. RB) 𝔄𝔑 — 𝔊 𝔏4. 𝔖. B𝔐 = *quasi in cond.* R𝔏 (exc. 𝔏4.) — 𝔐a = *tanquam in cond.*

Lib. VI. Ep. 9. (61.)

B = *Desinimus velle quae puer volui.*

quod volumus = PpGEV P1. 2. P3. (p.m.) Col. 𝔄𝔑 — 𝔐. Rrw P4. P 3. (s. m.) 𝔏 — 𝔖 = *q. voluimus.* Rell. n. l. p = *Ergo certe.*

P4. = *id agam senex.*

eadem nolo = R ci. Gr. Vϰλο P4. = *eadem nolle.* Hoc ex illo facile potuit nasci, si quidem erat scriptum *nollo*, quemadmodum scribebatur *ollim* Grut. Inscr. DCXC. 5. *vellit* (velit). ib. DCLXXII. 1. Orell. Inscr. n. 4775. *vellis* (velis) ib. n. 4786. all. Codices mss. laudare supersedeo, cum in iis hoc saepissime reperiatur. PpGwrBE plerique ρρ P1. P2. (p.m.) 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *eadem velle.* Col. = *eadem velle ego.* γ = *eadem vello.* quod fortasse nanciscetur defensorem. 𝔏 — 𝔅1. = *non eadem velle.* ιπ quidam cod. Erm. (nisi forte per illud *in alio* intellexit 𝔅 vel 𝔗) P2. (s. m.) 𝔑 — 𝔅𝔖 = *ne eadem velle videar.* 𝔐𝔑u𝔐a — *ne videar eadem velle.* P3. = *ne eadem velle videam.* P4. = *quae pervolui.*

in hoc noctes. B = *eunt noctes.* 𝔑 — 𝔅 + *eunt in hoc noctes.* R w 𝔄𝔑 — 𝔅 = *mehercule.* P = *sed sic illum patio.* 𝔄 = *esse eciam ultimus.*

tamquam me cummaxime = Pp E Mod. GwRr BV plerique ρρ Gr. 𝔑 — 𝔅 = *tamq. me maxime* om. *cum.* 𝔄 = *tamq. max. me.* 𝔈1. — 𝔊 = *tamq. maxime* om. *me cum.* η cod. Erm. 𝔐 — 𝔖 = *tamq. cum maxime* om. *me.* ε = *tamq. me mox.*

2. *fruar vita* = mss. etiam Ss 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *fruor vita.* Male Sw. dicit hoc vulgatum esse inde a 𝔗. η + *quamdiu haec contingere futurum sit.* ϑP1. 2. 4. = *quamquam diu fut.*

non nimis pendo = PRwειλο mm 𝔈2. 𝔈. ex ci. Erm. (BE)Pr.b P2. 3. 𝔏 — 𝔐a = *non nimis pendeo.* p = *non minimis pendeo.* Θσ Pr.d Sc 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *non minus pendo.* εζηϑϰ = *non minus pendeo.* GP1. 4. = *non minus pendet.* ν utrumque habet *non nimis* et *non minus.* υ = *non in id pendeo.* r swαϰπ Col. quidam Pinc. Pr.a = *nemini pando.* mG 𝔑 — 𝔅 = *nemini panditur.* Pinc. ci. = „*a-*

uiuerem, in senectute ut bene moriar: bene autem mori est libenter mori. Da operam ne quid umquam inuitus facias. Quicquid necesse futurum est repugnanti in uolenti necessitas non est. Ita dico: qui imperia libens excipit partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit. Non qui iussus ali- 3
quid facit miser est, sed qui inuitus facit. Itaque sic animum conponamus ut quicquid res exigit id uelimus: et in primis finem nostri sine tristitia cogitemus. Ante ad mortem quam ad uitam praeparandi sumus. Satis instructa uita est, sed nos in instrumenta eius auidi sumus: deesse nobis aliquid uidetur et semper uidebitur. Ut satis uixerimus nec anni nec dies facient, sed

nimi pendeo vel certe *minimi pendo.*" Hoc receperunt 𝔐𝔖.

Quicquid necesse futurum est repugnanti in volenti necessitas non est = pwE. P2. = ∞ [*repugnanti* a s. m.] *in volente* ∞. PrV = ∞ *pugnanti* [in P *in* erasum] ∞. R = ∞ *repugnanti, volenti* om. *in*. G + *Quicquid nec. est futurum est rep. nam in volenti* ∞. P1. = *Quicquid nec. est venturum est rep. nam in volente nec. est* om. *non*. ρρ = *Quicq. nec. est futurum* [recc. = *venturum*] *est* ∞. B + *Quicq. futurum est necesse futurum est* ∞. P3. = *Quicq. futurum nec. est venturum est rep. nam in volente* ∞. P4. = *Quicq. nec. est venturum est rep. nam innolentem nec. non est.* Col. 𝔖 = *Quic. fut. est, nec. fut. est rep. in volentem nec. non est.* Grut. ci. = *Quicquid necesse est, venturum est repugnanti. in volentem nec. non est.* mG = *Quicq. fut. est nec. fut. est rep. volenti nec. non est.* e = *Quicq. nec. est fut. est pugnanti id volenti nec. n. e.* Mss. Mod. = ∞ *repugnanti, involenti necessitas est: in volente nec. n. e.* Modius *involens* dictum esse putat quemadmodum *inparens, inobediens* etc. Sed qui veteres libros legerunt, non ignorant saepissime Praepositiones Casibus suis praefigi, et apparet *in volente*, cum olim notatum fuerit tanquam diversa scriptura, una cum altero *in volenti* in contextum esse receptum. 𝔛 + ∞ *repugnanti, non volenti necessitas est, in volente* ∞. ℜ — 𝔅 = *Quicquid futurum est* [𝔗 = *esse*] *necesse est repugnanti, in volentem nec. non est.* Probat Matth. 𝔈1. — 𝔊 = *Quicq. necesse futurum est, repugnanti non volenti necessitas est, in volente nec. non est.* 𝔐 — 𝔅1. = *Quicq. necesse est, futurum est. Repugnanti non volente necessitas est: in volente nec. non est.* ℜu𝔐a ex ci. Gron. = *Quidquid necesse est, futurum est repugnanti. in volentem necessitas non est.*

w = *libens accipit.*

3. ℜ = *iussus aliquid facere.*

pE = *et qui invitus.* In P vocula est erasa.

res exigit = PwrB ℜ — 𝔅. p = *res exiet.* GR𝔛𝔈1. — 𝔖 = *res exiget.* Rell. n. l. Futurum huic loco magis convenire facile concedo.

p = *id vellimus.* p + *vi finem nostri.* P1. 3. 4. = *finem nostrum.* PP4. — *Satis instructa — avidi sumus.*

in instrumenta eius avidi = p. wV nonnulli ex antiquioribus ρρ = *in instrumento.* Rell. mss. etiam Gr. 𝔛𝔐 — 𝔈1. = *instrumento eius avidi.* quod nitebat Grutero, et sane apud Tacit. (H. I, 7.) legitur: *Servorum manus subitis avidae.* 𝔈2. — 𝔖 = *instrumentorum eius avidi.* quod mstorum nullam habet auctoritatem.

p(P2. Col.) 𝔈1. — 𝔐 = *nec dies*

animus. Uixi, Lucili carissime, quantum satis erat: mortem plenus exspecto. Uale.

EPISTULA X. (62.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Mentiuntur qui sibi obstare ad studia liberalia turbam negotiorum uideri uolunt: simulant occupationes et augent et ipsi se occupant. Uaco, Lucili, uaco et ubicumque sum ibi meus sum. Rebus enim me non trado, sed commodo, nec consector perdendi temporis causas. Et quocumque constiti loco ibi cogitationes meas tracto et aliquid in animo salutare conuerso.
2 Cum me amicis dedi, non tamen mihi abduco nec cum illis moror quibus me tempus aliquod congregauit aut causa ex officio nata ciuili, sed cum optimo quoque sum: ad illos, in quocumque loco, in quocumque seculo fuerunt, animum meum mitto. Demetrium uirorum optimum mecum circumfero et relictis conchyliatis cum illo seminudo loquor, illum admiror. Quidni admirer? uidi nihil ei deesse. Contemnere aliquis omnia potest, omnia habere nemo potest. Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum uia est. Demetrius autem noster sic uiuit non tamquam contempserit omnia, sed tamquam aliis habenda permiserit. Uale.

faciunt. Rell. ∾. Pp = *Vix Lucili.* B — *carissime.*

Lib. VI. Ep. 10. (62.)

E = *qui sibi optare.* 𝔄 = *studia moralia.*

Vaco, Lucili = mss. (E n. l.) 𝔑 — 𝔙. 𝔄𝔈1. — 𝔖 + *Vaco, mi Luc.* r = *ut ubicumque* ∾ *meus sim.*

ibi meus sum = PpGwRr Gr. Ops. 𝔑 — 𝔙𝔖. (BEV) 𝔄𝔈1. — 𝔐a — *ibi.*

me non trado = mss. 𝔑 — 𝔙. 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *non me trado.* G (m∾) Bγνοσ quidam Gr. 𝔑 — 𝔙 = *sed commendo.*

Et quocumque = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔑u — 𝔖. 𝔏 — 𝔙1. — *Et.* Grut. ci. = *Sed quoc.*

converso = PpGwr BE 𝔄𝔑 — 𝔙. cf. Cic. Univ. 8. *animus se ipse conversans.* GR 𝔈1. — 𝔖 = *verso.* Rell. n. l. ε = *non tum me mihi abduco.* η = *non tum me abduco.* o = *non tum mihi abduco.* Censor ed. Ruhk. in Diar. Litt. Jen. a. 1813. m. Iun. p. 406. ci. = *abducor.*

2. *ex officio nata civili.* PpE = *ex off. n. civi.* V𝔈1. — 𝔐 — *civili.* Rell. etiam Gr. Ops. cod. vet. Moniousii (vid. P. Faber ad Pandect. II. Tit. de diversis regulis iuris antiq.) ∾. w = *cum optimis quoque.* p = *cum optimo quocumque.* w — *in quoc. loco.*

seculo fuerunt = PpGγμνοπυ. Rrw 𝔄𝔑 — 𝔖 = *s. fuerint.* w — *meum* post *animum.* w(m∾) = *cum illo semideo.* 𝔄 = *cum illo semundo.* V — *Quidni admirer.* R = *nihil illi deesse.* G = *Democritus noster.*

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER VII.

EPISTULA I. (63.)
SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Moleste fero decessisse Flaccum amicum tuum: plus tamen
aequo dolere te nolo. Illud ut non doleas uix audebo exigere,
et esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi continget nisi
iam multum supra fortunam elato? Illum quoque ista res uelli-
cabit, sed tantum uellicabit. Nobis autem ignosci potest pro-
lapsis ad lacrimas, si non nimiae decurrerunt, si ipsi illas re-
pressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico nec fluant: la-
crimandum est, non plorandum. Duram tibi legem uideor po- 2
nere? cum poetarum Graecorum maximus ius flendi dederit in
unum dumtaxat diem, cum dixerit *etiam Niobam de cibo co-
gitasse.* Quaeris unde sint lamentationes, unde inmodici fle-
tus? Per lacrimas argumenta desiderii quaerimus et dolorem
non sequimur, sed ostendimus. Nemo tristis sibi est. O in-

Lib. VII. Ep. 1. (63.)

In hac epistola excussi ms. Sorbon. 354., quem per Sorb. 2. significatum intellige.

Moleste fero = Pp Sorb. 2. rw mG BEVe γδμνKυ mss. optimi Ops. αβελοπ P2. 3. Col. SbcPr.abd ℜ — 𝔐𝔖 = *Moleste fers.* Sed suspicor certe in Pr.ab esse *M. fero:* quippe solent cum melioribus consentire, et Sw. falso laudat *fers* etiam ex Ops. et Pr.d (ν) et 𝔄, quae habet *Moleste vero.* β = *M. ferunt.* GR P1. 4. (rell. ρρ) 𝔏 — 𝔐𝔞 = *Graviter fers.* Liber Siculus = *Graviter fero.* probat Mur. Arg.b— *plus tamen aequo — stomachum excitare* §. 6. Gℜ = *dolere te volo.* 𝔐 = *vix audeo exigere.* wℜ — 𝔅 + *exigere a te.* 𝔐 = *etsi esse melius.* V = *sed non nimiae.* p = *si non minime.*

decurrerunt = Pp Sorb. 2. Gw Rr ℜ — 𝔐𝔖. 𝔄 = *decurrerint.* 𝔏 — 𝔐𝔞 = *decurrerent.* quod unde petitum sit nescio: nam de rell. mstis nihil proditum est. 𝔅1. — 𝔐𝔞 ed. Tauchn. = *illa repressimus* aperto vitio. Sorb. 2. = *eas depressimus.* P1. 2. 4. Col. = *illas depressimus.* Sorb. 2. = *ne fluant.* G = *non fluant.* B = *nec plorandum.*

2. p = *cuius flendi.* V — *cum dixerit — cogitasse.*

Niobam = Pp Sorb. 2. GwRrB 𝔄 ℜ—𝔅. ℭ1. — 𝔖 = *Nioben.* Rell. n. l.

p = *et dolorem non querimur.* quod valde mihi placet. p + *O in-*

3 felicem stultitiam! est aliqua et doloris ambitio. Quid ergo?
inquis, obliuiscar amici? Breuem illi apud te memoriam pro-
mittis, si cum dolore mansura est. Iam istam frontem ad ri-
sum quaelibet fortuita res transferet: non differo in longius tem-
pus quo desiderium omne mulcetur, quo etiam acerrimi luctus
residunt. Cum primum te obseruare desieris, imago ista tristi-
tiae discedet: nunc ipse custodis dolorem tuum. sed custo-
4 dienti quoque elabitur eoque citius quo est acrior desinit. Id
agamus ut iucunda nobis amissorum fiat recordatio: nemo liben-
ter ad id redit quod non sine tormento cogitaturus est. Sic il-
lud fieri necesse est ut cum aliquo nobis morsu amissorum quos
amauimus nomen occurrat: sed hic quoque morsus habet suam
5 uoluptatem. Nam, ut dicere solebat Attalus noster: *Sic ami-
corum defunctorum memoria iucunda est, quomodo poma
quaedam sunt suauiter aspera, quomodo in uino nimis ue-
teri ipsa nos amaritudo delectat: cum uero interuenit spa-
tium, omne quod angebat exstinguitur et pura ad nos uolu-
ptas uenit.* Si illi credimus: *Amicos incolumes cogitare
melle ac placenta frui est: eorum qui fuerunt retractatio
6 non sine acerbitate quadam iuuat. Quis autem negauerit
haec acria quoque et habentia austeritatis aliquid stoma-
chum excitare?* Ego non idem sentio: mihi amicorum defun-
ctorum cogitatio dulcis ac blanda est. Habui enim illos tamquam
amissurus, amisi tamquam habeam. Fac ergo, mi Lucili, quod
aequitatem tuam decet, desine beneficium fortunae male inter-

felicem sibi stultitiam. r = *inf. tristitiam.*

3. G (s∾) Gr. 𝔑 — 𝔗 = *fortuita res transfert.* p = *quod desiderium* et = *quod etiam.* w nonnulli ex recc. ρρ P4. = *luctus resident.* 𝔈1. — 𝔊 = *l. recidunt.*

p = *inmago ista.*

4. G P 1. 2. 4. = *ad id libenter tendit.*

Sic illud fieri = P Sorb. 2. GwrBE ρρ Gr. 𝔄𝔑—𝔙. p = *Sicut illud f.* R = *Si tamen illud f.* V = *Si tamen istud sic fieri.* 𝔈1.—𝔊 + *Sic tamen illud f.* 𝔐𝔍u = *Si tamen illud f.* 𝔏 — 𝔖 = *Si tamen istud f.*

sed hic quoque morsus = mss. (V n. l.) etiam Gr. 𝔄𝔑—𝔊. 𝔐—𝔖 — *sed.*

5. R in margine habet quaedam Arabica. In 𝔄 proxima turbato ordine leguntur.

E = *incolumes tractare.* p = *quod agebat exstingitur.* Sorb. 2. GB αδεμKυ = *Si ulli credimus.* RsSorb. 2. + *Si vero illi cred.*

w = *eorum qui fuere.* R(s∾) υ = *qui fuerunt retractio.* ο = *q. f. recordatio.* ν = *sine acerbitate quadam limat.*

6. G P1. 4. = *Ego vero idem.* P3. + *Ego vero non idem.* In 𝔏1. — 𝔐a *defunctorum* est incuria omissum. 𝔈1. — 𝔐 = *beneficium naturae.*

pretari. Abstulit, sed dedit. Ideo amicis auide fruamur, quia 7
quamdiu contingere hoc possit incertum est. Cogitemus quam saepe illos reliquerimus in aliquam peregrinationem longinquam exituri, quam saepe eodem morantes loco non uiderimus: intellegemus plus nos temporis in uiuis perdidisse. Feras autem hos qui neglegentissime amicos habent, miserrime lugent nec amant quemquam, nisi cum perdiderunt? Ideoque tunc effusius 8
moerent, quia uerentur ne dubium sit an amauerint: sera indicia adfectus sui quaerunt. Si habemus alios amicos, male de his et meremur et existimamus, quia parum ualent in unius elati solatium: si non habemus, maiorem iniuriam ipsi nobis fecimus quam a fortuna accepimus. Illa unum abstulit, nos quemcumque non fecimus. Deinde ne unum quidem nimis amauit 9
qui plus quam unum amare non potuit. Si quis despoliatus amissa unica tunica conplorare se malit quam circumspicere quomodo frigus effugiat et aliquid inueniat quo tegat scapulas: nonne tibi uideatur stultissimus? Quem amabas extulisti: quaere quem ames. Satius est amicum reparare quam flere. Scio pertritum 10
iam hoc esse quod adiecturus sum: non ideo tamen praetermittam, quia ab omnibus dictum est. Finem dolendi etiam qui consilio non fecerat tempore inuenit: turpissimum autem est in homine prudenti remedium moeroris lassitudo moerendi. Malo relinquas dolorem quam ab illo relinquaris: et quam primum id

7. p = *quam saepe illos requirimus in aliqua peregrinatione.* Sorb. 2. = *intelligamus plus nos.* p = *plus nobis.*

qui neglegentissime amicos habent = PpBE Arg.b Sorb. 2. wr + *qui neglig. cum amicos habeant.* GR𝔄𝔑 — 𝔖 + *qui cum negl. amicos habeant.* Rell. n. l.

nisi cum perdiderunt = PpBVSb 𝔑—𝔅1. 𝔖. E — *cum.* Rεπ 𝔑u 𝔐a = *nisi cum perdiderint.* Sorb. 2. rGw rell. ρρ Gr. Sc Prr. 𝔄 = *nisi perdiderint.*

8. p = *effusi moerent.* 𝔄𝔑 — 𝔐a = *sera iudicia.* ιπ P3. Col. mP2. 𝔑 — 𝔈1. + *relinquunt et quaerunt.* Lips. ci. + *relinquere quaerunt.* p = *qui parum valent.*

quemcumque non fecimus = Pp Sorb. 2. rell. etiam Gr. Mod. Ops. Ss. (exc. Sc) 𝔑 — 𝔅 𝔏4. 𝔊ro 𝔖. Sc 𝔄 𝔈1. (exc. 𝔏4. 𝔊ro) — 𝔐a = *quemquam n. f.*

9. *nimis amavit* = mss. etiam Gr. Ops. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a — *nimis.* 𝔄 — *quam* ante *unum.*

GRr 𝔄 = *dispoliatus.* GwR = *amissa una tunica.* V 𝔍u — *unica.*

G(m∾) plerique Gr. = *videatur stultus.* ζηɔ P3. = *Sanctius est amicum.* G(m∾) αϑπ = *recuperare.*

10. GP1. 3. 4. Col. 𝔊ro — 𝔐a + *Scio quidem pertritum.* 𝔄 = *Scio pararum.* Gp = *qui ab omnibus.* Sorb. 2. w Arg.b EV = *ab hominibus.* p = *turpissimum autem* om. *est.* 𝔄𝔑 — 𝔊ro = *in homine prudente.* o = *remedium doloris.* R — *moeroris.*

et quam primum = Pp Sorb. 2.

facere desiste quod, etiamsi uoles, diu facere non poteris.
11 Annum feminis ad lugendum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius: uiris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis uix retractis a rogo, uix a cadauere reuulsis, cui lacrimae in totum mensem durauerint? Nulla res citius uenit in odium quam dolor, qui recens consolatorem inuenit et aliquos ad se adducit, inueteratus uero deridetur, nec inmerito. aut
12 enim simulatus aut stultus est. Haec tibi scribo, is qui Annaeum Serenum carissimum mihi tam inmodice fleui ut quod minime uelim inter exempla sim eorum quos dolor uicit. Hodie tamen factum meum damno et intellego maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quod numquam cogitaueram mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurrebat minorem esse et multo minorem, tamquam ordinem fata seruarent. Itaque adsidue cogitemus tam de nostra quam omnium quos diligimus mortalitate.
13 Tunc ego dicere debui: Minor est Serenus meus: quid ad rem pertinet? post me mori debet, sed ante me potest. Quia non feci, inparatum subito fortuna percussit. Nunc cogito omnia et mortalia esse et incerta lege mortalia. Hodie fieri potest quicquid umquam potest. Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo peruenturos quo illum peruenisse moeremus. Et fortasse, si modo uera sapientium fama est recipitque nos locus aliquis, quem putamus perisse praemissus est. Uale.

EPISTULA II. (64.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Fuisti here nobiscum. Potes queri, si here tantum. ideo

rSs 𝔄𝔑—𝔊𝔖. R𝔐—𝔐a— *et* Rell. n. l.

11. V— *ad lugendum.* R recc. ϱϱ = *a cadavere evulsis.* Alii ϱϱ P3. 𝔑—𝔅 = *avulsis.* GR = *cuius lacrimae.* p— *et* ante *aliquos ad se.* R(s∾)G— *vero* ante *deridetur.* P = *simulatur.*

12. RVαo 𝔄𝔑—𝔅 = *amicum Serenum.* p = *hodie autem factum meum.* G = *si lugere defuisse.* Sorb. 2. = *cogitaverim.* p𝔍u = *facta servarent.* G𝔑—𝔅 + *quam de omnium quos.* w = *quam de omnibus quos.*

13. p P1. 3. 4. = *Tunc ergo.* GR ϱϱ (exc. δμKυ) 𝔑—𝔅 + *Quod quia non feci.* Sorb. 2. = *Nunc cogita.* P(s.m.) Sorb. 2. w 𝔈1.—𝔊 = *lege mortuli.* Sorb. 2. — *modo* ante *vera.*

sapientium = mss. (exc. GRB) 𝔄𝔑—𝔐𝔖. GRB 𝔏—𝔐a = *sapientum.* Arg.b 𝔑—𝔗 = *periisse.*

Lib. II. Ep. 2. (64.)

here = P. p = *heres.* Mox ambo = *here.* PpGR 𝔄𝔑—𝔊 = *Potest queri* (*quaeri*). r + *ideo id adieci.* p— *ideo.*

adieci nobiscum: mecum enim semper es. Interuenerant qui-
dam amici propter quos maior fumus fieret: non hic qui erum-
pere ex lautorum culinis et terrere uigiles solet, sed hic modi-
cus qui hospites uenisse significet. Uarius nobis fuit sermo,
ut in conuiuio, nullam rem usque ad exitum adducens, sed
aliunde alio transsiliens. Lectus est deinde liber Quinti Sextii 2
patris, magni, si quid mihi credis, uiri et, licet neget, Stoici.
Quantus in illo, di boni, uigor est, quantum animi! Hoc non
in omnibus philosophis inuenies. Quorumdam scripta clarum
habent tantum nomen, cetera exsanguia sunt. Instituunt, dis-
putant, cauillantur: non faciunt animum, quia non habent.
Cum legeris Sextium, dices: Uiuit, uiget, liber est, supra 3
hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciae. In qua po-
sitione mentis sim, cum hunc lego, fatebor tibi: libet omnes
casus prouocare, libet exclamare: Quid cessas, fortuna? con-
gredere: paratum uides. Illius animum induo qui quaerit ubi 4
se experiatur, ubi uirtutem suam ostendat,

Spumantemque dari pecora inter inertia uotis
Optat aprum aut fuluum descendere monte leonem.

Libet aliquid habere quod uincam, cuius patientia exercear.
Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod et ostendet ti-
bi beatae uitae magnitudinem et desperationem eius non fa-
ciet. Scies esse illam in excelso, sed uolenti penetrabilem. 5

significet = PpRrGwEV Arg.b ρϼ P 1. 3. 4. Col. cod. Iur. optimus quisque Ss. ℜ — 𝔅𝔖. P2. = *significat.* (B) 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *significaret.* GR P 1. 3. 4. *ad exitum ducens.*

2. Gℜ — 𝔅 = *Lectus enim.* GR P1. 3. 4. = *si quidem mihi credis.*

licet neget = PpwBEe Arg.b P 1. 3. 𝔐a𝔖. P4. (s. m.) = *licet negant.* G = *licet vetent.* Rr P 2. Col. 𝔄ℜ — ℜu = *licet negent.* Rell. n. l.

Quantus — vigor est = mss. (exc. P.) etiam Gr. Ops. Ss. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. P = *Quantus — vigorem.* 𝔈1. — 𝔐a = *Quantum — vigoris est.* G P1. = *hec* [P1. = *hoc*] *non etiam omnibus fidelibus invenies.* p — *cetera* ante *exsanguia.* r = *cetera exigua sunt.*

3. p = *dimitte me plenum.*

In qua positione = Pp GwrE codd. Norimb. Erlang. Herbip. Iani, qui primus sic legendum esse monuit l. l. Iterum retracto sententiam propositam (Diar. Litt. Hal. a. 1840. n. 160. p. 58.), cum carerem lectione librorum Ppr. BV Arg.b ℜ — 𝔅 = *In quacumque positione — sum.* R (ρϼ) 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *In quacumque pos. — sim.* P2. Col. = *cum hunc legero.* G P3. = *cum hunc lego, fateor tibi.* P4. = *cum hoc lego, fateor tibi.* w = *licet omnes casus.* G = *omnis casus.* G P1. 3. + *paratum non vides.*

4. V — *Spumantemque — leonem.*

R = *Licet aliquid habere.* pG = *patientia exerceatur.* ℜ — 𝔗 = *patientiam exerceam.* p — *et* ante *ostendet.*

5. R = *Scias esse illam.*

Hoc idem uirtus tibi ipsa praestabit ut illam admireris et tamen
speres. Mihi certe multum auferre temporis solet contemplatio
ipsa sapientiae: non aliter illam intueor obstupefactus quam
ipsum interim mundum quem saepe tamquam spectator nouus
uideo. Ueneror itaque inuenta sapientiae inuentoresque: adire
6 tamquam multorum hereditatem iuuat. Mihi ista adquisita, mi-
hi laborata sunt. Sed agamus bonum patremfamiliae, faciamus
ampliora quae accepimus: maior ista hereditas a me ad posteros
transeat. Multum adhuc restat operis multumque restabit, nec
ulli nato post mille secula praecludetur occasio aliquid adhuc adi-
ciendi. Sed etiamsi omnia a ueteribus inuenta sunt, hoc sem-
per nouum erit usus et inuentorum ab aliis scientia ac disposi-
7 tio. Puta relicta nobis medicamenta quibus sanarentur oculi:
non opus est mihi alia quaerere: sed haec tamen morbis et tem-
poribus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum conleuatur. hoc
palpebrarum crassitudo tenuatur. hoc uis subita et humor auer-
titur. hoc acuetur uisus. Teras ista oportet et eligas tempus,
8 adhibeas singulis modum. Animi remedia inuenta sunt ab anti-
quis: quo modo autem admoueantur aut quando nostri operis
est quaerere. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non
peregerunt: suspiciendi tamen sunt et ritu deorum colendi.
Quidui ego magnorum uirorum et imagines habeam incitamenta

Hoc idem virtus = mss. etiam Gr. Ss. 𝔑—𝔅𝔖. 𝔄𝔈1.—𝔐a = *Hoc quidem virtus.* 𝔄 = *virtus est, ipsa praestabit.* R 𝔑—𝔅 = *ipsa dabit.* P3. 4. Col. = *tamquam speculator novus.*

6. p = *Mihi ita adquisita.* R 𝔑—𝔅𝔖 + *mihi ista laborata.* 𝔖 = *patremfamilias* contra meos certe libros. R nonnulli ex recentioribus ρρ 𝔑—𝔗 + *hereditas mea.* PG = *hereditas ad me.* V = *ad posteros transit.*

Multum adhuc restat. BV — *adhuc.* p = *restat operibus.* G (m∾) P1. 3. — *que* in *multumque.* w = *excludetur occasio.* π = *praeripietur occ.*

ac dispositio = Pp wrB 𝔖. GR 𝔄𝔑—𝔐a = *et disp.* R = *et disputatio.*

7. w = *quibus sanentur oculi.* *sed haec tamen morbis* = PprGwE ρρ (exc. αβεημKΘοπυ) P1. 2. 3. Col. Sb Pr. bd 𝔈1.—𝔊𝔖. P4. = *sed hic* ∾. Vo = *sed haec tantum morbis.* R αβεημKΘπυ vet. lect. Pinc. mCol. 𝔄𝔑—𝔅 = *sed haec tamen modis.* B 𝔑u = *sed haec tantum modis.* 𝔐—𝔅1. = *haec tantum morbis* om. *sed.* 𝔐a = *haec tantum modis.* r = *vel temporibus.* γιν P2. = *et temporalibus.* p = *subite timor avertitur.*

acuetur = mss. (exc. Rw) 𝔄𝔖. Rw 𝔑—𝔐a = *acuitur.*

8. ν + *tempus quod adhibeas.* o + *tempus quo adh.* αβλπ 𝔑—𝔅 = *quomodo autem adhibeantur.* Col. = *Multum egere qui ante nos fuere.* Gw maior pars ρρ = *suscipiendi tamen.* R 𝔑—𝔅 = *maiorum virorum imagines* om. *et.*

animi et natales celebrem? Quidni ego illos honoris causa sem-
per adpellem? Quam uenerationem praeceptoribus meis debeo 9
eamdem illis praeceptoribus generis humani a quibus tanti boni
initia fluxerunt. Si consulem uidero aut praetorem, omnia qui-
bus honor haberi honori solet faciam? equo desiliam, caput ada-
periam, semita cedam? Quid ergo? Marcum Catonem utrum-
que et Laelium Sapientem et Socratem cum Platone et Zenonem
Cleanthemque in animum meum sine dignatione summa reci-
piam? Ego uero illos ueneror et tantis nominibus semper ad-
surgo. Uale.

EPISTULA III. (65.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Hesternum diem diuisi cum mala ualitudine: antemeridia-
num illa sibi uindicauit, postmeridiano mihi cessit. Itaque le-
ctione primum temptaui animum. deinde cum hanc recepisset,
plus illi imperare ausus sum, immo permittere. Aliquid scripsi
et quidem intentius quam soleo, dum cum materia difficili con-
tendi et uinci nolo: donec interuenerunt amici qui mihi uim ad-
ferrent et tamquam aegrum intemperantem coercerent. In lo- 2
cum stili sermo successit: ex quo eam partem ad te perferam
quae in lite est. Te arbitrum addiximus: plus negotii habes
quam existimas. Triplex causa est. Dicunt, ut scis, Stoici
nostri *duo esse in rerum natura ex quibus omnia fiant cau-
sam et materiam.* Materia iacet iners, res ad omnia parata,

w = *celebrentur.*

9. *Quidni ego illos* = mss. (pauci quidam = *ergo*) ℜ—𝔅𝔖. 𝔄 𝔈1.—𝔐a— *ego.* Gℜ—𝔅— *illis* ante *praeceptoribus.* ℜ—𝔅 = *Si consulem video.*

quibus honor haberi honori solet = PpwEαβδεηκλνKϛπστ P3. 4. Col. Ops. Mod. 𝔄ℜ—𝔗𝔖. vid. Ind. in *Honor.* GRr (BV rell. ρϱ) P1. 2. 𝔅—𝔐a— *honori.* GR P1. 3. m P2. 𝔄 = *Catonem Mutiumque.* PpE 𝔄ℜ = *et Zenone.* r = *sine indignatione summa.* ℜ—𝔗— *summa.* 𝔄 = *Ego illis veneror* om. *vero.*

Lib. VII. Ep. 3. (65.)

G(n.) P1. 3. 4. Col. + *illa me sibi vind.*

postmeridiano = Ppr (EV Arg. b) δνυ tres Ops. 𝔏—𝔖. GwRB rell. ρϱ ℜ—𝔐 = *postmeridianum.* 𝔄 = *post tempus meridianum.* w = *post illi imperare.*

contendi = mss. (exc. δνου P2.) 𝔄ℜ—𝔅𝔖. ν = *contendere.* δο = *contemni.* υ (P2. ?) 𝔈1.—𝔐a = *contendo.* Col. = *donec intervenirent.* P2. ℜ—𝔗 = *d. intervenerint.* Rell. Gr. = *intraverint* aut *intraverunt.* G(s∾) = *aegrum intemperatum.*

2. *arbitrum addiximus* = p unus Ops. ci. Grut. 𝔖. Rell. mss. 𝔄ℜ—𝔊ℜu𝔐a = *arb. adduximus.* 𝔐—𝔅1. = *arb. adegimus* ex ci. Lips.

3 cessatura, si nemo moueat. Causa autem, id est ratio, materiam format et quocumque uult uersat, ex illa uaria opera producit. Esse ergo debet *unde* fiat aliquid, deinde *a quo* fiat: hoc *causa est*, illud *materia*. Omnis ars naturae imitatio est: itaque quod de uniuerso dicebam ad haec transfer quae ab homine facienda sunt. Statua et materiam habuit quae pateretur arti-
4 ficem et artificem qui materiae daret faciem. Ergo in statua materia aes fuit, causa opifex. Eadem condicio rerum omnium est: ex eo constant quod fit et ex eo quod facit. Stoicis placet *unam causam esse id quod facit.* Aristoteles putat *causam tribus modis dici. Prima, inquit, causa est ipsa materia sine qua nihil potest effici. secunda opifex. tertia est forma quae unicuique operi inponitur tamquam statuae:* nam hanc Aristoteles εἶδος uocat. *Quarta quoque,* inquit, *his ac-*
5 *cedit propositum totius operis.* Quid sit hoc aperiam. Aes prima statuae causa est: numquam enim facta esset, nisi fuisset id ex quo funderetur ducereturue. Secunda causa artifex est: non potuisset enim aes illud in habitum statuae figurari, nisi accessissent peritae manus. Tertia causa est forma: neque enim statua ista δορυφόρος aut διαδούμενος uocaretur, nisi
6 haec illi esset inpressa facies. Quarta causa est faciendi propositum: nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est *propositum?* Quod inuitauit artificem, quod ille secutus fecit. Uel pecunia est hoc, si uenditurus fabricauit, uel gloria, si labo-

p—*si* ante *nemo moveat.* GP1. 3. Col. + *etiamsi nemo moveat.*

3. p = *quaecumque vult versat.* 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *denique a quo fiat.* GP1. 3. 4. = *ad hoc transferunt.*

pateretur artificem = mss. etiam Ss. ℜ — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐𝔞 = *pat. artificium.* pG(m∾) — *et artificem.*

4. Rr = *Igitur in statua.* 𝔈1. — 𝔐𝔞 (exc. 𝔏4.) = *causa artifex.* Mss. etiam Gr. Ss. 𝔄ℜ — 𝔅 𝔏4. 𝔖 ∾. GRr BArg.b ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔊 = *constat quod fit.* probat Grut. R nonnulli ex recc. ρρ = *quo fit.* p + *nihil es potest effici.* V = *secunda artifex.*

tertia est forma = Mss. (EV n. l.) 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐𝔞 — *est.*

εἶδος *vocat.* Mss. et imprr. = *Idos* vel *Ydos.* G = *Quarta autem his accedit* om. *inquit.*

5. *ex quo funderetur* = mss. 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔊𝔖. 𝔈2. 𝔈 + *ex eo quo fund.* 𝔐 — 𝔐𝔞 + *ex quo ea fund.* p = *in habitu statuae.*

δορυφόρος *aut* διαδούμενος. Haec quoque Graece scripsi, cum mss. ipsis vitiis ita olim fuisse testarentur. (G = *dyudumoros.* P1. 3. 4. = *dyandumeros*, alii aliter.) p = *vocarentur.* R = *impressa foret.*

6. r — *faciendi.* w = *quia nisi hoc fuisset.* ℜ — 𝔅 = *nisi etiam hoc fuisset.* wV = *facta non fuisset.* prG𝔄ℜ — 𝔅 = *Quod est propositum?* w = *invitat* et *facit.* pGE = *vel pecunia est haec.* w = *hanc si venditurus.* Arg.b = *pecunia est,*

rauit in nomen, uel religio, si donum templo parauit. Ergo et
haec causa est propter quam fit. An non putas inter causas
facti operis esse numerandum quo remoto factum non esset?
His *quintam* Plato adicit *exemplar*, quam ipse ἰδέαν uocat: 7
hoc est enim ad quod respiciens artifex id quod destinabat ef-
fecit. Nihil autem ad rem pertinet utrum foris habeat exemplar
ad quod referat oculos an intus quod ibi ipse concepit et posuit.
Haec exemplaria rerum omnium deus intra se habet numerosque
uniuersorum quae agenda sunt et modos mente conplexus est:
plenus his figuris est quas Plato ἰδέας adpellat *inmortales, in-*
mutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt, 8
ipsa autem humanitas ad quam homo effingitur permanet: et ho-
minibus laborantibus, intereuntibus illa nihil patitur. *Quinque*
ergo causae sunt, ut Plato dicit: *id ex quo, id a quo, id in*
quo, id ad quod, id propter quod. Nouissime id quod ex
his est. Tamquam in statua (quia de hac loqui coepimus) id ex 9
quo aes est, id a quo artifex est, id in quo forma est quae
aptatur illi, id ad quod exemplar est quod imitatur is qui facit,
id propter quod facientis propositum est: id quod ex istis est
ipsa statua est. *Haec omnia mundus quoque,* ut ait Plato,
habet: facientem: hic deus est. ex quo fit: haec materia
est. formam: haec est habitus et ordo mundi quem uide- 10
mus. exemplar, scilicet ad quod deus hanc magnitudinem
operis pulcherrimi fecit. propositum propter quod fecit.

hanc si venditurus et haec causa est vel gloria. w = *vel gloriosum donum templu paravit.*

esse numerandum = mss. etiam Gr. (P2. + *id*) Ops. 𝔑—𝔅𝔖. 𝔄 𝔈1.—𝔐a — *esse.*

7. Arg.b = *Plato adiecit.* PG = *id quod respiciens.* 𝔑—𝔅 + *id ad quod resp.* p = *aliquod respiciens.*

effecit = mss. etiam fere omnes Gr. 𝔄𝔑—𝔅𝔖. 𝔈1.—𝔐a = *efficit.*

ibi ipse concepit = Pp BEV Arg.b 𝔄𝔑—𝔗. G = *ipse concipit ibi.* Rrw 𝔅—𝔖 = *sibi ipse concepit.* G — *quae* ante *agenda.* μ = *immortales, innumerabiles, infat.* 𝔄 + *immortales, innumerabiles.* β:𝔑—𝔅m𝔈1. + *infatigabiles innumerabiles.*

8. *illa nihil patitur* = Pp rell. mss. 𝔑—𝔅𝔖. 𝔄𝔈1.—𝔐a = *nil patitur.* R = *Quinque igitur causae.*

id in quo = mss. (exc. p) etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐—𝔐a — *in.* Itidem res habet etiam infra. p = *id a quo, id in* [cr. *ad*] *quod, id propter novissime* reliquis omissis.

9. *facientem* = Ppr EV Arg.b α βεηνπ duo Ops. 𝔑—𝔅𝔖. Iidem libri (exc. r 𝔑—𝔅 = *forma,* 𝔖 = *hic*) infra habent *formam: haec est.* Rell. = *Faciens — Forma: hic* (sed etiam 𝔄𝔈1.—𝔏 = *haec.*)

10. γη Kσ = *ymaginem operis pulcherrimi.* Rw P3. Col. 𝔑—𝔅

Quaeris quod sit propositum deo? Bonitas est. Ita certe Plato ait: *Quae deo faciendi mundum causa fuit? Bonus est: bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaque quam*
11 *optimum potuit.* Fer ergo iudex sententiam et pronuntia quis tibi uideatur uerisimillimum dicere, non quis uerissimum dicat: id enim tam supra nos est quam ipsa ueritas. Haec quae ab Aristotele et Platone ponitur turba causarum aut nimium multa aut nimium pauca conprehendit. Nam si quocumque remoto quid effici non potest id causam iudicant esse faciendi, pauca
12 dixerunt. Ponant inter causas tempus: nihil sine tempore potest fieri. ponant locum: si non fuerit ubi fiat aliquid, ne fiet quidem. ponant motum: nil sine hoc nec fit nec perit. nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos nunc primam et generalem quaerimus causam: haec simplex esse debet. nam et materia simplex est. Quaerimus quae sit causa, ratio scilicet faciens [id est deus]: ista enim quaecumque retulistis non sunt multae et singulae causae, sed ex una pendent, ex ea quae
13 faciet. Formam dicis causam esse? Hanc inponit artifex operi: pars causae est, non causa. Exemplar quoque non est causa,

= *propositum? dei bonitas.* βπ (P3. Col.) 𝔄𝔑 — 𝔐 + *bonus est, bona facit* [P3. Col. 𝔑 — 𝔐 = *fecit*] *bono nulla.* r = *bona fecit nulla.* P = *certo Plato ait.* r = *quod optimum potuit.*

11. p = *videatur verissimum dicere.*

verissimum dicat = Pp GwR RrEVArg.b ρρ Gr. Iur. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. (B) 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *verum dicat.* *quid effici non potest.* P1. 3. — *non.* RB = *iudicant faciendi* om. *esse.*

12. V Col. + *nihil enim sine tempore.* s P3. = *nihil enim sine ipso.* sR = *nihil sine ipso.* p = *ponant modum.* GR = *nihil sine hoc.* p — *nulla* ante *sine motu.* vσ P1. 4. quidam Pinc. 𝔄 = *nulla imitatio est.*

Quaerimus quae sit causa = Ppwr P2. Col. 𝔑 — 𝔅𝔖. G(m∞) = *Quaeris quae sit causa.* P1. 3. 4. = *Quaeris quid sit causa.* R 𝔄 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *Quaerimus quid sit causa.*

ratio scilicet faciens = Pp Rr GwB ρρ P1. 2. Col. Ss. 𝔑 — 𝔅𝔖. V = *rerum scilicet faciens.* (E) 𝔄 𝔈1. — 𝔐𝔞 — *scilicet.* 𝔖 — [*id est deus*]. Et mihi sunt suspecta: sed tuentur ea omnes libri inter se consentientes. V Col. + *id est ipse deus.*

Ista enim = V Col. 𝔏4. 𝔖. Rell. = *Ita enim.*

quaecumque retulistis = mss. (exc. pwSc) etiam Gr. Ss. 𝔑 — 𝔅𝔖. p = *q. retulissetis.* w = *q. retulisti.* Sc = *quae nunc retulistis.* 𝔄 = *quae nunc retulisti.* 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *quae nunc retuli.* 𝔄 = *nunc sunt multae.* p = *multae et si linguae causae.*

quae faciet = mss. (V n. l.) 𝔄𝔅 𝔖. 𝔑 — 𝔗 = *quae facient.* 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *quae facit.*

13. *pars causae est* = mss. (exc. GR) etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. G 𝔐—𝔐𝔞 — *causae.* R = *pars cāti* (*i. e. causati* vel etiam *causanti*) *non causa est.* p = *Exemplar quo-*

sed instrumentum causae necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici quomodo scalprum, quomodo lima: sine his procedere ars non potest. non tamen hae partes artis aut causae sunt. Propositum, inquit, artificis propter quod ad faciendum aliquid accedit causa est. Ut sit causa, non est efficiens causa, sed superueniens. Hae autem innumerabiles sunt: nos 14
de causa generalissima quaerimus. Illud uero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt totum mundum et consummatum opus causam esse: multum enim interest inter opus et causam operis. Aut fer sententiam aut, quod facilius in eiusmodi rebus est, nega tibi liquere et nos reuerti iube. Quid te, inquis, 15
delectat tempus inter ista conterere quae tibi nullum adfectum eripiunt, nullam cupiditatem abigunt? Ego quidem priora illa ago ac tracto quibus pacatur animus et me prius scrutor, deinde hunc mundum. Ne nunc quidem tempus, ut existimas, perdo. Ista enim omnia, si non concidantur nec in hanc subtilita- 16
tem inutilem distrahantur, adtollunt et leuant animum qui graui sarcina pressus explicari cupit et reuerti ad illa quorum fuit.

que causa om. *non est.* σ + *quomodo scalprum, quomodo sera, quomodo lima.* 𝔑 — 𝔗 = *non tamen haec partes.* 𝔄 = *non partes tamen habere artis.* 𝔈1. — 𝔐a = *non partes tamen haec artis.* R = *Propositum ergo artificis.* p = *accedit causa* om. *est.* PArg.b — *sed* ante *superveniens.* δμνKτ = *sed perveniens.*

de causa generalissima quaerimus = rBΘ P2. 𝔖. (P2. 𝔖 = ∾ *quaerimus generalissima.*) P = *de causa generalissimus.* Liquet hoc ex illo ortum quibusdam omissis: inde vero provenerunt alia scripturae vitia. E = *de causa generali sumus.* Sb = *de causa generali sumus locuturi.* GαβδζηϑκλμνKεπστ P1. 4. Col. 𝔑 — 𝔅. = *de causa generali locuti sumus.* γ = *de causa generalissima locuti sumus.* quod videtur ex duorum librorum scripturis (*generalissima quaerimus* et *generali locuti sumus*) conflatum esse. Sc 𝔄 = *de causa generali id est de deo.* Rell. = *de causa generali quaerimus* (V = *agimus*) aut *de causa quaerimus generali.*

r = *non pro solita temporis subt.* Rαβγδζϑκλπτ = *non proposita temporis subt.* PpEδνσ = *Aufer sententiam.* RrGwBVζηϑικλμKΘτυ = *Affer sent.* p = *aut facilius sine eiusmodi rebus est.* RBV 𝔑—𝔅 = *in huiusmodi rebus est.* GEArg.b = *nega tibi loquere.* w = *nega tibi loquare.* VαβδιμνKστυ = *n. t. loqui.*

15. P = *nulla cupiditate abigunt.* p = *cupiditatembigunt.* PBEδνKoπ = *peiora illa.* p = *peiura illa.* ζ = *potius illa.* p = *placatur animus.* ϑλτ P1. 4. P3. (p. m.) = *pascatur animus.*

Ne nunc quidem = PprwB P2. 𝔄 = *Ne non quidem.* 𝔑 — 𝔅 = *Nec ego quidem.* RPinc. = *Nec ego hoc quidem.* G P1. 3. 4. Col. 𝔈1. — 𝔖 = *Ne hoc quidem.* Rell. n. l. r = *existimo.*

16. PpwE = *Ita enim omnia.* π = *si non considerantur.* 𝔑—𝔅 = *concitantur.* wEArg.b = *ne in hanc subtilitatem.* w(del.) G(n.)δϑλν P1. 3. 4. + *ut inutilem.* quod praeoptat Grut. Kυ = *uti utilem.* εν = *explicari possit.*

Nam corpus hoc animi pondus ac poena est: premente illo urgetur, in uinculis est, nisi accessit philosophia et illum respirare rerum naturae iussit spectaculo et a terrenis ad diuina di-
17 misit. Haec libertas eius est, haec euagatio: subducit interim se custodiae in qua tenetur et coelo reficitur. Quemadmodum artifices ex alicuius rei subtilioris inspectione quae intentione oculos defatigat, si malignum habent et precarium lumen, in publicum prodeunt et in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant: sic animus in hoc tristi et obscuro domicilio clusus, quotiens potest, apertum petit et in rerum na-
18 turae contemplatione requiescit. Sapiens adsectatorque sapien-

PG=*urguetur.* r + *et in vinculis est.* R= *nisi accesserit.* R=*dimiserit.* r=*admisit.*

17. r — *et coelo reficitur.*

rei subtilioris inspectione quae intentione oculos defatigat, si malignum habent et precarium lumen. Vocem *inspectione* in quibusdam codd. fuisse tradit Pinc.: sed propter similitudinem alterius *intentione* ab aliis omissa est, ab aliis mutata in *inspectores.* Primus eam restituit Sw. PpE=∞, sed — *inspectione*, et pE= *defatigant.* r= *rei subtilioris intentione oculos defatigant, si non malignum et praeclarum lumen.* w= *rei subt. intentione oc. defatigant, si malignum et praeclarum habent lumen.* P2. = *rei subtiliores intentione oculos defatigant si non malignum habent praeclarum lumen.* G= *rei subt. quae intentione* [mG= *inspectatores*] *oc. defatigat, si mali nil habent et praeclarum lumen non habent.* P1.3.4. = *rei subt.* [P3. s. m. = *inspectores*] *quae intentione oc. defatigat, si maligni nil habent et praeclarum lumen non habet.* R= *rei subt. inspectores quae int. oc. defatigant, si malignum habent et non praeclarum lumen.* Col. = *rei subt. inspectores quae int. oc. defatigat, si non magnum habent et praeclarum lumen.* Sc𝔛𝔚 = *rei subt. inspectores qui intentione oculos defatigant, si malignum et non praeclarum* [𝔚= *si non magnum et praecl.*] *lumen habent.* Arg.b= *rei subt. intentione qua oculos defatigant, si mal. et praeclarum lumen habent.* Bαλ KΘυ = *rei subt. inspectoresque intentione oc. defatigat, si mali nil habent, praeclarum lumen habent* (αλKΘυ = *et praecl. l. non habent.*) γπ cum his consentiunt, praeterquam quod extrema sic exhibent: *si non magnum et praecl. lum. hab.* Reliquorum ρρ altera pars = *rei subt. quae int. animos defatigat, si malignum habent et praeclarum lumen non habent:* altera = *rei subt. quae int. oc. defatigat, si non magnum et praeclarum lumen habent.* Pinc. v. l. = *cum alicuius rei subt. intentione oculos defatigant.* Duo Ops. = *si malignum et praeclarum lumen habent:* unus = *si mal. et praecl. l. non habent.* Sed Ambian. recte = *precarium.* quod vocabulum in V prorsus omissum est. 𝔑—𝔗 = *rei subt. inspectores quae intent. oc. defatigat, si non magnum et praecl. l. h.* 𝔈1.—𝔐 = *rei subt. int. quae oc. defat., si mal. et non praeclarum l. h.* 𝔏—𝔐a = *rei subt. intent. quae oc. def., si malignum et precarium lumen habent.*

r= *ad populi otia.* r — *libera.* GwRr𝔑—𝔚 = *clausus.*

18. R= *affectorque* [cr. = *affectatorque* = P3.] *sapientiae.* Col. = *adsertorque sap.*

tiae adhaeret quidem in corpore suo: sed optima sui parte abest et cogitationes suas ad sublimia intendit. uelut sacramento rogatus hoc quod uiuit stipendium putat. et ita formatus est, ut illi nec amor uitae nec odium sit, patiturque mortalia, quamuis sciat ampliora superesse. Interdicis mihi inspectione rerum 19
naturae, a toto abductum redigis in partem? Ego non quaeram quae sint initia uniuersorum? quis rerum formator? quis omnia in uno mersa et materia inerti conuoluta discreuerit? Non quaeram quis sit istius artifex mundi? qua ratione tanta magnitudo in legem et ordinem uenerit? quis sparsa collegerit, confusa distinxerit, in una deformitate latentibus faciem diuiserit? unde lux tanta fundatur? ignis sit an aliquid igne lucidius? Ego ista 20
non quaeram? ego nesciam unde descenderim? semel haec mihi uidenda sint an saepe nascendum? quo hinc iturus sim? quae sedes exspectet animam solutam legibus seruitutis humanae? Uetas me coelo interesse, id est iubes me uiuere capite demisso? Maior sum et ad maiora genitus, quam ut mancipium sim cor- 21
poris mei, quod equidem non aliter adspicio quam uinclum aliquod libertati meae circumdatum. Hoc itaque obpono fortunae

r — *sui.* p = *a d est.* GP1. = *cogitat i o ad sublimia.* Rν𝔈1. — 𝔐𝔞 + *e t velut sacram.* 𝔈1. — 𝔐 = *sacramento l i g a t u s* contra mss. GP1. = *p a r t i turque mortalia.*

19. *Interdi c i s mihi inspecti o n e* = Pp. rArg.b 𝔖 = ∾ *inspectio- n e m.* 𝔐 — 𝔅1. = *Interdi c e s* ∾. 𝔗 = *Interdic e s mihi insp e c t a- t i o n e m.* Rell. etiam Gr. Pinc. = *Interdi c e s mihi inspection e m.* quod probat Gron. ad Ep. 18, 10. Sed quamquam alibi Sen. *interdicere* cum Accusativo rei solet iungere, tamen hic optimos libros imitandos esse censeo.

a toto abductum = Pprw. sR 𝔑 — 𝔅 + *a c a toto abd.* G𝔗𝔈1. — 𝔖 = *a c toto abd.* Rell. n. l.

redig i s = mss. 𝔗𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *redig e s.*

in u n o mersa = mss. (exc. GRr Arg.b ιπ P2. 4.) etiam Gr. Ss. 𝔗𝔑 [in hac Sw. legit *imo*] — 𝔊. GRr Arg.b λ = *in i m o mersa.* P4. = *in un a mersa.* ιπP2. 𝔖 = *in u n u m mersa.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *in u n a m a s s a* ex ci. Mur. p = *mat. iner c i a convoluta.* P = *Non quae r o.*

i s t i u s artif. mundi = mss. (exc. GR) 𝔑 — 𝔅𝔖. G = *i l l i u s mundi.* R𝔗𝔈1. — 𝔐𝔞 = *h u i u s mundi.*

𝔈1. — 𝔐 = *n i m i a deformitate.*

latentibus = PpRwλ(V)𝔗𝔈1. — 𝔐𝔞. rGBE rell. ϼϼ Gr. Ops. meliores Ss. 𝔑 — 𝔅𝔖 = *i a c entibus.*

20. r = *Ego nes c i o.* Gαβϡλπ 𝔑 — 𝔅 = *descend e r i m u s.*

an saepe n a s c e n d u m? = Pp RrBEV plerique ϼϼ P2. 4. Col. 𝔗𝔑 — 𝔊𝔖. w = *an saepe nascen d i s.* GArg.bλϡ P1. 3. = *an saepe n o s cendum.* ε = *an saepe q u a e r e n d u m.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *an saepe? N e s c i a m* ex ci. Pinc. Sw. uncis incluserat *nascendum:* id tamen immerito factum esse mox perspexit. P3. 4. = *Q u o m o d o hinc iturus.* P1. = *Q u i d hinc iturus.* Gw = *iturus s u m.* 𝔑 — 𝔅𝔖 = *exspect e n t* contra mss. G = *exspect a t.* Sc𝔗 = *exspect a n t.*

21. 𝔗 = *non aliter i n spicio.*

vin c lum aliquod = Pp. 𝔗𝔈1. — 𝔐 — *aliquod.*

in quo resistat nec per illud ad me ullum transire uolnus sino.
22 Quicquid in me potest iniuriam pati hoc est: in hoc obnoxio do-
micilio animus liber habitat. Numquam me caro ista conpellet
ad metum, numquam ad indignam bono simulationem. numquam
23 in honorem huius corpusculi mentiar. Cum uisum erit, distra-
ham cum illo societatem: et nunc tamen, dum haeremus, non
erimus aequis partibus socii: animus ad se omne ius ducet.
Contemptus corporis sui certa libertas est. Ut ad propositum
reuertar: huic libertati multum conferet et illa de qua modo lo-
24 quebamur inspectio. Nempe uniuersa ex materia et ex deo
constant: deus ista temperat quae circumfusa rectorem sequun-
tur et ducem. Potentius autem est ac pretiosius quod facit
quod est deus, quam materia patiens dei. Quem in hoc mundo
locum deus obtinet hunc in homine animus: quod est illic ma-
25 teria id in nobis corpus est. Seruiant ergo deteriora melioribus.
fortes simus aduersus fortuita. non contremiscamus iniurias, non
uolnera, non uincula, non egestatem. Mors quid est? aut finis
aut transitus. Nec desinere timeo: idem est enim quod non
coepisse. nec transire, quia nusquam tam anguste ero. Uale.

EPISTULA IV. (66.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Claranum condiscipulum meum uidi post multos annos:

p = *in quo sistat.*

22. r = *domicilio noxio.* δε = *obnixo domicilio.* μ = *obnixum domicilio.* p = *cario ista.* w 𝔅1. — 𝔐a = *compellat ad metum.* V = *compellit.* Arg. b = *ad indigentiae boni simulationem.* V + *ad magnam indignam sim.*

23. *Cum visum erit* = mss. ℜ — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *Cum visum fuerit.* GP1. 3. 4. + *et nunc primum.* 𝔄 = *et nunc tamen cum haeremus.* 𝔈1. — 𝔊 = *et nunc cum haer.* om. *tamen.* Nonnulli ρρ = *dum habemus.* Pp = *omne ius dicet.* εου = *sibi omne ius vendicet.* ζK = *ad se omne ius pertinere dicet.* G(s∾) ℜ — 𝔅𝔖 = *confert.*

24. V — *Potentius* — *patiens dei.* 𝔈1. — 𝔐a — *ac pretiosius.* G(s∾) BP1. 3. 4. Col. = *qui est deus.* Col. — *dei* post *patiens.* P1. 3. 4. = *quod est illi materia.*

id in nobis = mss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a — *in.*

25. Pp = *contremescamus.* vid. ad Ep. 71, 28. wE = *egestates.* *Mors quid est? aut finis aut transitus.* = p𝔈1. — 𝔐. 𝔏1. — 4. + *aut finis est aut transitus.* PRr = *Mors quidem aut f. aut t.* GwV ρρ SbGr. 𝔊ro = *Mors quidem est aut f. aut t.* BSc 𝔄ℜ — 𝔅𝔖 = *Mors quidem aut finis est aut transitus.* Primum *quid est* in *quidem* mutatum: deinde exstiterunt, qui *est* desiderarent et alii alibi adiicerent.

pE antiquiores et emendatiores ρρ = *id est enim.* V — *enim.* GP1. 3. + *vel quod non coepisse.* R = *non transire.* G = *vel transire.*

Lib. VII. Ep. 4. (66.)

Pp = *cum discipulum.* r = *discipulum.*

non, puto, exspectas ut adiciam senem, sed mehercules uiridem
animo ac uigentem et cum corpusculo suo conluctantem. Ini-
que enim se natura gessit et talem animum male conlocauit:
aut fortasse uoluit hoc ipsum nobis ostendere posse ingenium
fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Uicit ta-
men omnia inpedimenta et ad cetera contemnenda a contemptu
sui uenit. Errare mihi uisus est qui dixit: 2

Gratior et pulchro ueniens e corpore uirtus.

Non enim ullo honestamento eget: ipsa magnum sui decus est
et corpus suum consecrauit. Certe Claranum nostrum coepi
intueri: formosus mihi uidetur et tam rectus corpore quam est
animo. Potest ex casa uir magnus exire: potest et ex deformi
humilique corpusculo formosus animus ac magnus. Quosdam 3
itaque mihi uidetur in hoc tales natura generare ut adprobet uir-
tutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos,
fecisset: nunc quod amplius est facit: quosdam enim edit
corporibus inpeditos, sed nihilo minus perrumpentes obstantia.
Claranus mihi uidetur in exemplar editus, ut scire possemus
non deformitate corporis foedari animum, sed pulchritudine ani-
mi corpus ornari. Quamuis autem paucissimos una fecerimus 4
dies, tamen multi nobis sermones fuerunt quos subinde egeram

βεο = *nunc puto.*
wArg.b 𝔄ℜ = *mehercule.* B = *mehercle*, ut solet fere ille liber.
R = *at fortasse.* P1. 3. = *ac fort.* P4. = *hac fort.* G(m∾) — *ac beatissimum.* p = *Vincit tamen.* PpGw nonnulli ρρ Pall. = *ad contemptum.* Arg.b = *ad conceptum.* GR ρρ (exc. δεγK) Gr. (exc. P2.) 𝔄ℜ — 𝔅 ℜ𝔲 — 𝔖 + *sui corporis*, ex scholio nimirum.

2. *et pulchro* = PpE. et sic est apud Virg. A. V, 344. GwRr𝔄ℜ — 𝔖 = *est pulchro.* Rell. n. l. w = *ex corpore.* 𝔅1. — 𝔖 = *a corpore* contra mss. Virg. l. l. = *in corpore.*

Non enim ullo = PpRrGw Arg.b BV ρρ P2. Col. ℜ — 𝔅. Rell. Gr. = *Non enim hon. ullo.* 𝔄𝔈1. — 𝔐𝔞 = *nullo enim.* 𝔖 = *Nec enim ullo.* quod unde acceperit latet.

𝔈1. + *ipsa ei magnum.* 𝔈2. — 𝔐𝔞 + *ipsa et magnum.*

consecravit = wArg.b. Ipsum hoc latet in scripturis Pp, quorum prior = *consecralitum*, alter = *consecraliter.* Insuper hinc eliciendа esse videtur *tum* particula, ut sit: *Tum certe Claranum.* GRr 𝔄ℜ — 𝔖 = *consecrat.* Rell. n. l.

p = *et tamen rectus.* 𝔄ℜ — 𝔅 — *est* ante *animo.* v + *ex casa humili* R(l.) ιλ + *ex parva casa.* p + *formosus animus mihi videtur magnus ac magnus.*

3. p = *si possit.* R = *non minus perrump.* p = *perrumpentis.* p — *in* ante *exemplar.* G = *in exemplum deditus.* P1. 3. 4. = *in exemplum editus.* w = ∾ *redditus.* Antiquiores ρρ = *in exempla redditus.* R = *ut scire possimus.*

4. *una fecerimus* = mss. etiam Gr. Gron. Ss. 𝔄ℜ — 𝔊ℜ𝔲 — 𝔖. 𝔐 ex ing. = *una egerimus.* Dictionem illam multis illustrat Gron. ad h. l. R(l.)λ = *subinde digeram.*

et ad te permittam. Hoc primo die quaesitum est: *Quomodo possint paria bona esse, si triplex eorum condicio est.* Quaedam, ut nostris uidetur, prima bona sunt tamquam gaudium, pax, salus patriae. Quaedam secunda, in materia infelici expressa, tamquam tormentorum patientia et in morbo
5 graui temperantia. Illa bona directo optabimus nobis, haec, si necesse erit. Sunt adhuc tertia tamquam modestus incessus et conpositus ac probus uoltus et conueniens prudenti uiro gestus. Quomodo ista inter se paria esse possunt, cum alia optanda sint, alia auersanda? Si uolumus ista distinguere, ad primum bo-
6 num reuertamur et consideremus id quale sit. Animus intuens uera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, sed ex natura pretia rebus inponens, toti se inserens mundo et in omnes eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex aequo magnus ac uehemens, asperis blandisque pariter inuictus, neutri se fortunae submittens, supra omnia quae contingunt acciduntque eminens, pulcherrimus cum decore, cum uiribus sanus ac siccus, inperturbatus, intrepidus, quem nulla uis frangat, quem nec adtollant
7 fortuita nec deprimant: talis animus uirtus est: haec eius est facies, si sub unum ueniat adspectum et semel tota se ostendat.

𝔐—𝔅1. = *ad te mittam* contra mss. GP1. 3. = *Hoc primum quaesitum est.* V — *Quomodo possint — condicio est.* PpR GwE ρρ Gr. ℜ — 𝔊 = *tria bona esse* atque itidem infra. In P4. videbatur esse *quoniam* vel *quia* vel certe *quae ut nostris videtur.* r — *pax.* πσ = *in morbo gravi tolerantia.*

5. VP3. = *directe.*

optabimus nobis = pG nonnulli ρρ Gr. (GP3. — *nobis*) 𝔅. PrArg.b fere omnes ρρ ℜ — 𝔗 = *optavimus nobis.* RV(E) 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *optamus nobis.* V — *Sunt adhuc tertia — viro gestus.* P1. = *Quando ista inter se.* P4. = *Quomodo istic inter se.* Vmm 𝔈1. 2. 𝔊 = *Quomodo ista utraque bona esse possunt.*

ad primum bonum = mss. etiam Gr. Ops. Ss. ℜ — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a — *bonum.*

6. *se inserens* = PpRrwB βγδε η𝔍μΘKτ P2. 3. Col. Sbc Mod. Ops. 𝔄𝔖. GP1. 4. ℜ — 𝔐a = *se inferens.* Rell. n. l. p = *et in omnis.*

γδ ℜ — 𝔗 = *actionibusque intendens.* Pp = *summittens.* G𝔍 χσυ P1. 3. 4. codd. Rubeniani ℜu𝔐a + *pulcherrimus, ordinatissimus.* Sed hoc perspicue adiectum a librario quodam, ut illud explicaret. V — *cum decore.* o = *sanus ac sincerus.* ℜ — 𝔗 = *sanus ac fidus.* P3. 4. = *nulla attollant fort.*

7. (Col.) 𝔈1. — 𝔏2. 𝔍u = *Talis animi virtus est.* Mss. (exc. Col.) etiam Gr. Mod. Ops. ∾. Amicus quidam Gruteri ci. = *Talis avis virtus est* laudato Iuv. VI, 165. *Rara avis in terris nigroque simillima cygno.*

haec ejus est facies = PprArg.b V ℜ — 𝔅𝔖. GwR 𝔄𝔈1. — 𝔐a —

Ceterum multae eius species sunt quae pro uitae uarietate et pro actionibus explicantur: nec minor fit aut maior ipsa. Decrescere enim summum bonum non potest nec uirtuti ire retro licet: sed in alias atque alias qualitates conuertitur ad rerum quas actura est habitum figurata. Quicquid adtigit in similitudinem sui 8
adducit et tingit: actiones, amicitias, interdum domos totas quas intrauit disposuitque condecorat: quicquid tractauit id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque uis eius et magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementum maximo non est. Nihil inuenies rectius recto, non magis quam uerius uero, quam temperato temperatius. Omnis in modo est uirtus: modus certa mensura est. Constantia non habet quo procedat, non magis 9
quam fiducia aut ueritas aut fides. Quid accedere perfecto potest? nihil, aut perfectum non erat cui accessit: ergo ne uirtuti quidem, cui si quid adici potest, defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit: honestum est enim propter ista quae retuli. Quid porro decorum et iustum et legitimum? non eiusdem esse formae putas certis terminis conprehensum? Crescere posse inperfectae rei signum est: bonum omne in eas- 10
dem cadit leges: iuncta est priuata et publica utilitas, tam mehercules quam inseparabile est laudandum petendumque. Ergo uirtutes inter se pares sunt et opera uirtutis et omnes homines quibus illae contigere. Satorum uero animaliumque uirtutes,

est. Rell. n. l. p = *plus species sunt.* GwrBE — *quae.* Arg.b = *sed pro vitae var.* G = *implicantur nec minor sit ac maior ipsa.* V — *nec minor fit* — *ire retro licet.*

8. GwRE recc. nonnulli ϼϼ P1. 3. 4. Col. ℜ—𝔊 = *Quicquid attingit.* 𝔄 — *adtigit.* Pp𝔐 = *tinguit.* s GBΘmo = *iungit.* GP1. 3. = *tangit.* Col. ℜ.—𝔈2. = *cingit.* Pinc. 𝔈𝔊 = *fingit.* w + *et amicitias.* Arg.b = *quicquid tractaverit.* p = *mirabilia facit.* P𝔄 = *mir. fecit.* V — *Itaque vis eius* — *ergo nec inter bona* §. 12.

quando incrementum = Ppwr vetustiores ϼϼ P2. 𝔄𝔈1. — 𝔖 (exc. 𝔏4.) G nonnulli ϼϼ P1. 3. 4. Col. 𝔏4. = *quia incrementum.* R nonnulli recc. ϼϼ ℜ — 𝔅 = *quoniam incr.* rGArg.b = *maxime non est.*

rwB = *temperantius.* P = *modo de certa mensura est.* prEβγδετμνΚοστυ = *modo certa m. est.*

9. p + *aut veritas aut virtus.* Arg.bE = *Quid accidere perf.* B = *accidere perf. nil potest.*

propter ista quae retuli = mss. etiam Gr. ℜ — 𝔅𝔖. Ops. (?) 𝔄𝔈1. — 𝔐𝔞 = *propter* [𝔈1. — 𝔐 + *quod*] *illa quae ret.* GwB = *esse fortunae putas.* p = *conprensum.*

10. GGr. = *invicta est et privata.*

opera virtutis = wrE Sb Pr. d. Ita scribi sero voluit Sw. PpPr.b = *opera virtutes.* GRSc 𝔄ℜ—𝔖 = *opera virtutum.*

quibus illae contigere = PE ϼϼ (exc. γειλ) Ops. ℜ — 𝔅𝔖. pGP1. 4. 𝔄 = *illae contingere.* RrwγειλP2. 3. Col. 𝔈1.—𝔐𝔞 = *illa contigere.*

cum mortales sint, fragiles quoque caducaeque sunt et incertae:
exsiliunt residuntque et ideo non eodem pretio aestimantur.
11 Una inducitur humanis uirtutibus regula: una enim est ratio
recta simplexque. Nihil est diuino diuinius, coelesti coelestius.
Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriun-
tur, inplentur. Itaque illis in tam incerta sorte inaequalitas
est: diuinorum una natura est. Ratio autem nihil aliud est
12 quam in corpus humanum pars diuini spiritus mersa. Si ratio
diuina est, nullum autem bonum sine ratione est: bonum omne
diuinum est. nullum porro inter diuina discrimen est: ergo nec
inter bona. Paria itaque sunt et gaudium et fortis atque obsti-
nata tormentorum perpessio: in utroque enim eadem est animi
magnitudo, in altero remissa et laxa, in altero pugnax et in-
tenta. Quid? tu non putas parem esse uirtutem eius qui for-
titer hostium moenia expugnat et eius qui obsidionem patientis-
13 sime sustinet? Et magnus Scipio qui Numantiam cludit et con-
primit cogitque inuictas manus in exitium ipsas suum uerti et
magnus ille obsessorum animus qui scit non esse clusum cui
mors aperta est et in conplexu libertatis exspirat. Aeque reli-

fragiles quoque caducaeque sunt = mss. 𝔄𝔈1.—𝔊𝔖. ℜ—𝔅 — *quoque*. 𝔐—𝔐a — *quoque* et *sunt*. 𝔍u = *reciduntque*.

11. RαβλμKΘπυ ℜ—𝔅 + *Verum una inducitur*. 𝔄 = *Una vero inducitur*. ν + *quae una ind.* 𝔈1. — 𝔊 + *quia una ind.* r = *inducetur*.

𝔐—𝔅1. = *Mortalia eminent, cadunt* ex ci. Pinc. Mss. et rell. imprr. ∾. sed Sw. laudat mss. nescio quos, qui habeant *imminuuntur*: certe in Arg.b est *minuuntur*. Gron. ci. = *muniuntur*. P = *hauriuntur*. G = *itaque illis vita incerta*. P1. = *itaque vitam incerta illis sorte*. P4. = *itaque ita incerta*. p = *divino rerum una* om. *natura est*. w = *immersa*.

12. G plerique ρρ — *autem* ante *bonum*. Gζϑx + *Paria itaque inter se sunt*. P1. 3. 4. Col. + *Paria itaque sunt inter se*.

et gaudium = mss. 𝔄ℜ—𝔊𝔖. 𝔐—𝔐a— *et*. p — *atque* ante *obstinata*. r = *et obstinata*. Col. + *et in altero*. 𝔈1. — 𝔅1. + *sed in altero* contra mss. pwEVδινKο = *remissa et leta* (*laeta*). GR rell. ρρ (exc. Θ qui solus ∾) ℜ—𝔅 = *remissa et lenta*. υ = *rem. et lata*. Non dubitabam recipere *lenta*, quod respondet vocabulo *pugnax*, sicut *remissa* opponitur alteri *intenta*, nisi staret pro vulgata scriptura P cum r et aliis. rw = *intentata*. V — *Quid tu non putas — et nulli malo mixtum* §. 12.

G = *moenium expugnat*.

13. Rλπυ Col. P3. (s. m.) = *Ut magnus Scipio*.

cludit = PpGR fere omnes ρρ 𝔄ℜ—𝔅𝔖. rw 𝔈1. — 𝔐a = *claudit*. Infra in *clusum* eadem est discrepantia.

exitium suum = mss. ℜ—𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *exitium sui*. ν = *magnus et ille*. PpGwr plerique ρρ Gr. 𝔄ℜ—𝔗 — *et*. Sed necessaria videbatur particula.

non esse clusum = mss. (exc. G recc. ρρ) etiam Gr. 𝔄(𝔈1. — 𝔊 = ∾ *clausum*) 𝔖. G recc. ρρ ℜ—𝔅 + *se non esse clusum*. 𝔐—𝔐a

qua quoque inter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas, liberalitas, constantia, aequanimitas, tolerantia: omnibus enim istis una uirtus subest quae animum rectum et indeclinabilem
praestat. Quid ergo? nihil interest inter gaudium et dolorum 14
inflexibilem patientiam? Nihil, quantum ad ipsas uirtutes, plurimum inter illa in quibus uirtus utraque ostenditur: in altero enim naturalis est animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam dolor. Itaque media sunt haec quae plurimum interualli recipiunt: uirtus in utroque par est. Uirtutem materia non mutat: nec peiorem facit dura ac difficilis nec meliorem hilaris et laeta: necesse est ergo aequalia sint bona utraque. 15
Nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere nec ille melius in illis cruciatibus: duo autem quibus nihil fieri melius potest paria sunt. Nam si quae extra uirtutem posita sunt, aut minuere illam aut augere possunt: desinit unum bonum esse quod honestum. Si hoc concesseris, omne honestum periit. Quare? dicam: quia nihil honestum est quod ab inuito, quod a coacto fit. Omne honestum uoluntarium est: admisce illi pigritiam, 16

= *nihil esse clusum.* 𝔄𝔈1.—𝔐 = *libertas, constantia.*

14. Rελυσ = *et doloris.* Gwr rell. ρρ (exc. αΘ ∾) 𝔅. = *et dolorem et.* 𝔄ℜ—𝔗 = *et dolorem: inflexibilem.* 𝔈1. 2. = *et dolorem inflexibilemque.* p = *nihil quam tu ad ipsas.*

plurimum inter illa = mss. (exc. B) etiam Pinc. Gr. Ops. Ss. 𝔄ℜ—𝔅𝔖. B + *plurimum quantum inter illa.* 𝔈1.—𝔐𝔞 = *plurimum quantum ad illa.*

In altero enim = mss. ℜ—𝔅𝔖. 𝔄𝔈1.—𝔐𝔞 = *In altero namque.*

naturalis est = mss. ℜ—𝔅𝔖. 𝔄𝔈1.—𝔐𝔞 — *est.* ℜ—𝔗 = *recipiant.*

in utroque = PpGwR ℜ—𝔅𝔖. r𝔄𝔈1.—𝔐𝔞 = *in utraque.* In Arg.b dubie scriptam esse vocem tradit Sw. Rell. n. l. p = *pars est.*

dura ac difficilis = PpRrGw ℜ—𝔅. 𝔄𝔈1.—𝔖 = *dura et diff.* Rell. n. l.

15. Proximis pυ nonnulla addunt, ut sic legantur: *Necesse est ergo pars sit* [υ = *paria sint*] *in utramque* [υ = *in utraque enim re*] *quod fit aeque recte fit, haeque* [υ = *aeque*] *prudenter, aeque honeste, ergo aequalia sunt bona.*

bona utraque. Nec hic potest = 𝔖. Ita scribendum esse docent etiam perversae librorum scripturae. PpE = *bona literaque. Nec hic p.* RB λKΘυ 𝔗 = *bona integraque* [sR ∾]. *Itaque* [B — *Itaque.* 𝔗 = *quia*] *nec hic p.* Gw rell. ρρ = *bona* [sG = *l'libera l'utraque*] *itaque* [γι = *quia*] *nec hic p.* Etiam Gr. (exc. P2.) = *itaque nec hic p.* Grut. num in suis libris *utraque* legerit, non prodit. r = *bona, quia nec hic p.* Arg.b + *ut aequalia sint bona utraque: nec hic potest.* ℜ + *ut aequalia sint bona utraque: itaque nec hic p.* ℜ—𝔅 + *ut aeq. s. b. utraque: Ita nec hic potest.* (P2.) 𝔈1.—𝔐𝔞 + *bona utraque, quia nec hic p.*

duo autem = mss. etiam Gr. 𝔗 ℜ—𝔅𝔖. 𝔈1.—𝔐𝔞 = *duo vero.*

quod honestum = Ppw Arg.b GRr. 𝔄𝔈1.—𝔖 + *quod hon. est.* ℜ—𝔅 + *quod est hon.* Rell. n. l.

16. R = *Adiice illi pigritiam.*

querelam, tergiuersationem, metum: quod habet in se optimum perdidit, sibi placere. Non potest honestum esse quod non est liberum: nam quod timet seruit. Honestum omne securum est, tranquillum est: si recusat aliquid, si conplorat, si malum iudicat: perturbationem recepit et in magna discordia uolutatur. Hinc enim species recti uocat, illinc suspicio mali retrahit. Itaque qui honeste aliquid facturus est quicquid obponitur id, etiam si incommodum putat, malum non putet, ue-
17 lit, libens faciat. Omne honestum iniussum incoactumque est, sincerum et nulli malo mixtum. Scio quid mihi responderi hoc loco possit: Hoc nobis persuadere conaris nihil interesse utrum aliquis in gaudio sit an in eculeo iaceat ac tortorem suum lasset. Poteram respondere: Epicurus quoque ait *sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum: Dulce est et*
18 *ad me nil pertinet.* Quid miraris si ego paria bona dico unius in conuiuio iacentis, alterius inter tormenta fortissime stantis? cum quod incredibilius est dicat Epicurus dulce esse terroris.

w = *perdit.* G = *si male iudicat.*

recepit = Pp𝔖. GwRr 𝔄𝔑 — 𝔐a = *recipit.* Rell. n. l.

malum non putet, velit, libens faciat. = PpwE ρρ (exc. ζλμΚΘυ) P2. Col. Sb [Oberl. = *vel id*] Ops. 𝔖. Sed in 𝔖 *faciet* remansit nolente Sw. Rr ζλμΚΘυ = ∾ *velut* ∾. GP1. 3. 𝔑 — 𝔅 = ∾ *vel* ∾. P4. = *m. non putet et lib. faciat.* 𝔄𝔈1. — 𝔊𝔏 — 𝔐a = *malum non putat, velut libens faciet* (𝔄 = *faciat.*) 𝔐 — *malum non putet* — *faciat.*

17. *nulli malo mixtum* = PpGw RrBE ρρ (exc. ε) Sb Pr.bd 𝔑 — 𝔅𝔖. ε𝔄𝔈1. — 𝔐a = *nullo malo m.*

𝔄 = *respondere poteris.* G𝔄 = *nihil interest.* 𝔐 = *an in eculeo taceat.*

ac tortorem = Pprw 𝔄𝔖. GB = *an tort.* 𝔑 — 𝔅 = *aut tort.* R𝔈1. — 𝔐a = *et tortorem.* G = *laxet.* p — *lasset.*

Epicurus quoque ait = mss. (exc. εϑικλσ) 𝔑 — 𝔅𝔖. εϑικλσ + *quod Epic. quoque ait.* 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *quod Ep. ait.* Rr 𝔑 — 𝔅 = *nihil pertinet.*

18. *unius in convivio iacentis* = Pprmw ex. pervetus et correctum Pinc. P2. 𝔐 — 𝔖. Arg.b = *alterius in conv. iac.* GRB αβϑκλμΚπ στ P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *alterius* [G𝔄 = *aterius*] *in gaudio positi.* 𝔑 — 𝔗 = *alterius positi gaudio.* 𝔅 = *alterius positi in gaudio.* wEV rell. ρρ omnia haec omittunt: et licet observare veterum mstorum lectoribus saepe omissa esse ea, in quibus variet scriptura: sive vacui aliquid est relictum, sive continuata scriptio. Testis est praeter alios V.

dulce esse terroris = Pp. Hoc verum esse mihi facile persuasi: nam confirmatur etiam eorum librorum (wEιν Pr.b) scriptura, qui inter ceteros sunt optimi. Quae autem a recentioribus offeruntur, ab explicantibus librariis aut ab emendantibus sunt profecta. De sententia cf. Ep. 99, 22. *quod ait Metrod. esse aliquam cognatam tristitiae voluptatem.* wE ηιν Sb (?) Pr. bd P2. 𝔑 — 𝔅 = *dulces esse terrores.* r sRBαβζλμΚΘπυ Arg.b Sc (?) Pr.a 𝔄 = *dulces esse dolores.* GR rell. ρρ P1. 3. 4. Col. 𝔖 = *dulces esse tortores.* 𝔈1. — 𝔐a = *dulce esse torqueri.*

Et hoc respondeo plurimum interesse inter gaudium et dolorem.
Si quaeratur electio, alterum petam, alterum uitabo: illud se-
cundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic aestimantur, 19
magno inter se dissident spatio: cum ad uirtutem uentum est,
utraque par est et quae per laeta procedit et quae per tristia.
Nullum habet momentum uexatio et dolor et quicquid aliud in-
commodi est: uirtute enim obruitur. Quemadmodum minuta lu-
mina claritas solis obscurat, sic dolores, molestias, iniurias
uirtus magnitudine sua elidit atque obprimit et quocumque ad-
fulsit ibi quicquid sine illa adparet exstinguitur: nec magis ul- 20
lam portionem habent incommoda, cum in uirtutem inciderunt,
quam in mari nimbus. Hoc ut scias ita esse, ad omne pul-
chrum uir bonus sine ulla cunctatione procurret: stet illic licet
carnifex, stet tortor atque ignis, perseuerabit nec quid passu-
rus, sed quid facturus sit adspiciet et se honestae rei tamquam
bono uiro credet: utilem illam sibi iudicabit, tutam, prospe-
ram. Eumdem locum habebit apud illum honesta res, sed tri- 21
stis atque aspera, quem uir bonus pauper aut exul ac pallidus.
Agedum pone ex alia parte uirum bonum diuitiis abundantem,
ex altera nihil habentem, sed in se omnia: uterque aeque uir
bonus erit, etiam si fortuna dispari utetur. Idem, ut dixi, in
rebus iudicium est quod in hominibus: aeque laudabilis uirtus 22
est in corpore ualido ac libero posita quam in morbido ac uincto.

Et hoc respondeo = mss. (exc. r aliquot ρρ B) 𝔑 — 𝔊. r aliquot ρρ 𝔄𝔖 — *Et*. 𝔐 — 𝔐a = *Et hic resp.* B = *respondebo.*

19. V — *Quamdiu — spatio.*

(Col.) 𝔈1. — 𝔐a (exc. 𝔏4. ∾) + *Cum vero ad virtutem.* prwArg.b = *per lata procedit.* wrmGArg.b = *et quae per stricta.* 𝔈1. — 𝔐a = *Nullum habent momentum.*

R = *incommodum est.* B = *obruuntur.* o (m ∾) mm 𝔈1. — 𝔈 𝔐 — 𝔅1. (exc. 𝔏4.) = *minora lumina.* w = *virtus magnanimitate sua.* B = *ac opprimit.*

p + *et exstinguitur.*

20. o = *proportionem habent.*

inciderunt = PpRr maior pars ρρ 𝔄. Gw𝔑 — 𝔖 = *inciderint.* Rell. n. l.

Hoc ut scias. 𝔄𝔈1. — 𝔊 — *ut.*

RG(s ∾) B maior pars ρρ (P1. 3. 4.) 𝔄𝔑 — 𝔐 = *percurret.* P2. Col. = *procuret.* 𝔍u = *procurreret.*

V — *licet.* p = *perseveravit.*

V — *et se honestae rei — tria genera bonorum in aequo sunt* §. 28.

p — *sibi iudicabit — habebit apud illum* §. 21. γνσ = *sibi vendicabit.*

21. 𝔈1. — 𝔐a + *Eumdem ergo locum* contra mss. E — *atque aspera.* G (s ∾) = *tristis atque prospera.* G = *quam vir bonus.* ε = *ac pavidus.* GwRr (cr. ∾) maior pars ρρ 𝔑 — 𝔅 = *aut pallidus.* pGwr Arg.b 𝔄𝔑 — 𝔗 = *Agendum pone.* p = *ex altare nihil habentem.* Arg.b = *dispari nitetur.* Arg.b — *in rebus* et = *indicium est.*

22. In P *posita* erasum. λ = *morbido ac uncto.* 𝔄 — *ac.*

Ergo tuam quoque uirtutem non magis laudabis, si corpus illi-
batum, integrum fortuna praestiterit quam si ex aliqua parte
mulcatum: alioquin hoc erit ex seruorum habitu dominum aesti-
23 mare. Omnia enim ista in quae dominium casus exercet ser-
ua sunt, pecunia et corpus et honores, inbecilla, fluida,
mortalia, possessiones incertae. Illa rursus libera et inuicta
opera uirtutis: quae non ideo magis adpetenda sunt, si beni-
gnius a fortuna tractantur, nec minus, si aliqua iniquitate re-
rum premuntur. Quod amicitia in hominibus est hoc in rebus
24 adpetitio. Non, puto, magis amares uirum bonum locupletem
quam pauperem nec robustum et lacertosum quam gracilem et
languidi corporis: ergo ne rem quidem magis adpetes aut ama-
bis hilarem ac pacatam quam distractam et operosam. Et si

Pinc. v. l. 𝔑 — 𝔅 𝔊 — 𝔅1. = *Ergo tua quoque virtus non magis laudabilis* (𝔑 — 𝔅 + *est*) contra mss. etiam Gr. Gron. Ops. (P2. — *quoque*. P3. = *laudabilis*.)

corpus illibatum, integrum = unus Ops. Erf. Heins. 𝔑u 𝔐a. Vox *illibatum* etiam in p videtur antiquitus fuisse, atque latet etiam in *illi tuum, illi tamen, illiticum* all.: *illaesum*, quod in aliis legitur, nihil est nisi scholion: *integrum* vero ab omnibus libris servatur, quam ob rem non debebat omitti a Swo. Pp(s. m.) E alter Ops. P2. Sb Pr.b = *corp. illi tuum, integrum.* w = *corp. illi tamen integrum.* Tertius Ops. = *corpus illiticum, integrum.* G = *corp. illi cibis integrum.* P3. = *corp. illesum tibis et integrum.* RmGBαβγζηϑικλμKΘπστ P1. 4. Col. 𝔑—𝔅1. = *corp. illaesum tibi et* [𝔑 — 𝔗 — *tibi*, RmG — *tibi et*, B — *et*] *integrum.* 𝔄 = *corp. illesum tibi et integrum hoc fort.*

mulcatum. pwmG = *multatum.* PBE Ops. Erf. Heins. Sb Pr. ad 𝔑u 𝔐a = *mutilatum multatum.* αβδεηϑκλμνKΘπτ P1. 4. = *mutilatum ac* [nonnulli ρρ P1. 4. = *vel*] *mulctatum.* GRr rell.ρρ (P2. 3. Col.) 𝔄𝔑—𝔅1.𝔖 = *mutilatum. Mulcare* et *multare* sive *mulctare* a librariis saepe confusa esse docent Drkb. cum aliis ad Liv. VIII, 24, 15. (*corpore regio utcumque mulcato*) Ruhnk. ad Ter. Eun. IV, 7, 4. *mutilatum* autem hic non minus est scholion quam apud Liv. l. l. G = *a servorum habitu.*

23. *serva sunt* = mss. (exc. R GP1. 3. 4. Col.) etiam tres Ops. P2. 𝔑u — 𝔖. BG P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅1. = *servilia sunt.* G𝔑 = *imbecillia sunt.* 𝔑 = *imbecilia.*

possessiones incertae = mss. (exc. p) 𝔄𝔑 — 𝔊. p = *possessionis incerta.* quod est magis ex consuetudine Taciti quam Senecae. 𝔐 — 𝔖 = *possessionis incertae.*

p = *liberat invincta.* G𝔑 — 𝔅 = *tractentur.* 𝔄𝔈1. — 𝔐a + *adpetitio est.* Rell. etiam Ops. Gr. ∾.

24. Arg.b — *et* ante *lacertosum.*

aut amabis = mss. etiam Gr. [Col. = *non amabis*] Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔈1. 𝔖 — *aut amabis.* 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *aut pacatam.* Col. 𝔖 = *et pacatam.* Rell. etiam Ops. Gr. ∾. w𝔑 — 𝔅 = *districtam.* 𝔑 = *distructam.* B = *distinctam.*

Et si hoc est = mss. (exc. wRrSc) 𝔑—𝔐a. Hoc ineptum vocat Sw. et ipse scribit *At si hodie magis* propter sequentia *deinde* et *paulatim.* Sed *Et* hic habet eam significationem, ex qua pro adversativa particula posita esse videtur (vid. Ind.): unde factum est, ut RrSc𝔄 scripserint *At si hoc est.* w — *Et. Deinde* autem saepe ponitur, ut non

hoc est, magis diliges ex duobus aeque bonis uiris nitidum et
unctum quam puluerulentum et horrentem. deinde huc usque
peruenies, ut magis diligas integrum omnibus membris et inlae-
sum quam debilem aut luscum. paulatim fastidium tuum illo us- 25
que procedet, ut ex duobus aeque iustis ac prudentibus coma-
tum et crispulum malis. Ubi par in utroque uirtus, non con-
paret aliarum rerum inaequalitas: omnia enim alia non partes,
sed accessiones sunt. Num quis tam iniquam censuram inter
suos agit, ut filium sanum quam aegrum magis diligat? proce-
rumue et excelsum quam breuem aut modicum? Fetus suos non 26
distinguunt ferae et se in alimentum pariter omnium sternunt.
aues ex aequo partiuntur cibos. Ulixes ad Ithacae suae saxa
sic properat quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles
muros. Nemo enim patriam quia magna est amat, sed quia sua.
Quorsus haec pertinent? Ut scias uirtutem omnia opera uelut
fetus suos iisdem oculis intueri, aeque indulgere omnibus et
quidem inpensius laborantibus: quoniam quidem etiam parentum 27
amor magis in ea quorum miseretur inclinat. Uirtus quoque
opera sua quae uidet adfici et premi non magis amat, sed paren-
tum bonorum more magis conplectitur ac fouet. Quare non est
ullum bonum altero maius? Quia non est quicquam apto aptius,

praecedat *primum* vel *hodie* vel simile aliquid.

RG𝔏κλK = *aeque iustis nitidum et unctum.* Pp nonnulli ρρ = *hoc usque.* R = *eo usque.* r = *et luscum.*

25. p = *illo usque cedet.* G = *ac crispulum.* w = *ac crispum.* 𝔑—𝔅 = *aut crispulum.*

Rrαβιεπσ (P2. Col.) Sc𝔄𝔅—𝔐a + *quam recalvastrum.* Θ𝔑𝔑 + *quam recalvum.* 𝔗 + *quam recalvā.* PpGwE rell. ρρ SbPr.abd P4. haec non agnoscunt: et profecto sunt spuria adiectaque ab iis, qui hanc sententiam superioribus magis accommodare studuerunt.

ubi par in utroque virtus = Pw Arg.b 𝔑—𝔅. GR𝔄𝔈1. — 𝔖 + *ubi par est.* pr + *virtus est.* Rell. n. l.

𝔄 = *non comparat alienum: omnia.* Arg.b = *alia erit rerum inaequalitas.* E desinit in verba *aliarum rerum inaequalitas* et addit *Vale.*

Num quis = PpRrGwB ρρ P1. 3. 4. 𝔑—𝔈1. 𝔏4. Col. 𝔄 = *Num quid.* 𝔈2. — 𝔖 (exc. 𝔏4.) = *Nam quis.*

Col. = *procerum vel excelsum.* P1. = *procerum vero et excelsum.*

aut modicum = PpGRBP2. Col. 𝔄𝔈1. 2. — 𝔖. rP1. 3. 4. 𝔑 — 𝔅 = *ac modicum.* Pinc. 𝔈 — 𝔐a = *et modicum.*

26. p = *Ulixis athicaec suae.* G — *sic.* RB + *Mycenarum suarum.* G = *nobiles viros.*

Quorsus = Ppr𝔄𝔈1. 2. 𝔖. Gw R𝔑 — 𝔐a = *Quorsum.* Rell. n. l.

𝔈1. — 𝔐a + *omnia opera sua* contra mss.

27. 𝔑—𝔅— *etiam* ante *parentum.*

inclinat = Ppw(Arg.b) 𝔈1.—𝔅1. GRrB Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔑u — 𝔖 = *inclinatur.* quod defendit Gron. vid. Ind. p = *parentium.* w = *amplectitur.*

quia plano nihil est planius. Non potes dicere hoc magis par esse alicui quam illud: ergo nec honesto honestius quicquam
28 est. Quod si par omnium uirtutum natura est, tria genera bonorum in aequo sunt. Ita dico: in aequo est moderate gaudere et moderate dolere: laetitia illa non uincit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus deuorantem. Illa bona optabilia, haec mirabilia sunt: utraque nihilo minus paria, quia quicquid incommodi est ui tanto maioris boni tegitur. Quisquis haec inparia iudicat ab ipsis uirtutibus auertit oculos et exteriora circumspi-
29 cit. Bona uera idem pendunt, idem patent. illa falsa multum habent uani. Itaque speciosa et magna contra uisentibus, cum ad pondus reuocata sunt, fallunt. Ita est, mi Lucili, quicquid uera ratio commendat solidum et aeternum est, firmat animum adtollitque semper futurum in excelso: illa quae temere laudantur et uolgi sententia bona sunt inflant inanibus laetos. Rursus ea quae timentur tamquam mala iniciunt formidinem mentibus
30 et illas non aliter quam animalia species periculi agitant. Utraque ergo res sine causa animum et diffundit et mordet: nec illa gaudio nec haec metu digna est. Sola ratio inmutabilis et iudicii tenax est: non enim seruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est sicut rectum recto: ergo et [uirtus uirtuti]: uirtus non aliud quam recta ratio est. Omnes uirtutes rationes sunt:

PpB nonnulli ρρ 𝔑—𝔈𝔩. 𝔍𝔲 = *Non potest dicere.* Hoc defendere potueris eo, quod Seneca adversarium intelligens solet fere scribere *inquit*, ubi ad certum quendam hominem ex orationis nexu referri nequit: id multis locis temere mutarunt in *inquis.*

par esse = mss. etiam Gr. fere omnes 𝔄𝔑—𝔅𝔖. 𝔈𝔩.—𝔐𝔞 = *par est.* PR + *quam illi illud.* wsG + *quam illud illi.* 𝔑—𝔗 + *quam illud: illud ergo.*

28. P = *incommodia est.*

vi tanto maioris = Pp aliquot ρρ. Arg.bw alii ρρ P 1. 3. 4. Col. 𝔑—𝔗 = *in tanto maioris.* Alii ρρ B = *vi tanta maioris.* G = *ninitãta maioris.* Rrγι P2. 𝔄𝔅—𝔖 = *velamento maioris.* quod assigna librario emendanti vel explicanti. p = *avertet oculos.* 𝔑 = *advertit oc.* w = *evertit oc.*

29. prB fere omnes ρρ 𝔑—𝔅 = *idem pendent.*

illa falsa = mss. etiam Gr. Pinc. 𝔄𝔑—𝔅𝔖. 𝔈𝔩.—𝔐𝔞 — *illa.*

p = *aeternum et infirmat animum.* p = *et illam non aliter.*

30. G(m∾)—*inmutabilis* — *Ratio rationi.* p = *imperat sensibus ratio. Ratio pars est.*

ergo et virtus virtuti: virtus non aliud quam ratio est = 𝔖. *virtus virtuti* uncis inclusi, cum essent tantum ab ingenio Swi profecta. Mss. (exc. p) etiam plerique Gr. 𝔄𝔑—𝔊 = *ergo et virtus non aliud* [P2. = *aliter*] *quam ratio est* (𝔄𝔈𝔩.—𝔊 — *est.*) p = *ergo et virtus rationes sunt, rationes sunt, si rectae sunt et pares sunt* reliquis omissis. 𝔐—𝔐𝔞 = *ergo et virtus, quae non aliud est quam recta ratio.*

Omnes virtutes rationes sunt:

rationes sunt rectae: si rectae sunt, et pares sunt. Qualis
ratio est tales et actiones sunt: ergo omnes pares sunt: nam 31
cum similes rationi sint, similes et inter se sunt. Pares autem
actiones inter se esse dico, quia honestae sunt rectae: ceterum
magna habebunt discrimina uariante materia quae modo latior
est, modo angustior, modo inlustris, modo ignobilis, modo ad
multos pertinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis id 32
quod optimum est par est. Tamquam uiri boni omnes pares
sunt, quia boni sunt. sed habent differentias aetatis: alius se-
nior est, alius iunior. habent corporis: alius formosus, alius
deformis est. habent fortunae: ille diues, hic pauper est, ille
gratiosus, potens, urbibus notus et populis, ignotus hic pleris-
que et obscurus. Sed per illud quod boni sunt pares sunt.
De bonis ac malis sensus non iudicat: quid utile sit, quid inu- 33
tile ignorat. Non potest ferre sententiam, nisi in rem prae-
sentem perductus est. nec futuri prouidus est nec praeteriti me-
mor: quid sit consequens nescit. Ex hoc autem rerum ordo

rationes sunt rectae: si rectae sunt, et pares sunt = Pr. RmP3. = *Omnes virtutes rationes rectae sunt* [mP3. — rectae]: *si rationes sunt, et rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.* Gw𝔄 = *Omnes virtutes rationes sunt, si rectae sunt: si rectae sunt,* [w𝔄 — *si rectae sunt*] *et pares sunt.* ϱϱ𝔖 = *Omnes virtutes rationes sunt: si rationes sunt, rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.* Arg.b P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔗𝔈1. — 𝔊 = *Omnes virt. rat. sunt. Rationes sunt, si rectae sunt: si rectae sunt et p. s.* P2. = *Omnes virtutes rationes sunt. Rationes sunt, rectae sunt.* Hoc probavit Grut. et interrogationis notam posuit post *Rationes sunt.* B n. l. 𝔅 = *O. virt. rat. sunt. sed rationes rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.* 𝔐 — 𝔐a = *Omnes virtutes rationes rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.*

31. p = *rationes sint.* Nonnulli ϱϱ = *pares autem rationes inter se.*

quia honestae rectae sunt = Pp RrGw Bϱϱ 𝔑 — 𝔅 (Gw Bϱϱ 𝔑 — 𝔅 + *rectaeque.* unde possis coniicere *rectae quoque*). 𝔈1. — 𝔊𝔖 = *quia rectae sunt et honestae.* 𝔐 — 𝔐a = *qua rectae sunt et honestae* ex ci. Erm. p = *modo angusta.* 𝔄 = *modo illustrior.*

32. 𝔄 — *id* ante *quod optimum.*

P + *Honestes tamquam.* p = *Honestes umquam.* γγινυ P2. 𝔈1. + *Honesta sunt tamquam.* Col. + *Honesta tamquam.* RG w rell. ϱϱ P1. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. + *honestae sunt. Tamquam.* Solus ζ caret hoc additamento, quod ex ora irrepsisse vel temere repetitum esse mihi satis constat.

quia boni sunt = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔈2. — 𝔊𝔖. 𝔈1. = *qui boni sunt.* 𝔐 — 𝔐a = *qua boni sunt* ex ci. Erm.

senior est = mss. 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a — *est.* p = *alius iuvenior.* p — *hic* post *ignotus.*

p = *Sed illud quo boni sunt* om. *per.*

33. *quid utile sit* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔖. 𝔏 — 𝔐a = *quod utile scit.* quod originem ducit potius a librarii negligentia quam a Lipsii ingenio. At Olshausenius ex ingenio mutavit in *nescit.*

seriesque contexitur et unitas uitae per rectum itura. Ratio
ergo arbitra est bonorum ac malorum: aliena et externa pro
uilibus habet et ea quae neque bona sunt neque mala accessiones
minimas ac leuissimas iudicat: omne enim illi bonum in animo
34 est. Ceterum bona quaedam prima existimat ad quae ex propo-
sito uenit, tamquam uictoriam, bonos liberos, salutem patriae.
quaedam secunda quae non adparent nisi in rebus aduersis, tam-
quam aequo animo pati morbum magnum, exilium. quaedam
media quae nihilo magis secundum naturam sunt quam contra
naturam, tamquam prudenter ambulare, conposite sedere. Non
enim minus secundum naturam est sedere quam aut stare aut
35 ambulare. Duo illa bona superiora diuersa sunt: prima enim
secundum naturam sunt gaudere liberorum pietate, patriae in-
columitate. secunda contra naturam sunt fortiter obstare tor-
mentis et sitim perpeti morbo urente praecordia. Quid ergo?
aliquid contra naturam bonum est? Minime: sed id aliquando
36 contra naturam est in quo bonum illud exsistit: uolnerari enim
et subiecto igne tabescere et aduersa ualitudine adfligi contra
naturam est: sed inter ista seruare animum infatigabilem secun-
dum naturam est. Et ut quod uolo exprimam breuiter, materia
boni aliquando contra naturam et bonum numquam, quoniam bo-
num sine ratione nullum est: sequitur autem ratio naturam.
Quid est ergo ratio? Naturae imitatio. Quod est summum

𝔑u et ed. Tauchn. = *ut unitas vitae.*

per rectum itura = PpRBαβ δελμKΘπυ Nicot. Sicul. Pr.a 𝔑—𝔅𝔖. Pr.bδ aliquot ρρ = *perfectum itura.* rγι P2. Sc 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *in perfectum* [𝔄 = *imperfectum*] *itura.* ζ + *per rectum et inperfectum itura.* Gw rell.ρρ P1. 3. 4. Col. Sb = *ad perfectum.* Sw. exspectaverat *iturae*, nec ego aliter.

G(s∾) = *Ratio arbiter est.*

𝔑 — 𝔗 = *et caetera quae nec bona sunt.* wP1. 3. — *ac levissimas.*

omne enim = PpRrGw Arg.b B 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔈1. — 𝔖 — *enim.* ρρ n. l.

34. *bona quaedam* = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐—𝔐a — *bona.* Pp = *at quae.* G = *atque.*

G = *bonos viros.* p = *quam prudenter ambulare.* Gron. ci. = *pudenter ambulare.* Gwr Arg.b B antiquiores et emendatiores ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅 — *aut* ante *stare.* w = *et ambulare.* R = *quam ambulare.*

35. *Duo illa bona* = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a — *bona.* 𝔑u ed. Tauchn. = *librorum pietate.* ita plerumque ed. Tauchn. imitatur 𝔑u.

Pp = *optare tormentis.* r = *optare tormenta.* w𝔄 = *obstare tormenta.* sw = *vel aptare tormentis.* ευοσ = *aptare se tormentis.*

sed id aliquando = mss. 𝔑 — 𝔅 𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *sed illud aliquando.* r = *in quo bonum istud.*

RGw P1. 3. Sicul. = *consistit.*

36. 𝔑—𝔅 = *observare animum.*

pRG 𝔑 — 𝔅𝔖 + *contra naturam est.*

et bonum = mss. 𝔄𝔑—𝔈1. 𝔈2. — 𝔐a = *at bonum.* 𝔖 — *et.*

r + *Quod est summum hominis*

hominis bonum? Ex naturae uoluntate se gerere. Non est, 37
inquit, dubium quin felicior pax sit numquam lacessita quam
multo reparata sanguine. Non est dubium, inquit, quin felicior res sit inconcussa ualitudo quam ex grauibus morbis et extrema minitantibus in tutum ui quadam et patientia educta: Eodem modo non erit dubium quin maius bonum sit gaudium quam obnixus animus ad perpetiendos cruciatus uolnerum aut
ignium. Minime: illa enim quae fortuita sunt plurimum discri- 38
minis recipiunt: aestimantur enim utilitate sumentium. Bonorum unum propositum est consentire naturae: hoc contingere omnibus par est. Cum alicuius in senatu sententiam sequimur, non potest dici: Ille magis adsentitur quam ille: ab omnibus in eamdem sententiam itur. Idem de uirtutibus dico: omnes naturae adsentiuntur. idem de bonis dico: omnia naturae adsentiuntur.
Alter adulescens decessit, alter senex, aliquis praeter hos in- 39
fans cui nihil amplius contigit quam prospicere uitam: omnes hi aeque fuere mortales, etiam si mors aliorum longius uitam passa est procedere, aliorum in medio flore praecidit, aliorum interrupit ipsa principia. Alius inter coenandum solutus est. alterius continuata mors somno est. aliquem concubitus exstin-
xit. His obpone ferro transfossos aut exanimatos serpentum 40

bonum segregare. P = *ex natura voluntatem segregare.*

37. p = *quin felicior pascit numquam.* Pinc. ci. = *quam multorum parta sanguine.*

quin felicior res sit = PpR antiquiores et probatiores ρρ Pr.abd 𝔄 𝔑 — 𝔅𝔖. Gwr (recc. ρρ Arg.b B) 𝔈1. — 𝔐a — *res.* p = *valitudine tamquam.* Rελνσ = *vi quadam patientiae ducta.* Etiam G(s∾) rell. ρρ P1. 3. 4. = *ducta.* Unus Pinc. = *vi quadam patientiae inducta.* ν = *num erit dubium.* α π𝔑 — 𝔅 = *numquid erit dubium.* p = *non erat dubium.*

quam obnixus animus = pP2. 𝔖. Rell. = *quam obnoxius animus.* R𝔑 — 𝔅 = *ad perpetiendum.* p = *ad percipiendos.*

38. ν nonnulli alii ρρ 𝔑 — 𝔅 = *aestimantur autem.*

hoc contingere = PRrGw ρρ Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. B𝔖 + *conting. in omnibus.* p = *hoc contire omnibus.* 𝔐 — 𝔐a = *hoc in omnibus.*

Cum alicuius in senatu = Pp rw (Arg.b B ρρ Col.) 𝔄𝔑 — 𝔐a. G P1. 3. 4. = *Si alicuius* ∾. B — *senutu.* R Sicul. 𝔖 = *Cum alicuius senatus sent. sequitur* (etiam 𝔑 — 𝔗 = *sequitur*). P2. = *Cum alicuius senatus sent. sequimur.*

P2. 3. 4. Col. = *omnes naturae assentiuntur.*

39. G P1. 3. 4. = *nihil aliud contigit.* 𝔑 — 𝔅 𝔅1. — 𝔐a ed. Tauchn. = *contingit.* Arg.b = *passa est producere.* p = *in medio flore procedit.* R(s∾) P1. 3. — *in.* r = *procidit.*

ipsa principia = mss. etiam Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a — *ipsa.*

Arg.b = *concinnata mors est.*

40. P = *His oppono.* R recc. ρρ = *His appone.* pGwr = *serpen-*

morsu aut fractos ruina aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim: aliquorum melior dici, aliquorum peior potest exitus: mors quidem omnium par est. Per quae uenit diuersa sunt: id in quod desinunt unum est. Mors nulla maior aut minor est: habet enim eumdem in omnibus modum finisse
41 uitam. Idem tibi de bonis dico: hoc bonum inter meras uoluptates est, hoc inter tristia et acerba. Illud fortunae indulgentiam rexit, hoc uiolentiam domuit: utrumque aeque bonum est, quamuis illud plana emolliuerit, hoc aspera. Idem finis omnium est: bona sunt, laudanda sunt, uirtutem rationemque comitantur: uirtus aequat inter se quicquid agnoscit. Nec est quare
42 hoc inter nostra placita mireris. Apud Epicurum duo bona sunt ex quibus summum illud beatumque conponitur: *ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione.* Haec bona non crescunt, si plena sunt: quo enim crescet quod plenum est? Dolore corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi et placidus est: quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas coeli non recipit maiorem adhuc claritatem in sincerissimum nitorem repurgata:
43 sic hominis corpus animumque curantis et bonum suum ex utroque nectentis perfectus est status et summam uoti sui inuenit, si nec aestus animo est nec dolor corpori. Si qua extra blandimenta contingunt, non augent summum bonum, sed, ut ita dicam, condiunt et oblectant: absolutum enim illud humanae naturae bonum corporis et animi pace contentum est.

tium. PpArg.b = *fructus ruina.* r = *fluctos ruina.* w = *fluctus ruina.* p = *minutat in aliquorum.* (etiam in P litterae *im* sunt erasae). Arg.b = *minutim.*

p = *per quem ueniunt.* Pr𝔄 = *per quae ueniunt.* pArg.b P1. 3. 4. Col. = *in id quod desinunt.* P2. — *in.* w = *mors ulla peior aut minor.* G(s ∾) w (s. m.) B𝔄 = *fuisse vitam.* quod valde placet.

41. p = *voluptates hoc est inter.* PpG = *inter tristitiam.* p = *plana et mollivelerit.* w = *emollierit.* G = *emollient.* 𝔑 — 𝔗 = *emoluerit.* p = *virtutes aequat.* pw Arg.b 𝔄 = *agnoscet.*

42. *Nec est quare* = PpRrG Arg.bB P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. w = *Non est quare.* P2. 𝔈1. — 𝔐a = *Nec est quod.* ρρ n. l.

α = *summum illud beatum bonum.* Gγ𝔇xK P1. 3. 4. = *summum illud bonum.* 𝔑 — 𝔅 + *summum illud beatumque bonum.* wo = *quomodo enim crescet.* G𝔑 — 𝔗 = *si plenum est.* w = *huic tranquillitati.* w = *adhuc serenitatem.* p = *sincerissimum nitorem repurgat.* G P1. 3. 4. = *in serenissimum nitorem.*

43. p = *vi hominis.* p = *nec dolor corporis.* r = *sic nec aestus.* r = *nec augent.* p = *sit ut ita dicam.*

Dabo apud Epicurum tibi etiamnunc simillimam huic nostrae diui- 44
sionem bonorum. *Alia* enim *sunt* apud illum *quae malit con-
tingere sibi, ut corporis quietem ab omni incommodo libe-
ram et animi remissionem bonorum suorum contemplatione
gaudentis: alia sunt quae, quamuis nolit accidere, nihilo
minus laudat et conprobat,* tamquam illam quam paulo ante
dicebam malae ualitudinis et dolorum grauissimorum perpessio-
nem in qua Epicurus fuit illo summo ac fortunatissimo die suo. 45
Ait enim *se uesicae et exulcerati uentris tormenta tolerare
ulteriorem doloris accessionem non recipientia: esse nihilo
minus sibi illum beatum diem.* Beatum autem agere nisi qui
est in summo bono non potest. Ergo et apud Epicurum sunt
haec bona quae malles non experiri, sed, quia ita res tulit, et
amplexanda et laudanda et exaequanda summis sunt. Non 46
potest dici hoc non esse par maximis bonum quod beatae uitae
clausulam inposuit, cui Epicurus extrema uoce gratias egit.
Permitte mihi, Lucili uirorum optime, aliquid audacius dicere:
si ulla bona maiora esse aliis possent, haec ego quae tristia
uidentur mollibus illis et delicatis praetulissem. Maius est enim
perfringere difficilia quam laeta moderari. Eadem ratione fit,
scio, ut aliquis felicitatem bene et ut calamitatem fortiter ferat.
Aeque esse fortis potest qui pro uallo securus excubuit nullis 47
hostibus castra temptantibus et qui succisis poplitibus in genua
se excepit nec arma dimisit. *Macte uirtute esto* sanguinolen-

44. GP1. 3. 4. = *Dabo apud Epicuros tibi omnem etiamnunc sim.* Col. = ∾ *tibi nunc sim.*

p = *mallit* et mox *nollit.*

GP1. 3. 4. = *bonorum operum contempl.* 𝔑 — 𝔅 — *nolit* ante *accidere.* 𝔈1. — 𝔖 + *et laudat* contra mss. 𝔄 — *et conprobat.* G 𝔑 — 𝔅 = *et probat.*

45. GP1. 𝔄𝔈1. 2. = *ac fortissimo die.* r = *non qui est in summo.* G = *Ergo et apud Epicuros sunt haec omnia bona.* Etiam P1. 3. 4. Col. + *haec omnia bona.*

w = *quia itaque res tulit.* Pp 𝔄𝔗 = *quia ita rettulit.* RrB𝔑𝔑 = *quia ita retulit.* P1. 3. 4. + *summis bonis.*

46. p = *clausulam non posuit.*

Permitte mihi, Lucili = PpRrw 𝔄𝔖. G𝔑 — 𝔅 = *Permitte, mi L.* ρϸ aut = *Permitte mihi, L.* aut = *Permitte, mi L.* 𝔈1. — 𝔐a + *Permitte mihi, mi L.* GP1. 3. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *esse aliis possunt.* p = *quae tristitia.* p + *praetulissem. Haec maiora dixissem. Maius.* K = *difficilia pertingere.* RrGw rell. ρϸ (exc. ηϭ ∾) 𝔑 = *d. perstringere.* 𝔑 — 𝔅 = *d. praestringere.* 𝔄 = *d. perstrixisse.* 𝔈1. — 𝔊 = *d. perstrinxisse.* p = *scio vi alicuius.*

et ut calamitatem = mss. (p = *et vi cal.*) 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a — *ut.*

47. 𝔄 + *non potest.* r = *excubavit.* p = *succissis popl.*

G(s ∾) = *ac arma dimisit.*

p = *sanguinolenties et ex ac-*

tis et ex acie redeuntibus dicitur. Itaque haec magis laudauerim
48 bona exercitata et fortia et cum fortuna rixata. Ego dubitem quin magis laudem truncam illam et retorridam manum Mucii quam cuiuslibet fortissimi saluam? Stetit hostium flammarumque contemptor et manum suam in hostili foculo distillantem perspectauit, donec Porsenna cuius poenae fauebat gloriae inuidit et ignem inuito eripi iussit. Hoc bonum quidni inter prima numerem tantoque maius putem quam illa secura et intemptata fortunae quanto rarius est hostem amissa manu uicisse quam armata? Quid ergo? inquis, hoc bonum tibi optabis?
49 Quidni? hoc enim nisi qui potest et optare non potest facere. An potius optem ut malaxandos articulos exoletis meis porrigam? ut muliercula aut aliquis in mulierculam ex uiro uersus digitulos meos ducat? Quidni ego feliciorem putem Mucium qui sic tractauit ignem, quasi illam manum tractatori praestitisset? In integrum restituit quicquid errauerat: confecit bellum inermis ac mancus et illa manu trunca reges duos uicit. Uale.

EPISTULA V. (67.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Ut a communibus initium faciam, uer aperire se coepit: sed iam inclinatum in aestatem, quo tempore calere debebat intepuit nec adhuc illi fides est: saepe enim in hiemem reuolui-

cione. Sw. maluerat abesse copulam *et.* pP3. = *bona exercita.*

48. PGR Arg.b maior pars ϱϱ P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔅 + *non dubitem.* rw P2. Col. 𝔄𝔈𝔱. — 𝔊 = *non dubito.* 𝔖 + *cur dubitem* ex ingenio, ut videtur: sed promptius erat scribere *Egone dubitem.* p cum aliquot ϱϱ 𝔐 — 𝔐𝔞 ∾. p = *in hostili fac ullo.* p = *Porsinna.* PpArg.b Col. = *quid inter prima.* 𝔄𝔑 — 𝔅 = *quidem inter prima.* GP1. 3. 4. 𝔑 — 𝔅 + *non numerem.* 𝔄 = *non minuerem.* p = *quam alia.* P = *intempta.* G(m∾) = *intenta.* p = *temptata.* p = *vicisse quam a marita.*

49. *malaxandos* = Pprw Arg.b B αγενΘτ duo Put. Pr. bd quidam Pinc. 𝔑𝔖. 𝔑 — 𝔊 = *male laxandos.* P2. = *manu laxandos.* δ = *malesandos.* GR rell. ϱϱ quidam Pinc. P1. 3. 4. Col. = *laxandos.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *malacissandos* ex ci. Rod. Agric. m𝔈. = *luxandos.* Psw = *ex soletis.* p𝔄 — *aut aliquis in mulierculam.* w = *digitos meos.* P = *que sic tractavit.* p = *quod sic tr.* pGwB𝔖 = *quam si illam.* P3. = *trãctatori.* P4. mCol. = *truncitatori.* Col. = *finctatori.* P — *In* ante *integrum.* p + *quicquid ergo.*
𝔑 — 𝔅 = *ista manu.*

Lib. VII. Ep. 5. (67.)

In hac quoque epistola V plurima omittit: sed ea omnia indicare iam supersedeo.

Gα𝔇 = *Ut actionibus initium faciam.* p = *capere debebat.*
𝔑𝔲 = *in hiemem resolvitur.* 𝔈 + *in hiemem revovem revolv.*

tur. Uis scire quam dubium adhuc sit? nondum me committo frigidae: adhuc rigorem eius infringo. Hoc est, inquis, nec calidum nec frigidum pati. Ita est, mi Lucili: iam aetas mea contenta est suo frigore. uix media regelatur aestate. Itaque 2
maior pars in uestimentis degitur. Ago gratias senectuti, quod me lectulo adfixit. Quidni gratias illi hoc nomine agam? quicquid debebam nolle non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quando interuenerunt epistulae tuae, tecum esse mihi uideor et sic adficior animo, tamquam tibi non rescribam, sed respondeam. Itaque et de hoc quod quaeris, quasi conloquar tecum, quale sit una scrutabimur. Quaeris *an omne bo-* 3
num optabile sit: si bonum est, inquis, fortiter torqueri et magno animo uri et patienter aegrotare, sequitur ut ista optabilia sint: nihil autem uideo ex istis uoto dignum. neminem certe adhuc scio eo nomine uotum soluisse, quod flagellis caesus esset aut podagra distortus aut eculeo longior factus. Di- 4
stingue, mi Lucili, ista et intelleges esse in his aliquid optandum. Tormenta abesse a me uelim: sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram optabo. Quidni ego malim non incidere bellum? sed si inciderit, ut uolnera, ut famem et omnia quae bellorum necessitas adfert generose feram optabo. Non sum tam demens, ut aegrotare 5

frigidae = P𝔏 — 𝔐𝔞: nec multum recedit unus Mod., qui = *frigido.* p + *frigidae vere.* Sb = *frigide vere.* VPr.b = *frigido vere.* νσσ = *calido veri.* Gw RrB rell. ρρ Gr. Sc Pr.a 𝔄𝔑 — 𝔊 = *frigido veri.* Ex. Francisc. ap. Pinc. 𝔐 = *frigido aeri.* 𝔖 + *frigidae merae* ex ci.

ανσσ 𝔑—𝔅 = *adhuc rigorem eius timeo.* r = *rigorem eius in stringo.* G(m∾) βπP1. 3. Col. = *rigor est eius* [βπ — *eius*] *in frigore.* R = *rigor eius est in frigore.* Rell. ρρ (exc. ε ∾) aut faciunt cum R aut cum G. P2. = *rigore eius instringor.* P4. +.∾ *infringo: rigor eius est in frigore.* B = *frigor eius est in frigore.* 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *vigor est eius in frigore.* GP1. 3. 4. Col. = *nec frigus nec calorem.* p = *regelatura aestate.* 𝔄 = *vix tegebatur* βιμKΘ = *vix regebatur.*

2. 𝔈—𝔐 ex ci. Pinc. = *in stramentis degitur.* GrV ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *in vestimentis tegitur.* R = ∾ *degit.* Gr. partim = *regitur,* partim = *tegitur.* GR P1. 3. 4. = *quae* [R = *quod*] *me lecto affixit.* GB antiquiores ρρ = *quicquid debeam.* 𝔍u = *non posse.*

intervenerunt = PpGwR fere omnes ρρ 𝔑 — 𝔅. r(Arg.bB) 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *interveniunt.* P2. 𝔄𝔈1. 2. = *quasi colloquor.*

3. P = *Si bonum* om. *est.*

4. Col. + *fortiter honesteque ac animose.* Gw 𝔑 — 𝔅 + *animoseque.* r + *et animose.* 𝔄 = *nunc vulnera, nunc famem.*

necessitas adfert = mss. (exc. P) etiam Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *nec. fert.* P = *necessitas adfore.* 𝔑—𝔗—*feram.* P = *opto.*

cupiam: sed si aegrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effeminate faciam optabo. Ita non incommoda optabilia sunt,
6 sed uirtus qua perferuntur incommoda. Quidam ex nostris existimant omnium istorum fortem tolerantiam non esse optabilem, sed ne abominandam quidem: quia uoto purum bonum peti debet et tranquillum et extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? primum quia fieri non potest ut aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit: deinde si uirtus optabilis est, nullum autem sine uirtute bonum, et omne bonum optabile
7 est. Deinde etiamsi tormentorum fortis patientia optabilis est, etiamnunc interrogo: Numne fortitudo optabilis est? Atqui pericula contemnit et prouocat: pulcherrima pars eius maximeque mirabilis illa est non cedere ignibus, obuiam ire uolneribus,
8 interdum tela ne uitare quidem, sed pectore excipere. Si fortitudo optabilis est, et tormenta patienter ferre optabile est: hoc enim fortitudinis pars est. Sed separa ista, ut dixi: nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto *fortiter* quod est uirtus. Quis ta-

5. 𝔄= *effeminate f e r a m.* p = *eff. f i a n t.* p = *p r o feruntur incommoda.*

6. *omnium i s t o r u m* = pR. Quae ab aliis libris proferuntur, *tormentorum* aut *nostrorum*, non dubie sunt ex scholiis orta, cum, qui *istorum* activa, ut ita dicam, vel potius intransitiva significatione acciperent referrentque ad Stoicos, hoc adscripsissent, qui passiva, illud. γζσ Pinc. 𝔈𝔊 ℜu 𝔐a = *omnium t o r m e n t o r u m.* εη𝔖 = *t o r m e n t o r u m* om. *omnium.* PGwr Arg.bB rell. ρρ Gr. Sbc Pr.b 𝔄ℜ — 𝔈2. = *omnium n o s t r o r u m.* m 𝔈2. = *omnium a s p e r o r u m.* 𝔐 — 𝔅1. = *o m n i n o a s p e r o r u m.* Gron. ci. = *omnium d u r o r u m* vel *n o x i o r u m.* Ex Pr. ad Sw. laudat *omnium v i r o r u m:* sed mihi quidem videtur in illis fuisse *omnium n o s t r o r u m* (*õium ñrorum*) et male lectum. Certe Sanctol. in Pr. d (ν) nihil aliud vidit.

𝔄ℜ — 𝔐a = *n e c abom. quidem* contra mss. RrGw ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔅 = *s i optabilis non sit.* Sed Pp (Arg.bB) ∾.

et omne bonum optabile e s t = mss. (exc. p) ℜ — 𝔅𝔖. p = *e s t omne bonum optabile* om. *et.* 𝔄𝔈1. — 𝔐a — *est.*

7. G = *Deinde si etiam tor m e n t a i a m fortis pat.* P1. = *Deinde si e t tormen t a i a m fortis pat.* P3. = *Deinde si etiam tormentorum i a m fortis pat.* P4. = *Deinde e t s i tormentu m i a m fortis pat.*

optabilis est = PpwR Arg.bB P4. 𝔄ℜ — 𝔈2. Gr P2. 𝔈 — 𝔖 + *opt. n o n est.* Rell. n. l.

N u m n e fortitudo = ℜ — 𝔅𝔖. Pp = *N e m e fort.* w = *N e n e fort.* G = *N e c n e fort.* ρρ = *N u m fort.* R𝔈1. — 𝔐a = *N o n n e fort.* r = *a n n e fort.* Sbc𝔄 = *n e fort.* Arg.b = *optabilis s i t.*

p + *e t tormenta atque periculo contemnit.*

8. pG = *fortitudinis pars.* om. *est.* BmP2. (P1. 4.) 𝔄ℜ — 𝔐 + *n e c t a m e n i d e o s o l u m m o d o f e r r e t o r m e n t a o p t a b i l e e s t: sed separa ista.*

men umquam hoc sibi optabit? Quaedam uota aperta et professa sunt, cum particulatim fiunt: quaedam latent, cum uno uoto multa conprensa sunt. tamquam opto mihi uitam hone- 9
stam: uita autem honesta actionibus uariis constat: in hac est Reguli arca, Catonis scissum manu sua uolnus, Rutilii exilium, calix uenenatus qui Socratem transtulit e carcere in coelum. Ita, cum optaui mihi uitam honestam, et haec optaui sine quibus interdum honesta non potest esse.

O terque quaterque beati
Quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere!

Quid interest optes hoc alicui an optabile fuisse fatearis? De- 10
cius se pro republica deuouit et in medios hostes concitato equo mortem petens inruit. Alter post hunc paternae uirtutis aemulus conceptis sollemnibus ac iam familiaribus uerbis in aciem confertissimam incurrit de hoc sollicitus tantum ut litaret optabilem rem putans bonam mortem. Dubitas ergo an optimum sit memorabilem mori et in aliquo opere uirtutis? Cum aliquis tor- 11
menta fortiter patitur, omnibus uirtutibus utitur fortasse: una in promptu sit et maxime adpareat patientia. Ceterum illic est fortitudo cuius patientia et perpessio et tolerantia rami sunt. illic est prudentia sine qua nullum initur consilium, quae suadet quod effugere non possis quam fortissime ferre. illic est constantia quae deici loco non potest et propositum nulla ui extorquente dimittit. illic est indiuiduus ille comitatus uirtutum.
Quicquid honeste fit una uirtus facit, sed ex consilii sententia: 12

optabit = PRrGw 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *optavit.* p = *optat.* *conprensa* = pℜ — 𝔗. Pr = *conpressa.* G = *reprehensa.* Rw𝔄𝔅 — 𝔖 = *comprehensa.* Rell. n. l.

9. ℜ — 𝔅 + *In hac enim est.* GP1. 4. P3. (s∾) = *Reguli ac Catonis.* p = *Rutuli exilium capia venantis qui Socr.* G = *canis venenatus.* Gℜ — 𝔗 = *hoc optavi.* p = *Uterque quaterque.* 𝔊 — 𝔐𝔞 = *Queis ante ora patrum* contra mss.

10. P = *opt est hoc alicui.* P = *De cuius se pro.* r + *Decius Cesar.* p — *republica.* GP1. 3. 4. = *se reipublicae devovit.* 𝔄 — *in* ante *medios hostes.* p (s. m.) = *incucurrit.* Ppr Arg. b P1. 3. 4. 𝔄ℜ — 𝔗 = *optabilem rem putas.*

11. *utitur fortasse: unu in promptu sit* = PprGw Gr. Sb Pr. bd. RsG sP3. 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 + *cum una in pr. s.* 𝔖 = *utitur. Fortasse una.* p = *Illi est prudentia* et infra = *Illi est constantia.* 𝔄 = *nullum inititur.* ℜ — 𝔅 = *nullum innititur.* r = *nec propositum ulla vi.*

12. R + *Quod quicquid honeste.* P = *Quod quid honeste.* *ex consilii sententia* = mss. (exc.

quod autem ab omnibus uirtutibus conprobatur, etiam si ab una fieri uidetur, optabile est. Quid? tu existimas ea tantum optabilia esse quae per uoluptatem et otium ueniunt? quae excipiuntur foribus ornatis? Sunt quaedam tristis uoltus bona. sunt quaedam uota quae non gratulantium coetu, sed adorantium ue-
13 nerantiumque celebrantur. Ita tu non putas Regulum optasse ut ad Poenos perueniret? Indue magni uiri animum et ab opinionibus uolgi secede paulisper. cape quantam debes uirtutis pulcherrimae ac magnificentissimae speciem quae nobis non thure nec sertis, sed sudore et sanguine colenda est. Adspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admouentem et uolnera parum demissa laxantem. Utrum tandem illi dicturus es:
14 *Uellem quae uelles.* et *Moleste fero.* an: *Feliciter quod agis?* Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit qui uitam securam et sine ullis fortunae occursionibus *mare mortuum* uocat. Nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denuntiatione et incursu firmitatem animi tui temptes, sed in
15 otio inconcusso iacere non est tranquillitas: malacia est. At-

PP2.) etiam Gr. Ss. 𝔄ℜ — 𝔊. P = *e cons. sent.* P2. + *ex cons. ceterorum sent.*

Sunt quaedam tristis voltus bona = p. Hinc natae sunt ceterorum librorum scripturae *voluptatis*, *voluptates*, *voluptas*, cum praesertim antecedat *voluptatis* nomen. P𝔈1. = *tristis voluptates bona.* RrGwαγζηϑκλπ P 1. 3. 4. Col. 𝔄 = *tristis voluptatis bona* (η + *Bona sunt*). ℜ—𝔅 = *voluptatis tristis.* Arg.bB rell. ρρ (exc. δε) = *tristes voluptates bona.* δε Sb (?) 𝔖 = *Est quaedam tristis voluptas: bona sunt.* 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *tristes voluptates* om. *bona*, quod etiam in reliquis Swi libris legebatur.

GRαγζϑκλπ P1. 3. 4. Col. 𝔄ℜ—𝔅 inserunt inter *bona* et *sunt quaedam vota* haec: *Ceterum illius est fortitudo, eius* [G = *cuius*, 𝔄ℜ — 𝔅 = *huius*] *patientia.*

13. sw𝔄 = *ut ad poenas perv.* G = *ut ad poenas veniret.*

pRr nonnulli tam ex antiquis quam ex recentioribus ρρ = *quantum debes.*

non thure nec sertis = prγηιοσ Sb𝔅𝔖. P = *intuere nec sertis.* mγℜ — 𝔗 = *non vere nec sertis.* Sc𝔛 = *non sertis et floribus.* GwR𝔈1. — 𝔐𝔞 — *thure nec.* p = *pubissimas manus.*

14. Codd. meliores Ermi 𝔈𝔊 = *Nollem quae velles.* Id tamen in meorum nullo est. Rιλο = *Moleste fero ac infeliciter.* P4. = *quicquid agis.* Pinc. = *feliciter quidem agis.* G(s∾)P1. = *Feliciter quid agis.* V = *Democritus noster occurrit.*

fortunae occursionibus = mss. (exc. Col.) etiam Gr. Ss. ℜ𝔖. Col. = *fort. occasionibus.* 𝔗—𝔐𝔞 = *fort. incursionibus.* 𝔛 — *fortunae.* P = *in otio inconcussio.* p = *inconcusio.* Arg. b = *inconcussum.*

malacia est = 𝔈2. — 𝔖. Mss. 𝔄ℜ — 𝔈1. = *malitia* sive *malicia est.* r + *sed malicia est.* cf. Caes. B. G. III, 15. ubi plerique mss. et vett. edd. pro *malacia* itidem ferunt *malicia* sive *malitia.* Fortasse hic et illic rectius scribebatur μαλακία, sicut apud Festum p. 67. ed. Lindem. *Flustra dicuntur, quum*

talus Stoicus dicere solebat: *Malo me fortuna in castris suis quam in deliciis habeat. Torqueor, sed fortiter: bene est. Occidor, sed fortiter: bene est.* Audi Epicurum, dicet: *Et dulce est.* Ego tam honestae rei ac seuerae numquam molle nomen inponam. Uror, sed inuictus. Quidni hoc optabile sit? non quod urit me ignis, sed quod non uincit. Nihil est uirtute praestantius, nihil pulchrius: et bonum est et optabile quicquid ex huius geritur imperio. Uale.

EPISTULA VI. (68.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Consilio tuo accedo: absconde te in otio, sed et ipsum otium absconde. Hoc te facturum Stoicorum, etiam si non praecepto, at exemplo licet scias: sed ex praecepto quoque facias: et tibi etiam, cum uoles, adprobabis. Nec ad omnem rempublicam mittimus nec semper nec sine ullo fine: praeterea, cum sapienti rempublicam ipso dignam dedimus, id est mundum, non
est extra rempublicam, etiam si recesserit. Immo fortasse re- 2
licto uno angulo in maiora atque ampliora transit et coelo inpositus intellegit, cum sellam aut tribunal adscenderit, quam humili loco sederit. Depone hoc apud te numquam plus agere sa-

in mari fluctus non moventur, quam Graeci μαλακίαν *vocant.*

15. *Occidor.* π = *E x e r c i t o r.* *Quidni h o c optabile sit?* = mss. (exc. P) 𝔑 — 𝔅. P = *n i hoc opt. sit.* om. *Quid.* 𝔄𝔈 1. — 𝔖 — *hoc.* p — *est* ante *virtute.*

Lib. VII. Ep. 6. (68.)

Col. = *acce d e.*

sed et i p s u m otium absconde = Pr Arg.b P2. Col. 𝔄𝔅. 𝔐𝔖. p = *sed i n ipsum otium.* Rw = *sed ipsum otium.* 𝔑 — 𝔗 — *ipsum.* V + *sed et ipsum otium t u u m.* P 3. = *sed e t i a m otium t u u m* (s.m. = *ipsum.*) GP1.4. 𝔏 — 𝔐a = *sed et otium t u u m.* Gα𝔖κπ Gr. 𝔑 — 𝔅 = *etiam s i n e praecepto.* P𝔄 = *a t exemplum.* scilicet accepit *at* pro Praep. Rr ρρ (exc. ζο) Gr. 𝔑. 𝔈 1. = *a d exempl u m.* ζ = *t a m e n exemplo.* pGwo unus Pinc. 𝔈 2. — 𝔖∾.

quoque faci a s = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔐 — 𝔖 = *quoque faci e s.*

e t tibi e t i a m, cum voles, adprobab i s = RrλσP3. p = *et tibi c o n et cum voles adprobabis.* (Arg.b) ζιοP2. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖 — *etiam.* Rell. mss. etiam Gr. (in eius Animadversionibus vitio excidit *et* ante *cum*) = *et tibi e t cum voles approbabis.* 𝔐 — 𝔐a = *i d tibi, cum voles, approba b o.* p — *rem* ante *publicam.* P — *mittimus* — *rempublicam* et pergit: *ips a m dignam dedimus* = r. p = *P r op terea cum.* Arg.b = *ips a dignam.*

r e cesserit = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *s e cesserit.*

2. *adscend e r i t* = PpRrGw aliquot ρρ 𝔄𝔈 1. — 𝔊. Arg.b. maior pars ρρ cum antiquioribus 𝔑 — 𝔅𝔖 = *adscende r e t.* 𝔐 — 𝔐a = *adscende r a t.* Arg.b = *sed e r e t.*

Depon e = PpGr𝔖κξ quidam Pinc. fere omnes Gr. praeter P2. RwP2. 𝔄𝔑 — 𝔖 = *Depon o.* De reliquis non satis mihi constat. 𝔄 = *apud m e.*

pientem, quam cum in conspectum eius diuina atque humana
uenerunt. Nunc ad illud reuertor quod suadere tibi coeperam,
3 ut otium tuum ignotum sit. Non est quod inscribas tibi phi-
losophiam atque otium: aliud proposito tuo nomen inpone, uali-
tudinem et inbecillitatem uocato et desidiam. Gloriari otio iners
ambitio est. Animalia quaedam ne inueniri possint uestigia sua
circa ipsum cubile confundunt: idem tibi faciendum est: alio-
quin non deerunt qui persequantur. Multi aperta transeunt, con-
4 dita et abstrusa rimantur: furem signata sollicitant. Uile uide-
tur quicquid patet: aperta effractarius praeterit. Hos mores
habet populus, hos inperitissimus quisque: in secreta inrumpe-
re cupit. Optimum itaque est non iactare otium suum: iactan-
di autem genus est nimis latere et a conspectu hominum sece-
dere. Ille Tarentum se abdidit. ille Neapoli inclusus est.
5 ille multis annis non transiit domus suae limen. Conuocat tur-
bam quisquis otio suo aliquam fabulam inposuit. Cum secesse-
ris, non est agendum hoc ut de te homines loquantur, sed ut
ipse loquaris tecum. Quid autem loqueris? quod homines de
aliis libentissime faciunt, de te apud te male existima: adsue-
sces et dicere uerum et audire. Id autem maxime tracta quod
6 in te esse infirmissimum senties. Nota habet quisque [sui]
corporis uitia: itaque alius uomitu leuat stomachum, alius

3. *atque otium* RP2.𝔖. βoπ Col. = *philosophiam et ethicam atque etiam aliud.* Pinc. v. l. = *atqui aliud propos.* Rell. = *atque etiam aliud.* GP1. 3. 4. Col. = *imbecillitatem vocitato.* p = *inbecillem eius voca.* Arg.b = *imbecillem vocato.* εμνξKΘ = *imbecilem vocato.* p = *Gloriari optior iners amabitio est.* p = *deerunt qui semper sequantur.* p = *Multi a transeunt.*

abstrusu = PGwr plerique ρρ 𝔖. p = *aptrusa.* o = *obscura.* R𝔄𝔑 — 𝔐a = *obstrusa.* R = *fures.*

4. GR = *effracturus praeterit.*

G = *impertinacissimus quisque.* 𝔐 — *otium* post *iactare.* R nonnulli ρρ = *Tarenti se abdidit.* G = *Tar. se abscondit.* GP1. 3. 4. = *Neapolim.* P = *Neapoli clusus.*

non transiit = PpRr nonnulli ρρ 𝔑 — 𝔅𝔖. Gw𝔄𝔈 1. — 𝔐a = *non transit.* Rell. n. l.

5. p = *fabulam posuit.* p — *loquantur — quod homines.*

Quid autem loqueris = PG Arg.b Bρρ (exc. αβ) 𝔄𝔖. Rrw αβ 𝔑 — 𝔐a + *Quid autem tecum loquaris.*

adsuesces = PpwBV antiquiores ρρ et reliquorum maior pars Sbc cod. Iureti 𝔄𝔖. GRr𝔑—𝔐a = *Assuesce.* GP1. (vitio P4. bis legitur) = *infirmum.* P4. = *firmum.* VCol. = *firmissimum.*

6. *quisque [sui] corporis* = P𝔄𝔈1. — 𝔐a. GR𝔖 = *sui quisque corp.* w = *sui corp. quisque.* 𝔑 — 𝔅 = *quisque corp. sui.* p — *sui*, quod mihi suspectum esse uncis significavi. Rell. n. l. GP1. 3. Col. = *lavat stomachum.*

a frequenti cibo fulcit, alius interposito ieiunio corpus exhaurit et
purgat. quorum pedes dolor repetit aut uino aut balneo absti-
nent: in cetera neglegentes huic a quo saepe infestantur occur-
runt. Sic in animo nostro sunt quasi causariae partes quibus
adhibenda curatio est. Quid in otio facio? Ulcus meum curo. 7
Si ostenderem tibi pedem turgidum, liuidam manum aut contra-
cti cruris aridos neruos, permitteres mihi uno loco iacere et fo-
uere morbum meum: maius malum est hoc quod non possum
tibi ostendere. In pectore collectio et uomica est. Nolo lau-
des, nolo dicas: O magnum uirum! contempsit omnia et da-
mnatis humanae uitae furoribus fugit. Nihil damnaui nisi me. 8
Non est quod proficiendi causa uenire ad me uelis. Erras
qui hinc aliquid auxilii speras: non medicus, sed aeger hic ha-
bitat. Malo illa, cum discesseris, dicas: Ego istum beatum
hominem putabam et eruditum. erexeram aures: destitutus
sum, nihil uidi, nihil audiui quod concupiscerem, ad quod re-
uerterer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum
est. Malo ignoscas otio meo quam inuideas. Otium, inquis, 9
Seneca, commendas mihi? ad Epicureas uoces delaberis. Otium
tibi commendo in quo maiora agas et pulchriora quam quae reli-
quisti. Pulsare superbas potentiorum fores, digerere in literam
senes orbos, plurimum in foro posse inuidiosa potentia ac bre-
uis est et, si uerum aestimes, sordida. Ille me gratia forensi
longe antecedet, ille stipendiis militaribus et quaesita per haec

a frequenti cibo = PpwArg.b antiquiores ρρ vid. Ind. s. v. *A.* RrGℜ — 𝔖 — *a.* Rell. n. l.

quorum pedes = Pr. p + *ii quorum p.* GwR𝔄ℜ — 𝔖 + *Hi quorum p.* BγλξKΘ + *Duo quorum p.*

rw nonnulli ρρ = *in ceteris negl.* cℜ—𝔅 = *in ceteris morbis negl.* 𝔈1. = *in ceteris morbos negl.*

ℜ — 𝔗 = *infestant.* p + *sunt quaedam causariae.*

7. p = *ulcus meum curiosi ost.*

G = *si ostendam.* p + *in pectore ipso.* GwRArg.b BV ρρ 𝔄ℜ — 𝔊 + *in pectore tuo.* r + *in pectore meo.* Recte Mur. Prou. abiecit, quo caret P. Sw. mutavit in *tumor.* p ρρ (exc. ζ𝔖ιx) + *Nolo, nolo laudes.*

8. G(m∾) = *auribus speras.* p — *illa* post *malo*, et recte, ut videtur. G = *nil vidi, nil audivi.* p = *nihil laudi quod concup.* P = *reverteres.* rℜ—𝔅 = *aliquid perfectum est.*

9. 𝔄—*Otium, inquis — delaberis.*

delaberis = Pp. GwRr𝔄ℜ—𝔖 = *dilaberis.* B = *super has potentiorum.* Gℜ—𝔅 = *superbas potentium.*

digerere in literam. Col. = *digere in lit.* w = *derigere in lit.* Nonnulli ρρ ℜ — 𝔅 = *dirigere in lit.* Grut. ci. = *in literas.* ℜ — 𝔗 = *in litteris.* G = *in literam orbes* om. *senes.* Col. + *senes pascendos orbos.*

antecedet = PpwrArg.b Bℜ—𝔗. GR𝔄𝔅 — 𝔖 = *antecedit.* Rell. n. l. p = *sita per hoc dign.*

dignitate, ille clientum turba. Cuius turbae par esse non pos-
10 sum plus habet gratiae. Est tanti ab hominibus uinci, dum a
me fortuna uincatur? Utinam quidem hoc propositum sequi
olim fuisset animus tibi! utinam de uita beata non in conspectu
mortis ageremus! Sed nunc quoque non moramur? Multa
enim quae superuacua esse et inimica credituri fuimus rationi
11 nunc experientiae credimus. Quod facere solent qui serius
exierunt et uolunt tempus celeritate reparare, calcar addamus.
Haec aetas optime facit ad haec studia: iam despumauit. iam
uitia primo feruore adulescentiae indomita lassauit: non multum
superest ut exstinguat. Et quando, inquis, tibi proderit istud
quod in exitu discis aut in quam rem? In hanc ut exeam me-
12 lior. Non est tamen quod existimes ullam aetatem aptiorem
esse ad bonam mentem quam quae se multis experimentis, lon-
ga ac frequenti rerum patientia domuit, quae ad salutaria miti-
gatis adfectibus uenit. Hoc est huius boni tempus: quisquis
senex ad sapientiam peruenit annis praeuenitur. Uale.

Gr = *clientium.*

Cuius turbae — habet gratiae. Haec mss. omnes 𝔄ℜ—𝔊𝔑u𝔐a collocant post *vincatur:* sed huc pertinere primus docuit Pinc., obsecutae sunt 𝔐—𝔅 1. verbis in hunc modum mutatis: *huius turbae par esse non possum, huius gratiae.* Sw. ea eodem quo nos loco exhibet, sed uncis clausit. p = *Cui in turba.* GrArg.b γειvKoP2. 𝔈 1. 2. = *habeo gratiae.*

10. pRr nonnulli Pinc. = *ab omnibus vinci.*

non moramur = Ppr Gw B ρρ (exc. ζ𝔇τ) Sbc𝔄ℜ—𝔗. RP2. Col.𝔖 — *non.* swζ𝔇τ P1. 3. 𝔅 = *non moriamur.* P4. 𝔈1. — 𝔐a = *non moremur.* 𝔐 — 𝔅 1. 𝔐a = *esse et mimica* contra mss. RrsP3. + *credituri non fuimus.* B𝔄 = *credituri sumus.*

11. *serius exierunt* = pR fere omnes ρρ ci. Sw. PGwrSb(?) = *serius exerunt.* 𝔄ℜ — 𝔖 = *serius exeunt.* Arg.b = *serius exsurgunt.* V = *serius imminent.*

despumavit = Arg.bΘ ci. Pinc. 𝔈 — 𝔅 1. 𝔐a𝔖. (Arg.b ci. Pinc. 𝔈𝔊 = *dispumavit.*) Miror, quod Swum fugit scriptura Arg.b. Rell. mss. etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔈2. 𝔑u = *disputavit.*

P2. 3. Col. 𝔄ℜ—𝔅 = *exstinguatur.* w = *illud quod in exitu.*

PRwBVρρ 𝔄ℜ — 𝔈 1. = *in exitu dicis.* p — *ut* ante *exeam.*

12. p = *penitentiue domuit.* ρρ (exc. αβλο) Gr. fere omnes praeter P 4. = *poenitentia domuit.*

w + *brevius huius boni.* G + *huius boni brevis.* P1. = *Hoc est boni brevis t.* P 3. = *Hoc est breve boni temp.* αβε𝔇ξoℜ — 𝔈 2. 𝔐 + *brevis huius boni.* π + *breve huius boni.*

praevenitur = αβδε𝔇λμνξKoσ Col. ci. Swi. mm𝔈 1. 2. 𝔈. GP 1. 3. SbPr.d ℜ — 𝔗 = *pervenitur.* P4. — *annis praevenitur.* Rell. = *pervenit.*

EPISTULA VII. (69.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Mutare te loca et in alium de alio transsilire nolo. Pri-
mum quia tam frequens migratio instabilis animi est: coalesce-
re otio non potest, nisi desiit circumspicere et errare. Ut ani-
mum possis continere, primum corporis tui fugam siste: deinde
plurimum remedia continuata proficiunt. interrumpenda non
est quies et uitae prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos.
sine aures adsuescere sanioribus uerbis. Quotiens processe-
ris, in ipso transitu aliqua quae renouent cupiditates tuas tibi
occurrent. Quemadmodum ei qui amorem exuere conatur cui- 2
tanda est omnis admonitio dilecti corporis: (nihil enim facilius
quam amor recrudescit:) ita qui deponere uult desideria rerum
omnium quarum cupiditate flagrauit et oculos et aures ab iis quae
reliquit auertat. Cito rebellat adfectus: quocumque se uerte-
rit pretium aliquod praesens occupationis suae adspiciet. Nul- 3
lum sine auctoramento malum est. Auaritia pecuniam promittit,
luxuria multas ac uarias uoluptates, ambitio purpuram et plau-
sum et ex hoc potentiam et quicquid potentia potest. Mercede
te uitia sollicitant: hic tibi gratis uiuendum est. Uix effici toto
seculo potest, ut uitia tam longa licentia tumida subigantur et
iugum accipiant, nedum, si tam breue temporis interuallum

Lib. VII. Ep. 7. (69.)

Recc. ρϸ cod. Lips. P 1. 3. 4. 𝔍u = *transire nolo.* 𝔄 — *Primum.* R + *indicium instabilis.* r = *instabilitas.* w = *quoalescere otio.* pArg.b mw = *calescere otio.*

non potest nisi desiit = PGr P 2. 3. ℜ — 𝔅ℜu𝔖. P 1. 3. = ∾ *nec desiit.* pwArg.b𝔄 = ∾ *nisi desit.* vid. Ind. s. v. *Desino.* RB𝔈1. — 𝔊 = ∾ *nisi desinat.* ρϸ = *non potest nisi desinit, desit, desiit.* P 4. 𝔐 — 𝔅1. 𝔐a = *non potes nisi desinas.* G𝔏P1. 3. = *ut animi ratio possit contineri* (P 3. = *continere.*) P 4. = *animum possit continere.*

primum corporis tui = PpRrGw BϸϸՊ𝔄ℜ — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *prius corp. tui.* GV antiquiores et meliores ρϸ = *proficient.* r(s∾) = *tibi occurrunt.*

2. p = *et quia morem exucre.* Etiam GwB𝔄ℜ — 𝔈1. = *et qui amorem.* 𝔏(exc. 𝔏4.) 𝔊rc𝔅1. = *amorem exurere.* swμΘℜ — 𝔗 = *omnis admotio dilecti corp.*

ab iis quae rel. = Pp. Rell. = *ab his q. r.* Rr = *reliquid.* mγℜ — 𝔗 = *Cito rebellavit.* PArg.b — *quocumque — praesens.* ℜ — 𝔗 = *quousque se vert.* R = *se vertit.* αβπ = *occup. suae accipiet.*

3. P = *Avarinam pecuniam.*

Pp — *potest* post *potentia.* r — *te* post *Mercede.* P3. + *effici vel toto seculo.*

si tam breve temporis intervallum = ex. antiquum Pinc. Pp pars Ops. = *si tam breve tempus intervallum.* νσσ = *si tam brevis temporis intervallum.* Arg.bϰP4. = *si tam brevi temporis intervallum.* r = *si tam breve tempori inter-*

4 discidimus. Unamquamlibet rem uix ad perfectum perducit adsidua uigilia et intentio. Si me quidem uelis audire, hoc meditare: exerce te ut mortem et excipias et, si ita res suadebit, accersas. Interest nihil illa ad nos ueniat an ad illam nos. Illud inperitissimi cuiusque uerbum falsum esse tibi ipse persuade: Bella res est mori sua morte. Illud praeterea tecum licet cogites: Nemo nisi suo die moritur. nihil perdis ex tuo tempore: nam quod relinquis alienum est. Uale.

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER VIII.

EPISTULA I. (70.)
SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Post longum interuallum Pompeios tuos uidi: in conspectum adulescentiae meae reductus sum. Quicquid illic iuuenis feceram uidebar mihi facere adhuc posse et paulo ante fecisse. Praenauigauimus, Lucili, uitam et quemadmodum in mari,

vallum. RwβζηϑτP1. 3. Col. 𝔑—𝔅 = *si tam breve tempus ex intervallo.* P 2. = *si tam breve tempus discidimus intervallo.* G. pars Ops. 𝔏—𝔅1.𝔖 = *si tam breve tempus intervallo.* ξ = *si tam breve tempus intervallis.* V = *si tam breve tempus et intervallum.* BδλμKΘυ𝔄𝔈1. = *si tam breve tempus per intervallum.* 𝔈2.—𝔐𝔑u 𝔐a = *si tam breve tempus per intervalla.*

discidimus = PRwBVP1. 2. 3. Col. pars Ops. 𝔄𝔑—𝔅𝔖. pArg.b = *discedimus.* GP4. pars Ops. Pinc. ex. antiq. 𝔈1. — 𝔐a = *discindimus.* r pars Ops. = *discimus.*

4. o = *ad effectum.*

perducit = PpArg.b ϱϱ (exc. ιΘ) 𝔑—𝔅𝔖. R = *perduxit.* A = *producit.* GwrιΘ𝔈1. — 𝔐a = *adducit.* w = *assidua vigilantia.*

p — *te* post *exerce.* Br multi ϱϱ — *et* ante *excipias.* r = *accipias.*

rP 2. Col. = *accersias.* Nullus mstorum = *arcessas.*

illa ad nos veniat = mss. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a + *an illa ad nos veniat.* vid. Ind. s. v. *An.* w = *Illum imperitissimi.* δμνKΘυ = *Illinc imperitissimi.* p = *tibi ipsus persuade.* Nonnulli recc. ϱϱ = *tibi ipsi.* p + *sua morte.* *Nemo moritur nisi sua morte.*

Lib. VIII. Ep. 1. (70.)

Gϑϰξτ = *Post longum tempus.*

Gϱϱ (exc. ιυ) 𝔑—𝔈1. = *in conspectu.* Arg.b — *illic.*

praenavigavimus, Lucili = PpG fere omnes ϱϱ SbP2. Col. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. RrwP4. 𝔐 — 𝔐a = *praenaviga-*

ut ait Uergilius noster,

terraeque urbesque recedunt,

sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscon- 2
dimus, deinde adulescentiam, deinde quicquid est illud inter iuuenem et senem medium, in utriusque confinio positum, deinde ipsius senectutis optimos annos: nouissime incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum esse illum putamus dementissimi: portus est, aliquando petendus, numquam recusandus, in quem si quis intra primos annos delatus est, non
magis queri debet quam qui cito nauigauit. Alium enim, ut 3
scis, uenti segnes ludunt ac detinent et tranquillitatis lentissimae taedio lassant, alium pertinax flatus celerrime perfert. Idem euenire nobis puta: alios uita uelocissime adduxit quo ueniendum erat etiam cunctantibus, alios macerauit et coxit. quae, ut scis, non semper retinenda est: non enim uiuere bonum est, sed bene uiuere. Itaque sapiens uiuit quantum de-
bet, non quantum potest. Uidebit ubi uicturus sit, cum qui- 4
bus, quomodo, quid acturus. cogitat semper qualis uita, non quanta sit. Si multa occurrunt molesta et tranquillitatem turbantia, emittit se. nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed, cum primum illi coepit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit numquid illo die desinendum sit. Nihil existimat

mus, Lucili (𝔐 — 𝔐a + *mi L.*) P1. = *praenavigavimi L.* P3. = *pernavigavimus, L.* Quidam codd. Mur. = *praeternavigamus.*

2. PwrB antiquiores nonnulli ϱϱ 𝔄𝔑—𝔅 = *in occursu rapid.* 𝔈1. — 𝔖 — *in hoc.* R + *deinde iuventutem, deinde quicquid.*

pGP1. = *quicquid est aliud.* Col. — *illud.* P = *deiude ipsius senectus.* P = *incipit ostende.* r = *se incipit ostendere.* R = *ostendere se.* P = *fiuis generalis humani.* P = *dementissime.* 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *Clementissimus portus est.* pw = *dilatus est.* vɔ = *non plus queri debet.*

3. p = *hac detinente tranq. lentissime.* Etiam r = *lentissime.*

G = *celerime profert.* R = *idem venire.* R. + *illis cunctantibus.* p — *ut* ante *scis.* P1. = *quae ut sit non semper.* Grut. ci. = *quae utut sit, non semper.*

R = *sapiens vivet.*

4. *Si multa occurrunt* = Rʋ𝔐 — 𝔖. PwrArg.bBϱϱ (exc. ʋ) 𝔑 — 𝔗 = *Si simuluta occurrunt.* p = *Sit simulata occurrunt.* G = *Sed simulata occurrunt.* 𝔅𝔈2. — 𝔖 + *Sed si multa occurrunt.* 𝔈1. = *Sed si simulata occurrunt.* p — *in* ante *necessitate.* w = *in tranquillitate ultima.*

coepit = PpSbPr.bd. GwRr𝔄𝔑 — 𝔖 = *coeperit.* Rell. n. l. βπ + *molesta suspecta esse.* A + *molesta et suspecta esse.*

Mss. etiam Gr. 𝔄𝔑—𝔖 — *die* ante *desinendum.* qua voce Grut. putavit non esse opus. Sed recte monet Sw. eam facile excidere potuisse propter similem syllabam *de*, quae sequitur. ɩP2. = *illi desinendum.* 𝔑 = *definiendum.* 𝔑𝔗 = *diffiniendum.*

sua referre faciat finem an accipiat, tardius fiat an citius: non tamquam de magno detrimento timet. Nemo multum ex stilli-
5 cidio potest perdere. Citius mori aut tardius ad rem non pertinet: bene mori aut male ad rem pertinet. Bene autem mori est effugere male uiuendi periculum. Itaque effeminatissimam uocem illius Rhodii existimo qui, cum in caueam coniectus esset a tyranno et tamquam ferum aliquod animal aleretur, suadenti cuidam ut abstineret cibo: *Omnia*, inquit, *homini*, *dum ui-*
6 *uit, speranda sunt.* Ut sit hoc uerum, non omni pretio uita emenda est. Quaedam licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi infirmitatis confessione non ueniam. Ego cogitem in eo qui uiuit omnia posse fortunam, potius quam cogitem in eo qui scit mori nihil posse fortunam? Aliquando tamen, etiam si certa mors instabit et destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit poenae suae manum. Stultitia est timore mortis
7 mori. Uenit qui occidat: exspecta. quid occupas? quare suscipis alienae crudelitatis procurationem? utrum inuides car-

𝔑—𝔅 = *finem aut recipiat.*

5. 𝔑—𝔅 = *Non multum ex stillic.*

Citius mori aut tardius — bene mori aut male = PpRrGwBP 2. 3. Col. Norimb. Herbipol. Iani 𝔑—𝔅. 𝔄𝔈 1. — 𝔐a = *Citius mori vel tardius* ∾. P 1. 4. Erl. Iani = *Citius mori an tardius* ∾. 𝔖 = *Citius mori an tardius — bene mori an male.* male, ut docet Ianus l. l. p. 12. P2. = *in caveam iniectus.* w = *obiectus* (scribere debebat *abiectus.*) G𝔑—𝔅 + *a cibo.* P + *et speranda sunt.*

6. G = *infirmitate confessionis.*

PpR + *non commodabit poenae suae manum: sibi commodaret. Stultitia est.* r. Norimb. Iani = *non commendabit p. s. m. sibi commendaret. Stult. est.* G = *non commendabit p. s. m. si ibi commodaret, stultitia esset.* ΒαβγηϑικλμΘποτυ Pinc. v. l. 𝔄𝔑—𝔅 = *non commodabit p. s. m. si ibi commodaret, stultitia esset. Stultitia est.* P1. 3. 4. = *non commendabit p. s. m,* plerique Gr. = *si sibi commodaret, stult. est.* P2. = *non commodabit p. s. m. si is commodaret tibi. Stult. est.* Herbipol. Iani = *n. comm. p. s. m. si sibi commendaret. Stult. est.* ζ = *non comm. p. s. m. si commodaret, stultitia esset.* „Reliqui [ρρ] confusum locum exhibent. Nam vel verba *commodabit* et *commodaret* transvertunt iu *commendabit* et *commendaret*, aut omittunt *stultitia esset.*“ Sanctol. Lud. Ianus v. d. censet adiicienda esse *sibi commodabit:* omissa enim esse ab eo, qui tantum ad proxima respexerit, non ad ea, quae leguntur §. 9. *manus sibi adtulit — an exspectanda.* Laudat propter simile oppositum Ep. 55, 5. *ille sibi non vivit, sed — ventri, somno, libidini.* Attamen mihi non persuasit, ut reciperem illa, quae aliunde ingesta esse vel docet scriptura ipsorum diversa.

Rr = *timere mortis moram.*

p = *venit qui hoccidit* et mox = *hoccupas*, sicut solet hic liber vocalibus ab initio verborum positis praefigere aspirationem.

7. r = *quare suspicis.*

nifici tuo an parcis? Socrates potuit abstinentia finire uitam et
inedia potius quam ueneno mori: triginta tamen dies in carcere
et in exspectatione mortis exegit, non hoc animo tamquam
omnia fieri possent, tamquam multas spes tam longum tempus
reciperet: sed ut praeberet se legibus, ut fruendum amicis ex-
tremum Socratem daret. Quid erat stultius quam mortem con- 8
temnere, uenenum timere? Scribonia, grauis femina, amita
Drusi Libonis fuit, adulescentis tam stolidi quam nobilis,
maiora sperantis quam illo seculo quisquam sperare poterat aut
ipse ullo. Cum aeger a senatu in lectica relatus esset non sane
frequentibus exsequiis: (omnes enim necessarii deseruerant
inpie iam non reum, sed funus:) habere coepit consilium utrum
conscisceret mortem an exspectaret. Cui Scribonia: Quid te, 9
inquit, delectat alienum negotium agere? Non persuasit illi:
manus sibi adtulit nec sine causa: nam post diem tertium aut
quartum inimici moriturus arbitrio si uiuit, alienum negotium
agit. Non possis itaque de re in uniuersum pronuntiare, cum
mortem uis externa denuntiat, occupanda sit an exspectanda:
multa enim sunt quae in utramque partem trahere possunt. Si
altera mors cum tormento, altera simplex et facilis est, quidni
huic inicienda sit manus? Quemadmodum nauem eligam naui- 10
gaturus et domum habitaturus sic mortem exiturus e uita.

P2 + *non hoc o d i i* [del. m = *Rhodii*] *animo.* Grut. ci. = *non hoc R h o d i i animo* et respicit ad §. 5. G nonnulli ρρ = *mult a spes.* w + *legibus f i d e l i b u s.*

8. Mss. (exc. σ) 𝔄ℜ — 𝔊 = *adolescentis tam s o l i d i.* σ = *adol. tam s o r d i d i. stolidi* restituit Torrent. ad Suet. Tiber. c. 25. Col. + *maiora sperantis q u a m m o r a n t i s quam.* ℜ — 𝔅 + *quam i n illo seculo quisquam.* 𝔐 — 𝔖 + *quam a u t illo seculo quisquam.* Sed *aut* in nullo msto conspicitur, ne in Pinc. quidem. 𝔈 1. 2. = *sperare poterat. A t ipse* om. *ullo.* Nonnulli ρρ = *aut t e m p o r e ullo.* B alii ρρ = *a t h i c s i n e ullo.* p = *a senat u m lectica relat u m esset.* Pr = *a d senat u m.* R = *in le t i c i a relatus.* B = *in lectica f u r a t u s f u i s s e t.* mπ 𝔈 1. — 𝔊 = *frequentibus o b s e q u i i s.* quod defendit P. Faber Semestr. I, 20.

sw nonnulli ρρ = *iam non r e i sed s a n i.* Alii ρρ = *iam non r e i sed f u n e r i s.* Alii ρρ = *iam non r e i sed f i n i s.* Rmγ 𝔄𝔅 𝔈 1. = *iam* [R = *tamen*] *non r e r u m sed f u n e r i s habere.* r = *iam non u t reum funus* om. *sed.*

consciscerel mortem = mss. 𝔄ℜ — 𝔈 2. Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔖 + *consc. s i b i mortem.* Sed parum fidei apud me quidem habet Pincianus.

9. *Non persuasit i l l i* = mss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. Grut. ci. = *N u m persuasit e i?* ℜu = *N u m persuasit illi?* 𝔐 — 𝔅 1. — *illi.* RrArg.b ℜ — 𝔗 = *vis a e t e r na.* Gπ = *vis e x t r e m a.* ℜ — 𝔅 — *denuntiat.* R — *trahere.* Pr = *q u i n huic inicienda.*

10. *nav e m* = Pprw. GR𝔄ℜ — 𝔖 = *nav i m.* Rell. n. l.

sic mortem exiturus e vita = pr. R = *i t a m o r t i s g e n u s exiturus e vita.* PwArg.b = *habitaturus. e*

Praeterea quemadmodum non utique melior est longior uita, sic peior est utique mors longior. In nulla re magis quam in morte morem animo gerere debemus: exeat qua inpetum cepit: siue ferrum adpetit siue laqueum siue aliquam potionem uenas occu-
11 pantem, pergat et uincula seruitutis abrumpat. Uitam et aliis adprobare quisque debet, mortem sibi: optima quae placet. Stulte haec cogitantur: Aliquis dicet me parum fortiter fecisse, aliquis nimis temere, aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius. Uis tu cogitare id in manibus esse consilium ad quod fama non pertinet? Hoc unum intuere ut te fortunae quam celerrime
12 eripias: alioquin aderunt qui de facto tuo male existiment. Inuenies etiam professos sapientiam qui uim adferendam uitae suae negent et nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri: exspectandum esse exitum quem natura decreuit. Hoc qui dicit

[Arg.b = *Et*] *vita praeterea* reliquis omissis. B = *habitaturus, ita morte utique mors longior. In nulla re magis* reliquis omissis. G Gr. = *ita mortem utique quasi* [Gr. = *qua sum*] *exiturus e vita.* De ρρ nihil proditur, nisi in quibusdam deesse *qua sum exiturus* et *e vita.* 𝔄 = *Ita mortem utique qua sum exiturus e vita meliorem: preterea longior vita sic peior est utique mors lougior vita. sic peior utique mors longior vita: preterea quemadmodum utique melior est longior vita: sic peior utique mors longior.* Haec affero, ut intelligas, quam corrupta sit 𝔄 quibusdam locis. 𝔑 — 𝔙 = *ita mortis genus eligam quasi* [𝔙 = *qua sim*] *exiturus e vita.* 𝔈1. — 𝔐a = *ita mortem utique qua sum exiturus e vita meliorem* (𝔏 — 𝔅1. — *meliorem.* quod praeter Sc in nullo msto legitur.) 𝔖 = *ita mortis genus, qua sim exiturus e vita.* Satis apparet, qua ratione corruptus sit locus: primum ad *mortem* adscriptum est scholion *mortis genus:* deinde ad *exiturus* additum *quasi,* quod haberet vim Graeci ὡς: hinc autem factum *qua sim* vel *qua sum.* Denique in paucos libros ingesta sunt ex proximis illa *utique* et *meliorem.* Iam vero cum intellexissent codicum PwArg.b scriptores in aliis libris alia legi, totum locum omiserunt.

peior est utique = PprwmG (in contextu G haec cum aliis sunt omissa) 𝔄. 𝔑 — 𝔙 = *peior utique est.* 𝔈1. — 𝔖 — *est.* Rell. n. l. Rr = *quo impetu* [etiam P = *inpetu*] *cepit.* 𝔑 — 𝔙 = *qua impetum facit.* B = *impetum fecit.* G nonnulli ρρ = *appetit sive langorem.*

11. *optima quae placet* = PpGw RrArg.b 𝔄𝔑 — 𝔖 + *optima est quae pl.* GRrArg.bB fere omnes ρρ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *Aliquis dicit.* Sed Ppw ∾. p = *nimis temere.*

G(s∾) = *Vis iustum cogitare.* δμνKοσ = *iustum cogitare.* ξ = *Si vis iustum cogitare.* GP1.3.m Col. = *ad quod forma* [mP3. = *fortuna*] *non pertinet.* R + *fartuna vel fama.* B𝔑 — 𝔙 = *male existimant.*

12. w = *vim inferendam.* R = *quin inferendam.*

exspectandum esse = R(recc. ρρ) P4. 𝔈2. — 𝔖. PprG antiquiores ρρ rell. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *exspecta novum esse.* wArg.b = *exspectet novum esse.* B = *exspecta: novi esse.* p + *esse consilium ad quod fama non pertinet. hoc unum intuer exitum.*

GP1. 3. 4. = *Hoc qui dicunt non vident.*

non uidet se libertatis uiam cludere. Nil melius aeterna lex
fecit, quam quod unum introitum nobis ad uitam dedit, exitus
multos. Ego exspectem uel morbi crudelitatem uel hominis, 13
cum possim per media exire tormenta et aduersa discutere?
Hoc est unum cur de uita non possumus queri: neminem tenet.
Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi uitio suo miser
est. Placet? uiue. Non placet? licet eo reuerti unde uenisti.
Ut dolorem capitis leuares, sanguinem saepe emisisti. ad exte-
nuandum corpus uena percutitur: non opus est uasto uolnere
diuidere praecordia: scalpello aperitur ad illam magnam liberta- 14
tem uia et puncto securitas constat. Quid ergo est quod nos
facit pigros inertesque? Nemo nostrum cogitat quandoque sibi
ex hoc domicilio exeundum. Sic ueteres inquilinos indulgentia
loci et consuetudo etiam inter iniurias detinet. Uis aduersus
hoc corpus liber esse? Tamquam migraturus habita. propone
tibi quandoque hoc contubernio carendum: fortior eris ad ne-
cessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis ueniet in 15
mentem omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei medita-
tio tam necessaria est: alia enim fortasse exercentur in super-
uacuum. Aduersus paupertatem praeparatus est animus? per-
mansere diuitiae. Ad contemptum nos doloris armauimus?
numquam a nobis exiget huius uirtutis experimentum integri ac
sani felicitas corporis. Ut fortiter amissorum pateremur desi-
deria praecepimus nobis? omnes quos amabamus superstites

libertatis viam = PpGwRr; nonnulli alii ϱϱ Gr. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐—𝔐a = *libertati viam.* sGw recc. ϱϱ 𝔄𝔑—𝔐a = *claudere.* GRr𝔄𝔑—𝔅 = *Nihil melius aeterna.*

13. R = *Hoc est enim cur.*

non possumus queri = PGwB antiquiores ϱϱ 𝔄𝔑—𝔈1. 𝔈. p = *non possemus queri.* 𝔈2.—𝔐a = *non possimus queri.* G = *neminem temptat.* Raβιπ𝔄 + *res humanae sitae sunt.* 𝔑—𝔅 + *r. h. sunt sitae.* G2 = *vires humanae sunt.* GP1. 𝔄𝔑—𝔅 = *placet vivere.* wrP2. 3. Col. 𝔈1.—𝔊 + *si non placet.* wr = *capitis relevares.*

saepe emisisti = mss. (exc. p Arg.b) 𝔄𝔑—𝔐a. p = *saep emisisti.* Hinc ortum *saepe misisti* = Arg.b𝔖. Arg.b = *dividi praecordia.*

14. Gw = *scabello.* r = *capello.* G𝔄𝔈1. = *aperiuntur.*

𝔑—𝔅 = *Nemo nostrum cogitavit.* p = *veteres inquilienos.* P = *veteres inquitusnos.*

GP1. 3. 4. = *tamq. migraturus habitare.* 𝔄 = *migraturus e vita.* R—*quandoque* ante *hoc contubernio.*

15. P4. = *finis veniat,* probatur Grutero. 𝔄𝔈1. 2. = *exercent fortasse.* p = *dolores armavimus.* p ci. Pinc. = *numquam a nobis exegit.* Gw = *praecipimus.* o = *imperavimus.* v + *praecepimus imperavimus.*

p = *omnis quos.* Rw recc. ϱϱ

fortuna seruauit. Huius unius rei usum qui exigat dies ueniet.
16 Non est quod existimes magnis tantum uiris hoc robur fuisse
quo seruitutis humanae claustra perrumperent. Non est quod
iudices hoc fieri nisi a Catone non posse qui quam ferro non
emiserat animam manu extraxit, cum uilissimae sortis homines
ingenti inpetu in tutum euaserint. cumque commodo mori non
licuisset nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, ob-
uia quaeque rapuerunt et quae natura non erant noxia ui sua te-
17 la fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis,
cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum
corpus: nullum aliud illi dabatur sine custode secretum: ibi li-
gnum id quod ad emundanda obscoena adhaerente spongia posi-
tum est totum in gulam farsit et ui praeclusis faucibus spiritum
elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere. Ita prorsus: pa-
18 rum munde et parum decenter. Quid est stultius quam fasti-
diose mori? O uirum fortem! o dignum cui fati daretur ele-
ctio! quam fortiter ille gladio usus esset! quam animose in pro-
fundam se altitudinem maris aut abscisae rupis inmisisset! Un-
dique destitutus inuenit quemadmodum et mortem sibi deberet
et telum, ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse quam
19 uelle. Existimetur de facto hominis acerrimi ut cuique uisum

= *excitet dies.* GB antiqq. ϱϱ quidam Gr. = *excitat dies.* Ex ϱϱ soli ειλ ∾.

16. w(s∾) = *bonis tantum viris.* P1. 3. 4. = *quod serv. hum. cl. perrumperet.* p = *quia quam ferro.* p = *extraxit utilissimae sortis hominis.* PG pauci ex recc. ϱϱ P1. 3. 4. Pinc. = *quomodo mori non lic.* Hinc P. Faber Semestr. I, 4. ci. = *suo modo mori.* Vulgatum defendit Gron. p = *incommodo mori.* βειΘ = *naturae non erant noxia.* G = *non essent noxia.*

17. Rλσ = *in ludo bestiario.* GγζξKυ = *in ludo bestiarum.* B = *in ludo bestimorum.* R = *ex Germanis.* 𝔑—𝔅 + *nullum enim aliud ei dabatur.* p = *in perclusi faucibus.* PRr ϱϱ Gr. 𝔄𝔑—𝔈2. = *in praeclusis f.* Pinc. 𝔊𝔊—*vi.* αβγKπmι 𝔄𝔑—𝔈1. = *spiritum emisit.* Rrγιλ + *Parum pulcre, parum decenter.*

18. p = *Quicquid est.* p — *o* ante *dignum.* αειλμξΘ + *cui fati si daretur.* 𝔄𝔈1. + *cui si fati d.* P = *cui fasti daretur.* Arg.b = *cui fastidiaretur.* G wr 𝔑—𝔅 = *cui fastidiretur.* ϰ = *cui forsan si daretur.* ζο = *cui si daretur electio* om. *fati.* p = ∾ *daretur flecti.* Rw = *gaudio usus esset.*

abscisae = PpRrGw Sbc 𝔄𝔖. 𝔑—𝔐a = *abscissae.* p = *rumpis inmiset. Unque destitutus.*

mortem sibi deberet. Sw. exspectabat *daret* aut *pararet:* et profecto *daret* propter scripturae similitudinem poterat mutari in *deberet* (*d'eret* vel *d̃eret*).

19. w𝔑—𝔅. = *defectio hominis.* 𝔈1. = *de fato hominis.*

p = *acerrumi.* Arg.b = *acerrimum.*

erit, dum hoc constet praeferendam esse spurcissimam mortem seruituti mundissimae. Quoniam coepi sordidis uti exemplis, perseuerabo: plus enim a se quisque exiget, si uiderit hanc rem etiam a contemptissimis posse contemni. Catones Scipionesque et alios quos audire cum admiratione consueuimus supra imitationem positos putamus: iam ego istam uirtutem habere tam multa exempla in ludo bestiario quam in ducibus belli ciuilis ostendam. Cum adueheretur nuper inter custodias quidam 20
ad matutinum spectaculum missus, tamquam somno premente nutaret, caput usque eo demisit donec radiis insereret, et tamdiu se in sedili suo tenu t donec ceruicem circumactu rotae frangeret: eodem uehiculo quo ad poenam ferebatur effugit. Nihil obstat erumpere et exire cupienti. In aperto nos natura custodit: cui permittit necessitas sua circumspiciat exitum mollem. 21
cui ad manum plura sunt per quae sese adserat is delectum agat et qua potissimum liberetur consideret. cui difficilis occasio est is proximam quamque pro optima adripiat, sit licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mortem ingenium cui non defuerit animus. Uides quemadmodum extrema quoque mancipia, ubi illis stimulos adegit dolor, excitentur et intentissimas custodias fallant? Ille uir magnus est qui mortem sibi non tantum imperauit, sed 22
inuenit. Ex eodem tibi munere plura exempla promisi. Secundo naumachiae spectaculo unus e barbaris lanceam quam in aduersarios acceperat totam iugulo suo mersit. Quare, inquit, non omne tormentum, omne ludibrium iamdudum effugio? quare ego mortem armatus exspecto? Tanto hoc speciosius specta-

r = *Scipiones* om. *que.* P = *supra imitatione.* 𝔑—𝔅 = *positos putavimus.* P1. 3. = *iam ergo istam virt.* 𝔑—𝔗— *tam* ante *multa* et + *non tam in ludo.*

20. p = *spectaculum missas.* Lips. ci. = *spectaculum Mysus,* quod admodum placet Ruhkio.

w — *eo* ante *demisit.* p = *in sedile.* w = *circumactum.* sw BP1. 3. 4. = *circumactam.* 𝔅 = *circumactus.*

ferebatur effugit = mss. 𝔄. 𝔑 — 𝔅 + *fer. ipsam poenam effugit* (𝔑𝔗 = *effutit.*) 𝔈1. — 𝔖 + *fer. poenam effugit.*

21. ν nonnulli alii ρρ = *Cui permisit nec.* R𝔑 — 𝔗 = *quae sese afferat.* 𝔅 = *efferat.* R𝔑 — 𝔗 = *potissimum sit libenter consideret.* r + *consideret viam.*

P = *acuit diff. occasio.* p — *et* ante *intentissimas.*

22. R = *unus ex barbaris.*

p = *lancea. iugulo suo mersit* = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *immersit.* PRG = *Quare, inquis.* G + *Quare, inq., querit.* δμνΘο + *Quare quare, inquit, non.* τ + *Quare, inquit, quare non.* R𝔑 — 𝔅 + *non omne ludibrium.* Rr = *effugit.*

PRrGP1. 3. = *quare ergo mortem.* Rr = *armatus exspectavit.*

culum fuit, quanto honestius mori discunt homines quam occi-
23 dere. Quid ergo? quod animi perditi quoque [noxiosi] habent non habebunt illi quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio et magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet fati uarios esse accessus, finem eumdem: nihil autem interesse unde incipiat quod uenit. Eadem illa ratio monet, ut scilicet moriaris quemadmodum potes et quicquid obuenerit ad uim adferendam tibi inuadas. Iniuriosum est rapto uiuere: at contra pulcherrimum mori rapto. Uale.

EPISTULA LXXI.

Seneca Lucilio suo salutem.

Subinde me de rebus singulis consulis oblitus uasto nos ma-

23. *perditi quoque* [*noxiosi*] *habent* = pArg.b 𝔄. B = *perditi quoque noxii ipsi habent.* P = *perditi quoque noxiosi non habebunt* reliquis omissis. GwRr𝔑 — 𝔅 = *perditi noxiosi quoque.* 𝔈𝔩. — 𝔖 = *perditi noxiosique.* *noxiosi* certe hoc loco suspecta vox est: quae suspicio etiam scriptura codicis B augetur, in quo *noxii* additum esse videtur, ut explicaret *perditi* vocabulum, *ipsi* autem ad aequandam *quoque* particulam. Etiam alibi apud Senecam (Beneff. VII, 10, 1. Clem. I, 26, 3.) variant libri in eodem illo vocabulo (*noxiosus*). 𝔑 — 𝔅 = *habentur, non habebuntur.* 𝔏 — 𝔐𝔞 = *habebunt, non habebunt* contra mss. R𝔑 — 𝔅 = *quod evenit* (in R en.). p = *nihil autem esse unde incipiat.* PGSb Col. P1. 𝔑 — 𝔗 = *venit. Eodem illa ratio.* 𝔖 = *venit eodem. Illa monet* om. *ratio*, quod in omnibus libris mss. eodemque loco legitur. r + *monet vel docet.*

ut scilicet = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔈𝔩. — 𝔖 = *ut si licet.*

moriaris quemadmodum potes = PpwGγ et alii ρρ quam plurimi tam antiqui quam recentes SbPr.bd P3. 4. (sed P3. 4. infra = *advenerit*, quod etiam in G, qui praeterea — *quemadmodum.*) P2. + ∞ *quod quemadmodum potes.* mP2.(al.m.) + *sine dolore; si autem non potes fac.* P1. = *Eodem illa ratio movet, ut scilicet moriaris potes et quicquid advenit adimi. afferendam tibi invadas.* Col. = *Eodem illa ratio monet ut moriaris quemadmodum ut scilicet moriaris quemadmodum primo et quicquid obvenerit.* Rr(B) Pr.a Sc 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 + *ut scilicet* [𝔈𝔩. — 𝔐𝔞 = *si licet*, sed 𝔈 rursus = *scilicet*] *moriaris sine dolore, sin autem non potes* [𝔈𝔩. — 𝔖 = *non potest*], *fac quemadmodum potes.* Sw. omisit *potes, fac*, reliqua vero tenet et suspicatur sic scripsisse Senecam: *ut, si licet, moriaris quemadmodum placet:* (coll. §. 10. *optima* [mors] *quae placet.*) *sin autem non, quemadmodum potes.* Ortum illud additamentum videtur inde esse, quod librariorum quidam, cum *scilicet* pro *si licet* (de his vocibus inter se confusis vid. Drkb. ad Liv. III, 19, 9.) accepisset, maucum esse locum putavit et de ingenio supplevit. Non tamen moleste feram, si quis *scilicet* quoque spurium esse dixerit.

𝔄 = *ad iram adferendam.* 𝔈𝔩. = *ad vim inferendam.* 𝔄 = *ac contra pulch.* 𝔈𝔩. = *et contra pulch.*

Ep. LXXI.

Cum neque ex Pp neque ex aliis mstis satis antiquis et probis libri VIII. et proximorum ad XIII. fines possent constitui, cautius interim omittere videbar librorum distinctionem.

G = *U bene de rebus* (littera

ri diuidi. Cum magna pars consilii sit in tempore, necesse est
euenire ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia
mea, cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus aptan-
tur: res nostrae feruntur, immo uoluuntur. Ergo consilium
nasci sub diem debet: et hoc quoque tardum est nimis: sub ma-
nu quod aiunt nascatur. Quemadmodum autem inueniatur
ostendam. Quotiens quid fugiendum sit aut quid petendum uo- 2
les scire, ad summum bonum et propositum totius uitae respice:
illi enim consentire debet quicquid agimus. Non disponet sin-
gula, nisi cui iam uitae suae summa proposita est. Nemo, quam-
uis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam con-
stat quid uelit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus uitae
omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid 3
petat ille qui sagittam uult mittere et tunc dirigere ac moderari
manu telum. Errant consilia nostra, quia non habent quo diri-
gantur. Ignoranti quem portum petat nullus suus uentus est.
Necesse est multum in uita nostra casus possit, quia uiuimus
casu. Quibusdam autem euenit ut quaedam scire se nesciant.
Quemadmodum quaerimus saepe eos cum quibus stamus, ita 4
plerumque finem summi boni ignoramus adpositum. Nec multis
uerbis nec circuitu longo quid sit summum bonum colliges: di-

init. omissa). α = *Ubi non me de rebus.* ξm: = *Dubium me de rebus.* m: etiam = *Subito me de singulis.*

nasci sub diem = mss. (exc. B) etiam Gr. Ops. antiq. ex. Pinc. B𝔄 = *subinde nasci.* ℜ — 𝔅 = *nasci sub die.* 𝔈1. — 𝔖 = *sub die nasci.* Puteanus Opsopoeo hanc scripturam suppeditavit: *sub die nasci debet: et hoc quod tardum est nimis, sub manu, quod aiunt, nascatur.*

sub manu quod aiunt nascatur = Pp recc. ρρ 𝔈1. — 𝔐. rwBVP1. 3. 4. Ops. + *sub manu quoque, sub manu, quod aiunt, nascatur.* GP2. Col. 𝔄 + *sub manu quoque, quod aiunt, nascatur.* Antiquiores ρρ + *Sub manu, sub manu, quod aiunt, nascatur.* ℜ — 𝔅 + *sub manu quoque, quod aiunt, consilium nascatur.* 𝔏 — 𝔐a + *sub manu, quod aiunt, sub manu nascatur.*

2. 𝔄 — *totius.* pRrBV ρρ Gr. ℜ — 𝔅𝔖 + *vitae tuae.* w + *vitae respice tuae.* G + *vitae suae* (s = *tuae.*) 𝔄 + *tuae vitae.* Cum ita variare vidissem libros, cum P et 𝔈1. — 𝔐a iterum abieci *tuae.*

α = *nisi cum iam vitae suae.*

P = *consentiri debet.* p = *simil. reddat.*

nisi iam constat = Pp. B — *iam.* GwRr𝔄ℜ — 𝔖 = *nisi iam constet.* Rell. n. l. w = *vult emittere.*

3. *ac moderari* = PprGwB𝔄ℜ — 𝔅𝔖. R𝔈1. — 𝔐a = *et mod.* Rell. n. l. ℜ — 𝔅 + *Necesse est ut.*

P = *vivimus casum.* p = *vivimus casus.* G = *Quibus autem evenit.*

4. p = *quod sit summo bono.* rwSs. (sed Oberl. in Arg.b legit *quid*) 𝔄ℜ — 𝔗𝔖 = *quod sit summum bonum.* P cum reliquis ∾.

colliges = 𝔐 — 𝔐a. Mss. 𝔄ℜ 𝔅 — 𝔊 = *colligis.* ℜ𝔗 = *colle-*

gito, ut ita dicam, demonstrandum est nec in multa spargen-
dum. Quid enim ad rem pertinet in particulas illud diducere?
cum possis dicere: Summum bonum est quod honestum est.
et quod magis admireris: Unum bonum est quod honestum est:
5 cetera falsa et adulterina bona sunt. Hoc si persuaseris tibi,
et uirtutem adamaueris: (amare enim parum est:) quicquid illa
contigerit id tibi qualecumque aliis uidebitur faustum felixque
erit: et torqueri, si modo iacueris ipso torquente securior, et
aegrotare, si non maledixeris fortunae, si non cesseris morbo.
Omnia denique quae ceteris uidentur mala et mansuescent et in
6 bonum abibunt, si super illa eminueris. Hoc liqueat nihil esse
bonum nisi honestum: et omnia incommoda suo iure bona uoca-
buntur, quae modo uirtus honestauerit. Multis uidemur maiora
promittere quam recipit humana condicio. Non inmerito: ad
corpus enim respiciunt. Reuertantur ad animum: iam hominem
deo metientur. Erige te, Lucili uirorum optime, et relinque
istum ludum literarium philosophorum qui rem magnificentissi-
mam ad syllabas uocant, qui animum minuta docendo demittunt
et conterunt: fies similis illis qui inuenerunt ista, non qui do-
cent et id agunt ut philosophia potius difficilis quam magna ui-
7 deatur. Socrates qui totam philosophiam reuocauit ad mores
et *hanc summam* dixit esse *sapientiam bona malaque distin-
guere.* Sequere, inquam, illos, si quid apud te habeo aucto-

gis. 𝔐𝔍u𝔖 = *colligas.* Sed cum multo facilius *e* quam *a* in *i* abire potuerit, *colliges* restituo.

RGw 𝔄𝔑 — 𝔅 = *deducere.*

𝔅—𝔈2. = *summum est quod honestum est* om. *bonum.* GwP1. 3. 4. 𝔖 = *adultera bona.* 𝔑 = *ulterina bona.* r — *bona.* Rell. ∾.

5. *Hoc si pers.* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1.—𝔐a = *Haec si pers.*

RArg.b 𝔑 — 𝔗 = *quicquid illic cont.* 𝔅 = *illi cont.* p = *Omnia denique et ceteris vid.* p — *in bonum.* PpArg.b = *habebunt, si.* G𝔑𝔗 = *abiunt.*

6. p — *nisi honestum — quae modo virtus.* R + *incommoda sua.*

p(cr. ∾) = *promittere quam cepit.* 𝔑—𝔅 = *iam homines deo.*

𝔈1. = *Ergo te, Lucili.*

ludum literarium = Pp(BV plerique ρϸ Gr.) 𝔈1. — 𝔖. R(s∾) nonnulli ρϸ sw cod. Lips. mP1. = *ludum litteralium.* GwArg.b 𝔄 = *ludum literarum.* Cod. Moniousii = *ludum litterariorum.* mP4. = *ludum veterarium.* 𝔑 — 𝔅 = *ludum litteratorum.* R𝔑 — 𝔅 + *docendo et dimittunt.* rGB 𝔄𝔈1. 2. = *doc. dimittunt.* 𝔐 = *doc. diminuunt.* P2. vet. cod. P. Fabri ci. Steph. (Prood. I, 2.) 𝔏4. = *fias similis.*

7. *Socrates.* In hoc nomen exit p, cnm reliqua folia sint sublata.

𝔐 — 𝔅1. male verba *Sequere — auctoritatis* collocant ante *Socrates.*

r = *et hoc dixit summam esse sapientiae.* (Etiam Steph. [Prood. I, 2.] ci. = *sapientiae.*) *et* hoc loco significare *etiam* recte docet Sw.: omiserunt 𝔈𝔊𝔐 ex auctoritate Pinciani.

Sequere, inquam, illos = R ci.

ritatis: ut sis beatus et te alicui stultum uideri sine. Quis-
quis uolet tibi contumeliam faciat et iniuriam: tu tamen nihil
patieris, si modo tecum erit uirtus. Si uis, inquam, beatus
esse, si fide bona uir bonus, sine contemnat te aliquis. Hoc 8
nemo praestabit, nisi qui omnia bona exaequauerit: quia nec
bonum sine honesto est et honestum in omnibus par est. Quid
ergo? nihil interest inter praeturam Catonis et repulsam? nihil
interest utrum Pharsalica acie Cato uincatur an uincat? hoc eius
bonum quo uictis partibus non potest uinci par erat illi bono quo
uictor rediret in patriam et conponeret pacem? Quidni par sit? 9
Eadem enim uirtute et mala fortuna uincitur et ordinatur bona:
uirtus autem non potest maior aut minor fieri: unius staturae
est. Sed Cn. Pompeius amittet exercitum, sed illud pulcher-
rimum reipublicae praetextum, optimates, et prima acies Pom-
peianarum partium, Senatus ferens arma, uno proelio profliga-
buntur et tam magni ruina imperii in totum dissiliet orbem: ali-
qua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania
cadet. ne hoc quidem miserae reipublicae continget semel rue-
re. Omnia licet fiant: Iubam in regno suo non locorum noti- 10
tia adiuuet, non popularium pro rege suo uirtus obstinatissima,
Uticensium quoque fides malis fracta deficiat et Scipionem in
Africa nominis sui fortuna destituat: olim prouisum est ne quid
Cato detrimenti caperet. Uictus est tamen. Et hoc numera
inter repulsas Catonis: tam magno animo feret aliquid sibi ad

Pinc. atque idem Sw. in *Notis* voluit. Iam non Socratis, qui ipse est inter *illos*, haec sunt verba, sed Senecae. Id tamen, cum ad *Socratem* referendum esse putarent, mutarunt in *inquit* = rell. mss. etiam Gr. 𝔄ℜ—𝔊𝔖. 𝔐—𝔅1. 𝔐a hoc loco omiserunt quidem, sed posuerunt post *ut sis beatus*. ℜu omnino abiecit. Vγ nonnulli alii ρρ = *Quisquis valet.* ℜ—𝔊 + *cont. facere faciat.* 𝔐 = *cont. facere faciat* om. *et iniuriam.*

Si vis, inquam. Sic ut scriberetur, suasit cum Pinciano Sw. Mss. 𝔄ℜ—𝔖 = *inquit.*

8. P = *et repulsum.* R = *ac vincat.* P = *quo victo rediret.*

9. G(m∾) P1. 3. 4. Col. = *Virtus autem non potest bona vel mala fieri.* 𝔐—*Sed* ante *Cn. Pompeius.* 𝔐 = *ille pulcherrimus reip. praetextus* contra mss. V Col. = *immanis imperii.* G P1. 3. 4. + *imp. Romani.* P = *in totum dissilit.*

10. ℜ—𝔗 = *in rege suo* [ℜ𝔗 cum R = *sua*] *virtus.* Cod. Lips. P4. + *malis passa et fracta desinat* (P4. = *deficiat.*) *desinat* videbatur *etiam* in P3. fuisse et est in G. Lips. ci. = *pressa.* P1. + *malis pressa fracta desinat.* Grut. ci. + *quassa et fracta.*

detrimenti caperet = PGwRrB ρρ Gr. 𝔄ℜ—𝔅𝔖. 𝔈1.—𝔐a = *d. capiat.* R = *Et haec numera.* 𝔄ℜ—𝔗 = *Et haec munera.*

11 uictoriam quam ad praeturam obstitisse. Quo die repulsus est lusit, qua nocte periturus fuit legit: eodem loco habuit praetura et uita excidere: omnia quae acciderent ferenda esse persuaserat sibi. Quidni ille mutationem reipublicae forti et aequo pateretur animo? Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non coelum, non totus hic rerum omnium contextus, quamuis deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordi-
12 nem: sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiciet. Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, exstingui. Quaecumque supra nos uides currere et haec quibus inmixti atque inpositi sumus ueluti solidissimis carpentur ac desinent. Nulli non senectus sua est: inaequalibus ista spatiis eodem natura dimittit. Quicquid est non erit: nec peribit, sed resoluetur.
13 Nobis solui perire est. Proxima enim intuemur: ad ulteriora non prospicit mens hebes et quae se corpori addixit: alioquin fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret omnia illa sic in uitam mortemque per uices ire et conposita dissolui, dissoluta conponi, in hoc opere aeternam artem cuncta temperantis dei uerti. Itaque ut Cato, cum aeuum animo percurrerit, dicet: Omne humanum genus, quodque est quodque erit, morte
14 damnatum est: omnes quae usquam rerum potiuntur urbes quaeque alienorum imperiorum magna sunt decora ubi fuerint aliquando quaeretur et uario exitii genere tollentur: alias destruent bella, alias desidia paxque ad inertiam uersa consumet et magnis opibus exitiosa res, luxus. Omnes hos fertiles campos

11. r = *Qua die.*

vita excidere = PwRrP4. Col. P3.(s. m.) 𝔑 — 𝔗 𝔑u — 𝔖. GSbc (P1. 2. 3.) 𝔄𝔅 — 𝔅1. = *vita excedere.* Rell. n. l. G = *acciderent preferenda.* B = *rerum omnium contemtus.* 𝔅 + *quamvis enim deo.*

12. 𝔄𝔈1. = *Certis enim cuncta.*

inmixti = PGwB antiquiores pp et reliquorum maior pars Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. RrmCol. 𝔈1. — 𝔐a = *innixi.* 𝔄 — *eodem.* 𝔑 — 𝔅 + *in eodem.* RP1. 2. Col. = *eadem.*

𝔄 = *dimittet.* 𝔈1. — 𝔐a = *demittit* contra mss. etiam Gr.

13. w = *si sperasset.* RP3. (s. m.) = *sicut vitam mortemque.* Prw Ops. Gr. — *in* ante *vitam.*

P = *dissolvendis soluta conponi.* r = *cuncta operantis diverti.*

Itaque ut Cato = mss. (rw = *uti Cato*) etiam Gr. (P3. *ut* habet inter lineas.) Ops. Ss. 𝔄𝔑𝔅𝔖. 𝔑𝔗 = *cum Cato.* 𝔈1. — 𝔐a — *ut.* r = *percurreret dixit.* Arg.b = *dicit.*

14. R𝔅 = *usque quaque rerum potiuntur.* w𝔑 — 𝔗 = *usque rerum.* R𝔑 — 𝔐 + *magna sunt et decora.* PRrGwB Arg.b 𝔄𝔑 — 𝔗𝔈1. = *vario exilii genere.* 𝔅 = *vario exitu genere.* G𝔅 = *magnis operibus.* G(m∾)P1. 3.

repentina maris inundatio abscondet aut in subitam cauernam
considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo quare indigner 15
aut doleam, si exiguo momento publica fata praecedo? Ma-
gnus animus deo pareat et quicquid lex uniuersi iubet sine cun-
ctatione patiatur. Aut in meliorem emittitur uitam lucidius tran-
quilliusque inter diuina mansurus aut certe sine ullo futurus
incommodo suae naturae remiscebitur et reuertetur in totum.
Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta uita quam mors 16
honesta, quoniam non intenditur uirtus. *Idem esse* dicebat
Socrates *ueritatem et uirtutem:* quomodo illa non crescit sic
ne uirtus quidem: habet numeros suos, plena est. Non est
itaque quod mireris paria esse bona, et quae ex proposito su-
menda sunt et quae subita res tulit. Nam si hanc inaequalita-
tem receperis, ut fortiter torqueri in minoribus bonis numeres,
numerabis etiam in malis et infelicem Socratem dices in carcere, 17
infelicem Catonem uolnera sua animosius quam fecerat retra-
ctantem, calamitosissimum omnium Regulum fidei poenas etiam
hostibus seruatae pendentem. Atqui nemo hoc dicere, ne ex
mollissimis quidem, ausus est: negant enim illum esse beatum,
sed tamen negant miserum. Academici ueteres beatum quidem
esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum
nec ad plenum: quod nullo modo potest recipi. Nisi beatus est 18
in summo bono non est. Quod summum bonum est supra se
gradum non habet, si modo illi uirtus inest, si illam aduersa

ci. Ermi = *lapsus abdet.* R(s∾) P1. 3. Col. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *lapsus adducet.* Antiquiores ρϸ P1. 3. 4. Col. Ops. 𝔄 = *repentini maris.* quod non displicet.

15. G = *fata praecedunt.*

r = *lex universalis.* w antiqq. ρϸ P2. 𝔄𝔈1. = *si naturae remiscebitur.* GP1. 3. = *si non remiscebitur.* P2. = *remiscetur.* R𝔄𝔑—𝔗 = *reminiscebitur.* 𝔈1. = *reminiscetur.* P4. = *sin naturae commiscebitur.* P = *incommodi si natura remiscebitur.* Rell. ∾.

16. R𝔑 — 𝔅 + *Non est ergo, mi Lucili, Marco Catoni.* quod probat Sw. Sed rell. ∾. 𝔄𝔑 — 𝔐a = *sic nec virtus quidem.* wArg.b B plerique ρϸ P2. Col. 𝔄𝔖 = *quae si ita res tulit.* r,λ = *quae si ita res tulit patienda.* α = *quae ita res tulit.* PRG𝔖r. P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔐a ∾.

ut fortiter = P𝔈1. — 𝔐a. Gw Rr ρϸ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 = *et fortiter.* (De *Et* atque *Ut* inter se commutatis cf. Drkb. ad Liv. XXI, 28, 8.) r — *numeres.*

17. r = *poenas in hostibus.* G = *et hostibus.* GwB = *servare pendentem.* w = *ne ex nobilissimis quidem.* Rw — *etiam* ante *hos cruciatus.* P1. 3. 4. + *sed non iam ad perfectum.* Grut. ci. = *sed non tamen ad perf.*

18. Rλ = *Beatitudo nisi in summo bono.* w = *in summo bono est* om. *non.* 𝔐 = *Si beatus est, in summo bono est.* RrGw Gr. 𝔑

non minuunt, si manet etiam comminuto corpore incolumis. Manet autem: uirtutem enim intellego animosam et excelsam, quam incitat quicquid infestat. Hunc animum quem saepe induunt generosae indolis iuuenes quos alicuius honestae rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita contemnant, profecto sapientia infundet et tradet: persuadebit unum bonum esse quod
19 honestum: hoc nec remitti nec intendi posse; non magis quam regulam qua rectum probari solet flectes. Quicquid ex illa mutaueris iniuria est recti. Idem ergo de uirtute dicemus: et haec recta est, flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non potest. Haec de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri, nec quae ab illa quidem fiunt alia aliis rectiora sunt: huic enim necesse est respondeant:
20 ita paria sunt. Quid ergo? inquis: iacere in conuiuio et torqueri paria sunt? Hoc mirum uidetur tibi? Illud licet magis admireris: iacere in conuiuio malum est, torqueri in eculeo bonum est, si illud turpiter, hoc honeste fit. Bona ista aut mala non efficit materia, sed uirtus: haec ubicumque adparuit omnia
21 eiusdem mensurae ac pretii sunt. In oculos nunc mihi manus intentat ille qui omnium animum aestimat ex suo, quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis et prospera honeste iudicantis, quod dicam paria bona esse eius qui triumphat et eius qui ante currum uehitur inuictus animo. Non putant enim

— 𝔅 = *sed manet etiam.* (w = *m. in commin.*) Arg.b = *cum minuto corpore.* w = *Virtutem non intelligo.* r — *et* ante *excelsam.*

Gv nonnulli alii ρρ P3. 4. + *sapientia non infundet.* (G cum P2. Col. = *infundit.*) G + *quod honestum est.*

19. r = *nec magis quam regulam.* ℜ — 𝔅 + *quam si reg.* 𝔈1. — 𝔐a + *quam si flectes* contra mss. etiam Ops. Gr. (P3. = *inflectes*) Ss. r = *mutaris.*

rigidari quidem, amplius intendi non potest = mss. (exc. G BΘ nonnullis ρρ) P2. Ops. Ss. plerique Pinc. Erfurt. Heins. 𝔈1. — 𝔊. Nonnulli ρρ P4. Col. 𝔅 = ∾ *nec intendi potest.* GP1. 3. = *ridari quidem amplius nec intendi potest.* B = *rigida quidem* ∾. 𝔄 + *rigidari quidem amplius potest, intendi non potest.* ℜ — 𝔗𝔖 + *rigidari quidem potest* ∾. Θ quidam Pinc. 𝔐 — 𝔐a = *rigida est, amplius* ∾. Pinc. ci. = *rigida esse, amplius* etc. P𝔄 = *neque ab illa quidem.* 𝔈1. — *ab.*

𝔄 — *fiunt.* r — *enim* ante *necesse est.*

20. P𝔄 = *inquit.* Prw — *in convivio malum est, torqueri.* ℜ — 𝔅 = *ubicunque apparuerit.*

G + *omnia ista eiusdem.*

21. ℜ = *manus intentant illae.* Rℜ — 𝔅 = *intendant.* GwP1. 3. = *intendat.* Rℜ — 𝔅 = *qui omnium animos.* rP2. + *quod dicam bonum* [r + *esse*] *in eculeo iacere, quod dicam paria* et mox rArg.b tres Ops. — *adversa* — *paria bona esse.* Mod. P1. 4. — *quod dicam paria* — *honeste iudicantis.* wP3. — *adversa* — *et*

fieri quicquid facere non possunt: ex infirmitate sua de uirtute
ferunt sententiam. Quid miraris, si uri, uolnerari, occidi, ad-
ligari iuuat, aliquando etiam libet? Luxurioso frugalitas poena 22
est. pigro supplicii loco labor est. delicatis miseria est indu-
stria. desidioso studere torqueri est: eodem modo haec ad quae
omnes inbecilli sumus dura atque intoleranda credimus obliti
quam multis tormentum sit uino carere aut prima luce excitari.
Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluuidi et enerues. Ma-
gno animo de rebus magnis iudicandum est: alioquin uidebitur
illarum uitium esse quod nostrum est. Sic quaedam rectissima, 23
cum in aquam demissa sunt, speciem curui praefractique uisen-
tibus reddunt. Non tantum quid uideas, sed quemadmodum
refert: animus noster ad uera perspicienda caligat. Da mihi
adulescentem incorruptum et ingenio uegetum: dicet fortunatio-
rem sibi uideri qui omnia rerum aduersarum onera rigida cer-
uice sustollat, qui supra fortunam exsistat. Non mirum est in 24
tranquillitate non concuti: illud mirare ibi extolli aliquem ubi
omnes deprimuntur, ibi stare ubi omnes iacent. Quid est in
tormentis, quid est in aliis quae aduersa adpellamus mali? hoc,
ut opinor, succidere mentem et incuruari et succumbere: quo-
rum nihil sapienti uiro poterit euenire. Stat rectus sub quoli-
bet pondere. nulla illum res minorem facit. nihil illi eorum

prospera. ℜ—𝔅 + *et ex infirmitate.* Rℜ—𝔗 = *veritate ferunt.*

22. B = *supplicium labor est.*

delicatis miseria est industria = P𝔐a𝔖. r = *delicatus miser est industria.* RGB ϼϼ (exc. ιγπσ) P1. 3. 𝔄ℜ — 𝔈1. + *delicutis miseria est* [P1. 3. — *est*] *continentia industris* (B𝔅 = *industriis.*) π = *delicatis miseria est continentia: industris desidiose studere torqueri est.* ιP2. ℜu + *delicatis miseria est continentia; indoctis industria.* wγσ Col. 𝔈2. — 𝔅1. = *delicatus miseretur industrii.* P4. = *delicatis miseria continentia industri.* 𝔄 = *haec quia omnes.*

G = *fluidi et enormes.* βιπ = *fluidi et inertes.* ℜ—𝔅 + *enerves sumus.*

23. Rℜ — 𝔅 = *perfractique.*

wℜ — 𝔗 = *vegetatum.* r = *dicit fortunatiorem.* πSc𝔐 = *sustulit.* quod Swo probatur. Antiquiores nonnulli ϼϼ = *subtollit, subtollat.* B(s. m.) = *attollit.* 𝔄𝔈1.—𝔊 𝔏—𝔖 = *sustollit.* GSb ℜℜ = *substollat.* Reliqui omnes etiam Gr. Ss. = *sustollut*, quod recepimus. Brαβγιλπτ P2. Pinc. ℜ — 𝔗 𝔈 — 𝔐 + *quum qui supra.*

exsistat = B. r = *est.* Reliqui = *extat.* quod ex altero facile nasci potuit, quemadmodum *existimat* solet concidi in *extimat.*

24. 𝔈1. — 𝔐 — *hoc* ante *opinor* contra mss., quorum tamen quidam = *ut hoc.* Sb = *subcumbere:* idem in ℜ esse Sw. dicit, sed ego ibi non vidi.

poterit evenire = P.RrGw𝔄ℜ—𝔖 = *potest.* Rell. n. l.

Stat rectus = mss. 𝔄ℜ — 𝔅1. 𝔐a𝔖. ℜu = *Stat erectus*, nescio qua auctoritate.

25 quae ferenda sunt displicet. Nam quicquid cadere in hominem
potest in se cecidisse non queritur. Uires suas nouit: scit se
esse oneri ferendo. Non educo sapientem ex hominum nume-
ro nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admit-
tente submoueo. Memini ex duabus illum partibus esse conpo-
situm: altera est inrationalis: haec mordetur, uritur, dolet.
altera rationalis: haec inconcussas opiniones habet, intrepida
26 est et indomita. In hac positum est summum illud hominis bo-
num: antequam inpleatur, incerta mentis uolutatio est: cum
uero perfectum est, inmota illa stabilitas est. Itaque inchoatus
et ad summa procedens cultorque uirtutis, etiam si adpropinquat
perfecto bono, sed ei nondum summam manum inposuit: ibi in-
27 terim cessabit et remittet aliquid ex intentione mentis: nondum
enim incerta transgressus est. etiam nunc uersatur in lubrico.
Beatus uero et uirtutis exactae tunc se maxime amat, cum for-
tissime expertus est, et metuenda ceteris, si alicuius honesti
officii pretia sunt, non tantum fert, sed amplexatur multoque
28 audire mauult: *Tanto melior* quam *felicior.* Uenio nunc
illo quo me uocat exspectatio tua. Ne extra rerum naturam
uagari uirtus nostra uideatur et tremet sapiens et dolebit et ex-

𝔑—𝔙 = *quae perferenda sunt.*
25. 𝔙 — *non* ante *queritur* et scribit *quaeritur.* RP4. mP3. 𝔈1. + *natum oneri ferendo.* 𝔄 = *scit se rem natum oneri fer.* (saepe enim *ẽe* i. e. *esse* confunditur in mstis cum *rẽ* i. e. *rem.*) B + *esse aptum oneri fer.* P2. (s. m.) Col. (s. m.) + *scit se aptum esse oneri fer.* 𝔑—𝔙 = *scit se aptum oneri fer.* P = *Non educte sapientem.*
𝔄 = *sensum emittente.* w(s∾) *admittente recipio.* P3. Col. = *irrationabilis* et infra = *rationabilis.* P — *Haec mordetur — rationalis.* αβπ = *intrepida est et incommota.*
26. G = *In hac compositum est.*
𝔈1.—𝔐a + *quod antequam* contra mss. etiam Gr. Ss. et 𝔄𝔑—𝔙.
R = *in motu illa stabilitas non est.*
et ad summa procedens = mss. (G cum 𝔄 = *et a summa*) etiam Gr. (P2. = *etiam ad summam.*) Ss. 𝔄𝔑—𝔙𝔖. 𝔈1.—𝔐a — *et.* Prw P2. 4. = *interim cessit.* GP1. = *interim cessim et rem.* P3. = *interim cadet.* Col. (m∾) = *iterum cedet* (*cedet* a s. m. habent etiam P1. 3. 4. atque est in R𝔑—𝔗.) Grut. ci. = *ibit interim cessim et rem.* r = *ex in contentione.*
27. r = *virtutis excoctae.*
P = *fortissima.* w = *honesti consilii.* R = *pretio sunt.*
Tanto melior quam felicior = Pw(B) plerique ρρ 𝔈2.—𝔊𝔏—𝔐a (exc. 𝔏4.) 𝔐𝔏4. 𝔖 + *quam tanto felicior.* Ops. „Mureti correctio, inquit, libris bonis fidisque firmata.“ Non tamen perspicuum est in ipsius libris illud *tanto* fuisse, quod putavit Sw. RrGSbαβγζϑιλνΘσ 𝔑—𝔈1. = *quanto felicior.*
28. *tremet.* PRrwSb Pr.bd 𝔑—𝔙 = *tremebit.* BPr.a = *timebit.* G = *exterrebit.* mG = *extremebit, expavescet.* V = *etiam te tenebit.* Nonnulli ρρ = *et timebit*, alii = *et tremebit*, alii = *extremebit*, nullus = *tremet.*

pallescet: hi enim omnes corporis sensus sunt. Ubi origo ca-
lamitatis? ubi illud malum uerum est? Illic scilicet, si ista ani-
mum detrahunt, si ad confessionem seruitutis adducunt, si illi
poenitentiam sui faciunt. Sapiens quidem uincit uirtute fortu- 29
nam. At multi professi sapientiam leuissimis nonnumquam mi-
nis exterriti sunt. Hoc loco uitium nostrum est, qui idem a
sapiente exigimus et a proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quae
laudo, nondum persuadeo. etiam si persuasissem, nondum
tam parata haberem aut tam exercitata, ut ad omnes casus pro-
currerent. Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, 30
quosdam nisi saepius macerata et recocta non perbibit: sic alias
disciplinas ingenia, cum accepere, protinus praestant. haec,
nisi alte descendit et diu sedit et animum non colorauit, sed in-
fecit, nihil ex his quae promiserat praestat. Cito hoc potest 31

Etiam apud Virg. G. III, 84. ed. Mentel. pr. *tremet* habet pro *tremit.* (Hic locus affertur in Excerptis Arusiani Messi [Corp. Gramm. Latt. ed. Lindem. I. p. 246.], ubi non *Tremit illud pro timet* scribendum est, sed *Tremit illud pro tremet.* Nam si ille Grammaticus mediocriter tantum Lat. linguae erat peritus, *tremere* illo loco pro *timere* non potuit accipere.) Sic *tremesco* legitur apud Virg. A. III, 648. in cod. Medic. et in plerisque aliis, itidem A. V, 694. XI, 403. XII, 916. (quam formam reprehendunt Voss. Arist. V, 43. p. 901. ed. Foertsch. Drkb. ad Liv. XXI, 53, 5.) et *contremesco* apud Sen. ep. 65, 25. in optimis codd. Quamobrem vix dubito, quin etiam *tremeo* Latini dixerint: vulgatum tamen *tremet* tenui quamvis in nullo msto repertum.
αβπ = *expavescet.*

Ubi origo calamitatis = PrGw Arg.b BV plerique ρρ Gr. Unus optimorum Ops. = *Ubi origo calamitas.* Rαβγδζλμξθτ alter optimorum Ops. cod. antiq. Pinc. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖 = *Ubi ergo calamitas.* 𝔈1. + *Ubi ergo est origo calamitas.* 𝔈2. — 𝔐𝔞 + *Ubi ergo est origo calamitatis.* P2. = *et ibi illud malum.* Col. addit *illic causa adversa fortiter portantis et prospera bona esse honeste iudicantis. Quid si ista animum distrahunt.* cf. ad §. 21. Cod. antiq. Pinc. = *vestrum malum.* R — *verum.*

detrahunt = mss. (exc. Rβλπ) 𝔄ℜ — 𝔗 𝔈1. 2. 𝔏 — 𝔖. Rβλπ cod. antiq. Pinc. 𝔅𝔈 — 𝔐 = *distrahunt.* GP1. 3. = *ad conf. servit. alliciunt.*

29. r = *at mali professi.* v = *nostrum indicium est.*

iam si fauente fortuna in unum congesta sunt, dominis suis in-
cumbunt grauia et illos semper premunt, aliquando et inlidunt.
Nemo ex istis quos purpuratos uides felix est, non magis quam
ex illis quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulae adsignant:
cum praesente populo elati incesserunt et cothurnati, simul exie-
runt, excalceantur et ad staturam suam redeunt. Nemo isto-
rum quos diuitiae honoresque in altiore fastigio ponunt magnus
est. Quare ergo magnus uidetur? Cum basi illum sua metiris. 24
Magnus non est pumilio, licet in monte constiterit. colossus
magnitudinem suam seruabit, etiam si steterit in puteo. Hoc

ultimi. 𝔛 = *dissiliet.* B = *recte proprieque contentus.*

r = *Oppone et nunc.* 𝔛 — *Obpone — ducit ac vocat venio.* G (m∾) B antiqq. ρϼ et ex recc. plerique = *Dic fatum tuum.* w = *gratiae estimatio.* sGℜ—𝔗 = *gratiae existimatio.* B = *grate aestimatio.* rArg.b 𝔈1. 2. = *grate existimatio.* Rrw recc. nonnulli ρϼ P2. 3. ℜ—𝔈1. = *respondet.* G = *respondit.* V + *rependet respondebit.* rG Arg.bℜ—𝔗 = *Ergo ipsum contemplor.* PrGB = *ducit ad vocat.* r = *ieiunio* pro *venio.* G(s∾) = *Hoc genus unum bonum est.*

23. r = *sollicitant possidentem.* 𝔛 = *dicimus* pro *dominis.* G (s∾) = *in unum coniecta.* w(s∾) antiqq. ρϼ 𝔛ℜ — 𝔗 = *incumbant.* r Arg.b B = *incubant.*

inlidunt = P. Gw Rr Arg.b V ρϼ ℜ — 𝔈 2. = *illudunt.* 𝔛 = *eludunt.* (B) m𝔈 2.𝔈 — 𝔖 = *elidunt.* Iam Gruterus ci. = *illidunt.* 𝔛 = *Nemo est ex istorum quos.* 𝔛 = *qui sceptrum.*

elati incesserunt = Rϭπυ𝔈1. — 𝔖. εmυ = *laeti inc.* 𝔛 = *loci inc.* w — *elati.* sw rell. etiam Gr. = *lati inc.* absorpta scilicet *e* ab antecedenti *o.* Colvius ad Appul. Met. l. X. ci. = *alti inc.* G = *concurvati, simul exierunt.* G = *exculcantur.* B = *et calcantur.* Gζϑx + *ad naturam. Et staturam.*

24. 𝔛 — *Quare ergo — constiterit.* R = *Quando ergo magnus.* R(s∾) — *illum.* r = *suum metiris.* 𝔈1. = *metire.*

Magnus non est pumilio = R Ambian. ℜ — 𝔅𝔖. Optimus Putean. = *Non magnus pumilio.* sw Pinc. v. l. P 3. 4. Col. 𝔏 — 𝔐a = *Non est magnus pum.* wγo mγ 𝔈1. — 𝔐 = *parvus pumilio.* B = *Magnus popilio licet.* V = *Magnus pumilio, si.* PrGArg.b Mod. vet. cod. Iureti P 1. 2. — *non est.* Iuretus ci. = *Manus pumilio.* Grut. Nic. Heins. (ad Petron. c. 45. p. 219.) cii. = *nanus pumilio.* P = *conlisus magnitudinem.* r = *confixus magnitudinem.* w = *colosus magn.*

laboramus errore, sic nobis inponitur, quod neminem aestima-
mus eo quod est, sed adicimus illi et ea quibus adornatus est.
Atqui cum uoles ueram hominis aestimationem inire et scire
25 qualis sit, nudum inspice. Ponat patrimonium, ponat honores
et alia fortunae mendacia, corpus ipsum exuat: animum intue-
re, qualis quantusque sit, alieno an suo magnus. Si rectis
oculis gladios micantes uidet et si scit sua nihil interesse utrum
anima per os an per iugulum exeat, beatum uoca: si, cum
illi denuntiata sunt corporis tormenta et quae casu ueniunt et
quae potentioris iniuria, si uincula et exilia et uanas humana-
rum formidines mentium securus audit et dicit:

Non ulla laborum,
O uirgo, noua mi facies inopinaue surgit:
Omnia praecepi atque animo mecum ipse peregi.

26 Tu hodie ista denuntias, ego semper denuntiaui mihi et homi-
nem paraui ad humana. Praecogitati mali mollis ictus uenit.
At stultis et fortunae credentibus omnis uidetur noua rerum et
inopinata facies: magna autem pars est apud inperitos mali no-
uitas. Hoc ut scias, ea quae putauerant aspera fortius, cum
adsueuere, patiuntur. Ideo sapiens adsuescit futuris malis et
quae alii diu patiendo leuia faciunt hic leuia facit diu cogitando.

𝔑—𝔅 = *existimamus* et infra *existimationem*. P = *aestimamus aequo est.* r = *ex equo est.* mγ = *ex quo est.* rw 𝔄𝔑—𝔏 4. 𝔍u = *eo quo est.* Recc. ρρ nonnulli = *addicimus illi.* r = *adhornatus. est.* r P 1. 2. 4. = *At quicunque voles.* P3. = *naturam hominis et extimationem.*

25. *Si rectis oculis* = P ci. Lips. 𝔑u—𝔖. (cf. Bentl. ad Hor. Carm. I, 3, 18.) R = *Si errectis.* rGwe 𝔄𝔑—𝔅 1. = *Si erectis oc.* mγ = *Si laetis oc.* P = *et sic scit.* P — *an* ante *per iugulum.*

Matth. ci. = *Is, cum illi denuntiata.* P = *Si cum illis.* G(m∾) = *sua interest utrum* om. *nihil.*

𝔐a = *et exsilia; vanas* om. *et.*

w = *fortitudines gentium.* PArg.bB 𝔑—𝔗 = *fortitudines mentium.* P = *Nonnulla laborum.* Arg.b = *Non illa bonorum origo nova mi.* P = *mihi facies.* P = *Omnia praecipitantque animum.* Bγδε𝔇ιμξ ΚΘτυ = *Omnia praecipitata animo.* w = *Omnia praecipiat quoque animo.* G = *Omnia praecipiatque.* cr. = *praecipit atque.* Rr𝔅 = *Omnia percepi.* 𝔄 = *Omnia praecipita animo.* 𝔑—𝔗 = *Omnia percipiat: quae animo.* R(lit.) = *ante peregi.*

26. 𝔈1.—𝔐 — *et* ante *hominem.* P1. + *paravi et ud humana.*

𝔄 — *magna autem pars — novitas.*

putaverant = Pw BV ρρ 𝔖. G = *putaverint.* Rr Ops. 𝔑—𝔐a = *putaverunt.* 𝔄 = *putavere.*

aspera fortius = mss. (exc. G) etiam Gr. Ops. Ss. 𝔑—𝔅𝔖. G(s∾) = *aspera potius.* 𝔄𝔈1.—𝔐a— *fortius.* (Sw. falso dicit *fortius* abesse ab 𝔑.) 𝔄 = *Sic sapiens assuescit* et — *malis.*

Audimus aliquando uoces imperitorum dicentium: Sciebam hoc mihi restare? Sapiens scit sibi omnia restare. quicquid factum est dicit: sciebam. Uale.

EPISTULA LXXVII.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Subito nobis hodie Alexandrinae naues adparuerunt quae praemitti solent et nuntiare secuturae classis aduentum: *tabellarias* uocant. Gratus illarum Campaniae adspectus est: omnis in pilis Puteolorum turba consistit et ex ipso genere uelorum Alexandrinas quamuis in magna turba nauium intellegit: solis enim licet siparum intendere quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res aeque adiuuat cursum quam summa pars ueli: 2 illinc maxime nauis urgetur. Itaque quotiens uentus increbruit maiorque est quam expedit, antenna submittitur: minus habet uirium flatus ex humili. Cum intrauere Capreas et promontorium ex quo

Alta procelloso speculatur uertice Pallas,

ceterae uelo iubentur esse contentae: siparum Alexandrinarum insigne est. In hoc omnium discursu properantium ad litus ma- 3

r = *Aut imus aliquando.* Multi ϱϱ tam ex antiquis quam ex recc. = *Aud i v i mus.* G(m∾) = *Scri-bam hoc mihi restare.* ζmm quorundam codd. Pinc. 𝔊 — 𝔅𝔩. = *Nesciebam hoc mihi.* w = *hoc tibi restare.* G(s∾) = *dicit, scribam.*

Ep. LXXVII.

G(s∾) = *Sub i t e.* η𝔖 = *Subitae.* P1. = *Sub i t i.* 𝔐 = *S. V. B. Hodie.* B + *et tabellarias.* γδK Θ + *quas tubellarias.* mɔ = *tabularias.* mm𝔊 1. 2. 𝔊 = *omnis in pyris Put.* Rιλ P3. P2. (s.m.) = *Puteolanorum.* Θ = *populorum.* 𝔛 — *ex* ante *ipso genere* et — *licet.*

siparum = Pw Ops. cod. Iur. Sb Pr.bd𝔖. GArg.b = *si parum.* 𝔑 — 𝔗 = *sipparum.* 𝔛𝔅𝔊1. = *suparum.* Rr𝔊2. — 𝔐𝔞 = *supparum*, sicut scribitur apud Festum p. 340. (cf. Varro L. L. V, 30, 37. p. 134. Spg.) Sed apud Isidor. Origg. XIX, 3, 4. *siparum* est. (Sine iusta causa nuper Otto edidit *supparum.*) Rell. n. l. r = *omnes habeant.*

2. 𝔛 = *adiuvare quatiens cursum.* V = *aeque quatiet cursum.* G(s∾) = *aeque quotiens cursum.*

increbruit = PRw plerique ϱϱ Mod. P3. P2. (s.m.) 𝔛𝔅𝔐. rmG𝔊1. — 𝔊𝔏 — 𝔖 = *increbuit.* Nonnulli ϱϱ 𝔑 — 𝔗 = *increpuit.* γδ = *incubuit.* G𝔖P1. 4. = *incumbit.*

γδν𝔑 — 𝔅 + *minusque habet virium.* wArg.b antiqq. ϱϱ atque alii 𝔛𝔑 — 𝔅 + *et ex humili.* r = *cum intravere campas.* rG = *promuntorium.* sG = *promunctorium.*

siparum. vid. ad 1. PRr Arg.b ϱϱ Ss. 𝔛𝔑 — 𝔊 + *insigne indicium est.* B = *insigne indicium est.* V + *insigne iudicium* om. *est.* G + *insigne inditum est.* w = *Alex. indicium est.*

3. r = *discursu properante.*

gnam ex pigritia mea sensi uoluptatem, quod epistulas meorum accepturus non properaui scire quis illic esset rerum mearum status, quid adferrent. Olim iam nec perit quicquam mihi nec adquiritur. Hoc, etiam si senex non essem, fuerat sentiendum: nunc uero multo magis, quia quantulumcumque haberem tamen plus iam mihi superesset uiatici quam uiae, praesertim cum eam
4 uiam simus ingressi quam peragere non est necesse. Iter inperfectum erit, si in media parte aut citra petitum locum steteris: uita non est inperfecta, si honesta est. Ubicumque desines, si bene desinis, tota est. Saepe autem et fortiter desinendum est et non ex maximis causis: nam nec maximae sunt quae nos tenent. Tullius Marcellinus quem optime noueras, adulescens quietus et cito senex, morbo et non insanabilili correptus, sed longo et molesto et multa imperante, coepit de-
5 liberare de morte. Conuocauit conplures amicos: unusquisque, aut quia timidus erat, id illi suadebat quod sibi suasisset, aut quia adulator et blandus, id consilium dabat quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster Stoicus, homo egregius et, ut uerbis illum quibus laudari dignus est laudem, uir fortis ac strenuus, uidetur mihi optime illum cohortatus. Sic
6 enim coepit: Noli, mi Marcelline, torqueri, tamquam de re magna deliberes. Non est res magna uiuere: omnes serui tui uiuunt, omnia animalia: magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias: cibus, somnus,

P = *meam sensi voluptatem.* G = *Olim iam non periit.* 𝔄 — *multo* ante *magis.* *quia quantulumcumque* = PR (Arg.b BV Col.) 𝔄𝔈1. — 𝔖. Gwr ϱϱ Pall. 𝔑 — 𝔅 — *quia.* r = *haberem cum plus.* G (cr. ∾) = *tantum cum plus.* w + *quam cum eam viam.* GR ϱϱ (exc. ι) 𝔄𝔑 — 𝔅 = *sumus ingressi.*

4. Arg.b — *Iter — honesta est.* GV = *citra per totum locum.* G (n.) + *honesta non est.* r = *Ubicunque desinas.* 𝔈1. = *Ubic. desinet.* RGw Arg.b ϱϱ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *si bene desines.* V + *bene desinis bona tota est.* r — *et* ante *fortiter.* 𝔄 — *est* post *desinendum.* PGR antiqq. ϱϱ et rell. maior pars P 1. 3. 𝔄𝔑 — 𝔈 1. + *nec et maximae.* G + *nec etiam maximae.* sw𝔈2. — 𝔐a + *nec hae maximae.* Col. = *Nonne et hae maximae.* B — *nec.* rArg.b B P 2. rell. ϱϱ 𝔖 ∾. P = *quam nos tenent.*

5. PRrGw𝔑 — 𝔅 = *quam plures.* B — *conplures.* r = *illi sua debeat.*

Amicus noster Stoicus = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐a. 𝔖 ex ci. = *Attalus noster St.* quia *Attali* frequens est apud Senecam mentio. Sed esse poterat amicus Senecae et Lucilio, quem nomine *Stoici* appellare solerent. w𝔄 — *homo.* sed w mox + *egregius hoc.* V = *vir egregius.*

6. 𝔑 — 𝔅 + *Noli enim.*

libido: per hunc circulum curritur. Mori uelle non tantum pru-
dens aut fortis aut miser, etiam fastidiosus potest. Non opus
erat suasore illi, sed adiutore: serui parere nolebant. Primum 7
detraxit illis metum et indicauit tunc familiam periculum adire,
cum incertum esset an mors domini uoluntaria fuisset: alioquin
tam mali exempli esset occidere dominum quam prohibere. De-
inde ipsum Marcellinum admonuit non esse inhumanum, quem-
admodum coena peracta reliquiae circumstantibus diuiduntur, sic
peracta uita aliquid porrigi his qui totius uitae ministri fuissent.
Erat Marcellinus facilis animi et liberalis, etiam cum de suo
fieret: minutas itaque summulas distribuit flentibus seruis et 8
illos ultro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non san-
guine: triduo abstinuit et in ipso cubiculo poni tabernaculum
iussit. Solium deinde inlatum est in quo diu iacuit et calda
subinde subfusa paulatim defecit, ut aiebat, non sine quadam
uoluptate quam adferre solet lenis dissolutio non inexperta no-
bis quos aliquando liquit animus. In fabellam excessi non in- 9
gratam tibi: exitum enim amici tui cognosces non difficilem
nec miserum. Quamuis enim mortem sibi consciuerit, tamen
mollissime excessit et uitae elapsus est. Sed ne inutilis quidem

B = per hoc periculum curritur. G (m∾) ζ⊃πτ = currunt. Θ = circulum quaeritur.
aut fortis aut miser = PRrGw Arg.bB Nor. Iani 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔖 = et fortis aut miser. Herbip. Iani = prudens aut fortis: miser etiam fastidiosus. Ianus putat coniicere aliquem posse at miser etiam fastidiosus. Sed neque est quod offendamur omissa particula adversativa, et suo quodam iure miser potest componi cum prudenti et forti: nam prudentia interdum suadet mortem, fortitudo provocat: miseriae cogunt ad mortem taedio vitae. r𝔈1. — 𝔖 + sed etiam fastid. contra mstos etiam Nor. Herb. Iani 𝔄𝔑 — 𝔅.
7. R = detraxit illi metum.
𝔐𝔖 = alioqui. 𝔏 — 𝔅1. = tam mali exempli esse. 𝔈2. — 𝔐 = prohibere dominum quam occidere inverso verborum ordine et sententia mutata. rG + circumstantibus servis. P = dividantur.
8. Rr + poni sibi tabernaculum. Rζ⊃πP3. Col. = Dolium deinde illatum est. w = delatum est.
calda = P Mod. Ops. cod. Iur. 𝔖. Idem videbatur restare in P2. Gw Rr𝔄𝔑 — 𝔐a = calida. Rell. n. l.
Arg.b + subfusa aqua. P = ut agebat. Gw𝔄𝔑—𝔊 = levis [𝔈1. = luevis] dissolutio. 𝔑 — 𝔐 + dissolutio animi. G (s∾) B𝔛 = non experta. r = aliquando relinquid animus. PG (m∾) w V = aliquando aliquid animus. Suspicor fuisse deliquit animus.
9. 𝔑 — 𝔅 — tui post amici.
Rr = non miserum. V + sibi ipse consciverit. G (cr. ∾) = m. sibi consenuerit. G = mollissime excepit. mG = m. excellit.
et vitae elapsus est = PG (Arg. bV plerique ρρ P1.4.) 𝔛𝔈1. — 𝔐a (exc. 𝔏4.) RwP3. Col. 𝔑 — 𝔅𝔏4. 𝔖. = et vita el. est. r = et e vita lapsus est. P2. = et e vita el. est. Recc. ρρ nonnulli = et e vita, alii = et vita el. est.

haec fabella fuerit: saepe enim talia exempla necessitas exigit. Saepe debemus mori nec uolumus: morimur nec uolumus. Nemo tam inperitus est, ut nesciat quandoque moriendum: tamen
10 cum prope accessit, tergiuersatur, tremit, plorat. Nonne tibi uidebitur stultissimus omnium qui fleuit, quod ante annos mille non uixerat? Aeque stultus est qui flet, quod post annos mille non uiuet. Haec paria sunt: non eris nec fuisti. Utrumque tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es, quod ut extendas, quousque extendes? Quid fles? quid optas? perdis operam.

Desine fata deum flecti sperare precando.

Rata et fixa sunt et magna atque aeterna necessitate ducuntur.
11 Eo ibis quo omnia eunt. Quid tibi noui est? Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series inuicta et nulla mutabilis ope inligauit ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum sequetur? quantus comitabitur? Fortior, ut opinor, esses, si multa millia tibi commorerentur. Atqui multa millia hominum et animalium hoc ipso momento quo tu mori du-
12 bitas animam uariis generibus emittunt. Tu autem non puta-

R — *haec* ante *fabella.* G(m∾) = *necessitas c o g i t.* 𝔑 — 𝔗 — *morimur nec volumus.*

ut nesciat quandoque moriendum = PGBV antiqq. ρρ P1. 4. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 (𝔅 = *quando.*) rw + *quandoque s i b i moriendum.* sG R(Arg.b recc. ρρ) P2. 3. Col. 𝔈1. — 𝔐a + *s i b i quandoque mor.*

cum prope a c c e s s i t = PB𝔄𝔖. RrGw𝔑 — 𝔐a = *c. p. acces s e r i t.* Rell. n. l.

10. P3. = *Nonne tibi vid e t u r.* G(s∾) = *stul t u s.*

qui f l e v i t = PR Arg.b B fere omnes ρρ P3. 𝔄𝔑 — 𝔅. Gwr (P1. 2. 4. Col.) 𝔈1. — 𝔖 = *qui flev e r i t.*

r — *ante* ante *annos.* R = *annos mille non vix e r i t.* R recc. ρρ nonnulli 𝔑 — 𝔅 = *non eris, n o n fuisti.* Pw = *in hoc punc t o coniectus es.* r = *in hoc punc t o convinctus es.* R(s∾) P3. (cr. ∾) P2. 4. 𝔑 — 𝔅 = *quod n e extendas.* Arg.b = *quod v e l extendas.* G = *quod n e o s tendas.* v nonnullique alii ρρ = *quod ut o s t e n das.* P1. = *quod n o n extend i s quousque extend a s.* w = *quousque a t t e n d a s.* G(s∾) = *extend a s.* 𝔄 — *Quid fles?*

e t magna a t q u e aeterna = mss. 𝔄𝔑 — 𝔈 1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a = *a t q u e magna e t aeterna.*

11. *Quid tibi n o v i est?* = PRr GArg.bBV cod. Iur. 𝔄𝔑—𝔅. w𝔈1. — 𝔖 = *Q. t. no v u m e s t?* ρρ n. l.

R𝔑 — 𝔅 + *matri t u a e.* 𝔄 — *nulla* ante *mutabilis.*

inlig a v i t (*ill.*) = PGrVv pluresque alii ρρ Sb P2. 𝔑 — 𝔗𝔖. P1. 4. = *a l l i gavit.* Rw Col. 𝔄𝔅 — 𝔐a = *illig a t.* BP3. = *a l l igat.*

w = *t a n t u s te populus.* Arg.b P2. 𝔊 = *populus mort u o r u m.* GP1. = *populus m o r i b u s h o r u m seq.* 𝔐 = *populus mor t u o seq.* Sc𝔖 + *populus m o r t u o r u m p r a e c e s s i t! q u a n t u s moriturorum seq.* Rell. etiam tres Ops. Gr. ∾. r + *multa millia h o m i n u m tibi comm.* w(del.) + *n o n commorerentur.* G = *commo r e n tur.* 𝔑 — 𝔗 = *commo r i e n tur.*

R𝔑 — 𝔅 + *e t hominum et animalium.* rw = *emit t e n t.*

bas te aliquando ad id peruenturum ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est. Exempla nunc magnorum uirorum me tibi iudicas relaturum? puerorum referam. Lacon ille memoriae traditur inpubes adhuc qui captus clamabat, *non seruiam,* sua illa Dorica lingua et uerbis fidem inposuit. Ut primum iussus est fungi seruili et contumelioso ministerio, (adferre enim uas obscoenum iubebatur,) inlisum parieti caput rupit. Tam 13
prope libertas est: et seruit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malles quam per inertiam senem fieri? Quid ergo est cur perturberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta nolle te sequi, duceris. Fac tui iuris quod alieni est. Non sumes pueri spiritum, ut dicas, *non seruio?* Infelix, seruis hominibus, seruis rebus, seruis uitae. Nam uita, si moriendi uirtus abest, seruitus est. Ecquid habes propter quod exspectes? 14
Uoluptates ipsas quae te morantur ac retinent consumpsisti: nulla tibi noua est, nulla non iam odiosa ipsa satietate. Quis sit uini, quis mulsi sapor scis: nihil interest centum per uesicam tuam an mille amphorae transeant: saccus es. Quid sapiat ostreum, quid mullus optime nosti: nihil tibi luxuria tua in futuros annos reseruauit intactum. Atqui haec sunt a quibus inuitus diuelleris. Quid est aliud quod tibi eripi doleas?

12. r = *sine exitu inter est.* G = *maiorum virorum.* 𝔅1. 𝔐u — *me* ante *tibi iud. relaturum.* GBV — *Lacon.* mG = *laucus vel laucon.* Apud R hoc nomen est in litura. r + *Lacon puer.* Pr = *inpubis adhuc.* R(lit.) P1. 3. 4. = *impuber adhuc.* 𝔄 = *caput rumpit.*

13. G(m∾) = *Causa proprie libertas est.* 𝔄 = *Tua prope lib. est.* G𝔄 = *Ita non sicut perire.* G = *filium meum.* γδ = *per inertiam senescere.* R = *cur perturbaris.* V = *cum pert.* G𝔑 — 𝔅 = *Puto nolle t.* r + *Fac tui iuris esse.* RsG = *quod alienum est.* Arg.b + *quod et alieni est.* Mod. = *Non sumes pueri spiritum? Dices, non servio.* Rell. omnes ∾. R recc. nonnulli ϸϸ = *non serviam.* R nonnulli ϸϸ = *servis homini.* o = *servis omnibus.*

14. RrG𝔄𝔑 — 𝔊𝔖 = *Et quid habes.* Rell. ∾.

Voluptates ipsas = mss. [V = *ipsae*] 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *ipsas.* 𝔑 — 𝔗 = *retinent sumpsisti.* G = *ipsa societate.* R𝔑 — 𝔅 = *Quis vini, quis mulsi* [𝔑 — 𝔗 = *mulsis*] *est sapor.* r + *quis sit mulsi.* 𝔖 = *Quis sit mulsi, quis vini* ordine contra mstos mutato. Arg.b = *sapor intelligis.* P = *per versicam tuum.* Arg.b + *transeant an duae.*

saccus es = PRK (Arg.b BV) Col. 𝔐 — 𝔖. Gw rell. ϸϸ Pall. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *saccus est*, ut ad ventrem et vesicam referatur, quod non displicet Grutero. r = *factus est.* w𝔑 — 𝔅 = *mulus.* RGB𝔑 — 𝔅 = *intactum servavit.* GArg.b cod. Iur. 𝔄 = *Atque haec sunt a quibus.* Monet Iuretus eundem codicem suum saepius pro *atqui* scribere *atque.*

15 Amicos et patriam? Tanti enim illam putas, ut tardius coenes? Solem quoque, si posses, exstingueres. Quid enim umquam fecisti luce dignum? Confitere non curiae te, non fori, non ipsius rerum naturae desiderio tardiorem ad moriendum fieri: inuitus relinquis macellum in quo nihil reliquisti. Mortem times: at quomodo illam media oblectatione contemnis? Uiuere uis: scis enim? Mori times: quid porro? ista uita non mors
16 est? Caesar, cum illum transeuntem per Latinam uiam unus ex custodiarum agmine demissa usque in pectus uetere barba rogaret mortem: *Nunc enim,* inquit, *uiuis?* Hoc istis respondendum est quibus succursura mors est: *Mori times? nunc enim uiuis?* Sed ego, inquit, uiuere uolo qui multa honeste facio: inuitus relinquo officia uitae quibus fideliter et industrie fungor. Quid? tu nescis unum esse ex uitae officiis et mori?
17 Nullum officium relinquis: non enim certus numerus quem debeas explere finitur. Nulla uita est non breuis: nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris et Statiliae breuis

15. *Amicos et patriam?* = G (s.m.) P4. Col. P2. (s.m.) 𝔄𝔑 — 𝔖. PwGP1. = *Amicus esse patriam?* Cod. Iur. = *Amicos esse patriae?* rArg.b = *Amicos vel patriam?* RP3. = *Amicos an patriam?* οσν = *Amas patriam?* quod probat Sanct. mm𝔈2.𝔈 = *Amicus es patriae.* Hic aliquid vitii adhuc latet. r = *tanti enim illi.* P + *tanti enim in illam.*

solem quoque, si posses = P ci. Lips. (Epist. Quaest. III, 23.) 𝔐 — 𝔖. Steph. (Prood. II, 4.) idem laudat ex quodam vetere ex. Bμνξ K Θτυ𝔄 = *solem quem si posses exstingueres.* rP1. = *post solem quam si p. exst.* G = *post solem que si p. ex.* RwmG Arg.b P2. 3. 4. Col. Ops. 𝔑 — 𝔊 = *solem que si p. ex.* quod fortasse Senecae proprium. cf. Roth ad Tac. Agr. p. 251 sqq. Rell. n. l. P = *Conficere non curiae.* G (s∾) 𝔄𝔑 — 𝔅 — *rerum* ante *natura.* Aberat quoque ab „antiquis libris" Opsopoei: sed fortasse intellexit ille impressos libros.

GB𝔄 = *relinquis Marcellum.*

oblectatione. Pηϑνξστ = *boletatione.* w = *bolecatione.* Probat Sanct. illud atque intelligit „nimiam fungorum comestionem." (cf. Plin. N. H. XXII, 22, 46.) RP3. Col. = *ista vita mors est* om. *non.* Arg.b = *ista vita nisi mors est.*

16. R = *veteri barba.* r = *Nec enim, inquit.* R recc. nonn. ρρ P2. 3. 𝔑 — 𝔅 = *succes sura mors est.* r = *Sed ego inquibus vivere.* R(s∾)𝔊 = *honesta facio.*

et industrie = PGwr nonn. tam recc. quam antiqq. ρρ Ops. P2. 4. Col. mP1. 𝔖. R𝔄 = *cum industria.* P3. 𝔑 — 𝔐a = *et cum industria.* P1. = *industrio* „superpositaeque praeterea duae notulae circumflexae, una supra literam quartam, altera supra penultimam." R = *officiis mori* om. *et.*

17. Pinc. ci. = *Num enim certus.* 𝔊ro — 𝔐a = *quem debebas explere* contra mstos.

Statiliae = 𝔈2. — 𝔖 ex Erm. ci., ut videtur. cf. Plin. N. H. VII, 48. P Arg.b = *Sattiae.* r = *Sattie.* mG = *Saccie.* w = *Saciae.* B = *Satiae.* V = *Sane.* RP3. 𝔈1. = *Sathinae.* Col. = *Satinae.* GP1. = *facie.* P4. = *Sarae.* ρρ promiscue = *Sane, Satiae, Sacciae, Satinae, Fatiae.* 𝔑 — 𝔗 = *Sat-*

est quae inscribi monumento suo iussit annis se nonaginta nouem uixisse. Uides aniculam gloriari senectute longa: quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum inplere? Quomodo fabula, sic uita: non quam diu, sed quam bene acta sit refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas. Quocumque uoles desine: tantum bonam clausulam inpone. Uale.

EPISTULA LXXVIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Uexari te distillationibus crebris ac febriculis quae longas distillationes et in consuetudinem adductas sequuntur eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus ualitudinis, quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adulescentiā iniurias ferre et se aduersus morbos contumaciter gerere: deinde subcubui et eo perductus sum, ut ipse distillarem ad summam maciem deductus. Saepe inpetum cepi abrumpendae uitae: patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitaui enim non quam fortiter ego mori possem, sed quam ille fortiter desiderare non posset.
Itaque imperaui mihi ut uiuerem: aliquando enim et uiuere for- 2
titer facere est. Quae mihi tunc fuerint solatio dicam, si prius hoc dixero haec ipsa quibus adquiescebam medicinae uim habuisse. In remedium cedunt honesta solatia: et quicquid animum erexit etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt: philosophiae acceptum fero, quod surrexi, quod conualui. illi uitam debeo et nihil illi minus debeo. Multum mihi 3

tiem. 𝔙 = *Sattenae.* V = *se* LXXXVIIII. *vixisse.*

Vides aniculam = 𝔐 — 𝔖 ex ci. Mur., ut puto. V𝔈 2. — 𝔊 = *Vides aliquam.* Rell. = *Vides aliquem.* P = *gloriar e.* R + *si ei contigisset.* ιϭ + *Quomodo confert fabula.*

Ep. LXXVIII.

distillationibus = mss. etiam Ss. 𝔄𝔑 — 𝔏 4. 𝔖 hic et alibi. 𝔊ro — 𝔐a = *destillationibus.* wr = *in consuetudines.* Gw = *secuntur.* r = *eo melius mihi est.* V — *est.* wG(m∾) = *inter vitia cont.* R = *iniuriam ferre.*

R = *productus sum.* 𝔊ro — 𝔐a = *destillarem* contra mstos. P4. = *ut impedi stillarem.* rG = *ad summam aciem.* RαβKπ σ:𝔑 — 𝔙 = *impetum feci.* 𝔈 1. = *imp. coepi.* r = *patris mee indulg.* 𝔈 2. — 𝔊 = *patris mei indulg.*

G = *nunquam fortiter.* 𝔑 — 𝔙 — *ego* ante *mori.* V𝔐 = *desiderare me posset.* quod probat Burmann. ad Ovid. R. A. 463.

2. R(lit.) B fere omnes ϱϱ 𝔙𝔈 2. — 𝔊 = *si prius dixerim.* Gw𝔄𝔑 — 𝔗𝔈 1. = *si prius dixeris.* R𝔑 — 𝔙 + *nostra etiam saluti.* w = *saluti profuerunt.* Sb — *et* ante *nihil illi minus.* P — *illi* ante *minus.*

3. Ante *Multum* P unci notam habet, quae sedem quinque fere vel sex litterarum implet. r + *Multum*

contulerunt ad bonam ualitudinem amici quorum adhortationibus,
uigiliis, sermonibus adleuabar. Nihil aeque, Lucili uirorum
optime, aegrum reficit atque adiuuat quam amicorum adfectus.
nihil aeque exspectationem mortis ac metum subripit. Non iu-
dicabam me, cum illos superstites relinquerem, mori: putabam,
inquam, me uicturum non cum illis, sed per illos. non effun-
4 dere spiritum mihi uidebar, sed trahere. Haec mihi dederunt
uoluntatem adiuuandi me et patiendi omne tormentum: alioquin
miserrimum est, cum animum moriendi proieceris, non habere
uiuendi. Ad haec ergo remedia te confer. Medicus tibi quan-
tum ambules, quantum exercearis monstrabit. ne indulgeas
5 otio ad quod uergit iners ualitudo. ut legas clarius et spiritum
cuius iter ac receptaculum laborat exerceas. ut nauiges et ui-
scera molli iactatione concutias. quibus cibis utaris. uinum
quando uirium causa aduoces, quando intermittas, ne inritet et
exasperet tussim. Ego tibi illud praecipio quod non tantum
huius morbi, sed totius uitae remedium est: contemne mortem.
Nihil triste est, cum huius metum effugimus. Tria haec in
omni morbo grauia sunt: metus mortis, dolor corporis, inter-
6 missio uoluptatum. De morte satis dictum est: hoc unum dicam
non morbi hunc esse, sed naturae metum. Multorum mortem
distulit morbus et saluti illis fuit uideri perire. Morieris, non
quia aegrotas, sed quia uiuis. Ista te res et sanatum manet:
cum conualueris, non mortem, sed ualitudinem effugies. Ad

enim. r = *reficit at adiuvat.* Pw = *superstites relinquere.* ℜ — 𝔗 — *videbar.*

sed trahere = PRr Gw Bϱϱ 𝔄ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *sed tradere.* V hic sicut multis huius epistolae locis mancus est. Arg.b n. l.

4. R = *Haec mihi dederant.* RB λ nonnullique alii recc. ϱϱ P3. 𝔄ℜ — 𝔗m𝔄𝔈2. = *vol. ad vivendum et patiendi.* βζ𝔇 = *vol. ad vivendum et patiendum.* 𝔈2. — 𝔖 = *alioqui.* P = *quantum exerceris.* G(cr.∾) r = *nec indulgeas.* Unus Mod. = *et aut legas clarius* et infra *aut naviges.* G (m∾) = *ut legas durius.*

ac receptaculum = Prw 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔖. G = *ad receptaculum.* R (Mod.? Ep. 111. p. 490.) 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *et rec.* Rell. n. l.

5. r = *vinum quod virium causa.* w = *vinum quandoque — quandoque intermittas.* r = *quando intermittes.* ℜ — 𝔅 = *ac exasperet.* G = *ut exasperet.* r = *et usperet* nescio qua auctoritate. Gζ𝔇 = *exasperet cursum.* μνξKΘ = *exasperet. Cursim ego tibi.* V = *et exeundi separet cursum.* w + *Ego tibi vero illud.* P1. = *contemni mortem.* Col. = *contemnere mortem.* RP3. = *dolor morbi interm. vol.*

6. r = *non mori hunc esse.* G (s∾) = *Moveris, non quia aegrotas.* w = *valitudinem effugeris.*

illud nunc proprium incommodum reuertamur. Magnos cruciatus habet morbus. Sed hos tolerabiles interualla faciunt: nam 7
summi doloris intentio inuenit finem. Nemo potest ualde dolere et diu: sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem aut breuem faceret. Maximi dolores in macerrimis consistunt corporis partibus: nerui articulique et quicquid aliud exile est acerrime saeuit, cum in arto uitia concepit. Sed cito hae partes obstupescunt et ipso dolore sensum doloris amittunt: siue quia spiritus naturali prohibitus cursu et mutatus in 8
peius uim suam qua uiget admonetque nos perdit, siue quia corruptus humor, cum desiit habere quo confluat, ipse se elidit et iis quae nimis inpleuit excutit sensum. Sic podagra et chiragra et omnis uertebrarum dolor neruorumque interquiescit, cum illa quae torquebat hebetauit: omnium istorum prima uerminatio uexat, inpetus mora exstinguitur et finis dolendi est obtorpuisse. Dentium, oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, 9
quod inter angusta corporis nascitur, non minus, mehercules, quam capitis ipsius: sed si incitatior est, in alienationem soporemque conuertitur. Hoc itaque solatium uasti doloris est, quod

B = *cruciatus habet mortis.*
7. Rw = *doloris intensio.*
Steph. (ad Dalech. Ep. 36.) ci. + *cito invenit finem.* RGwB fere omnes ƿƿ 𝔄𝔑—𝔈1. = *amicissima nostri.* r + *natura nostra.*
Gw = *obtupescunt.* quod olim me movit, ut coniicerem *obtorpescunt* (cf. §. 8. ex. *obtorpuisse*) vel *obdurescunt.*
8. 𝔄 = *sine quo spiritus.* r = *vim suam quae viget.* ꝏ = *viget animutque nos.* 𝔄 = *cum desit habere,* G + *cum quo confluat.* R = *quo effluat* R—𝔅 = *quo fluat.* Ex recc, ƿƿ nonn. = *quo fluat,* alii = *quo effluat.*
et iis quae nimis = Pr. 𝔑—𝔅 = *in his quae nimis.* GwR 𝔄𝔈1.—𝔖 = *et his quae n.* Rell. n. l. rG = *vertebrorum dolor.* 𝔄𝔑—𝔅 = *et nervorum.* r + *nervorumque tunc interquiescit.* Arg.b ξ = *nervorumque interim quiescit.* 𝔄 = *et nervorum interim quiescit. Sic cum.* P = *et nervorumque interciet scit cum.* G(s∾) = *nervorum intersciet scit cum.* BμΘτ = *nervorumque interficiet, sic cum.* νꝏ = *nervorumque mitescit.* GwBV ƿƿ (exc. τ,λ∾) 𝔑—𝔗 = *hebetabit.* r𝔅 = *hebetat.*
G(s∾) P1. = *primi verminatio.* Rrƿ∷ P2. 3. Col. = *prima germinatio.* P4. = *prima munacio.*
9. R𝔑—𝔅 = *angustissima corporis.* GwR 𝔄𝔑—𝔐a = *mehercule.* 𝔑—𝔗 = *capitis huius.*
sed si incitatior est, in alienationem soporemque conv. = PRrƿƿ P3. Ss. 𝔄𝔑—𝔅𝔖. GwBP1. = *sed incitatior* [P1. cum 𝔅 = *incitator*] *est* ∾ om. *si.* Pinc. = *si incitatior* om. *sed.* P2. = *sed incitatior est, sed alienationem* ∾. Col. 𝔈1. = *sed quo incitatior est, eo citius in alienationem soporemque.* Quintus Gr. (Col. ?) = *saporemque.* 𝔈2.—𝔐a (exc. 𝔈𝔖 = *si inc — quo citius.*) = *sed quo incitatior est, eo citius in al. stuporemque.* Ops. „Mss., inquit, partim *incitatior*, partim *Sed si incitatior*, partim *Sed si incitatior*

necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est quod inperitos in uexatione corporis male habet: non adsueuerunt animo esse contenti, multum illis cum corpore fuit.
10 Ideo uir magnus ač prudens animum deducit a corpore et multum cum meliore ac diuina parte uersatur, cum hac querula et fragili quantum necesse est. Sed molestum est, inquit, carere adsuetis uoluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire. Haec prima abstinentia grauia sunt: deinde cupiditas relanguescit ipsis per se quae cupimus fatigatis ac deficientibus. Inde morosus est stomachus. inde quibus fuit auiditas odium est. desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum carere eo quod cupere
11 desieris. Adice quod nullus non intermittitur dolor aut certe remittitur. Adice quod licet et cauere uenturum et obsistere inminenti remediis: nullus enim non signa praemittit, utique qui ex solito reuertitur. Tolerabilis est morbi patientia, si contempseris id quod extremum minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora et te querelis onerare. Leuis est dolor, si nihil
12 illi opinio adiecerit: contra, si exhortari te coeperis ac dicere, *nihil est*, aut certe, *exiguum est*, *duremus*: iam desinet. leuem illum dum putas facies. Omnia ex opinione suspensa sunt: non ambitio tantum ad illam respicit et luxuria et auaritia: ad opinionem dolemus. Tam miser est quisque quam credidit.

est, in alienationem soporemque convertitur. nulli habent *eo citius.*"

r = *Haec itaque solatium.* r = *si minus senseris.* GP1. = *quod imperitis.* RαβεζιλμΘπυ P3. 𝔄ℜ — 𝔗 = *imperiti — male habent.* P4. = *imperitus — male se habet.* V Col. = *imperitus quisque — male habet.*

10. Cod. Iur. Sb (tac. Oberl.) 𝔖 = *animo esse intenti.* ℜ — 𝔅 = *et prudens.* R nonnulli ρρ Pinc. P3. = *diducit.* P4. = *deducat.*

ac divina = mss. ℜ — 𝔅. 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *et divina.*

et fragili = PBℜ — 𝔅. RrGw 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *ac fragili.* Rell. n. l.

PG = *Sed molestum est, inquid.* ℜ — 𝔐a = *inquis.* rCol. + *abstinere a cibo.* Col. = *sentire esuriem.* w = *Haec prima abstinentiae gravia sunt.*

ipsis per se quae cupimus = mss. 𝔄ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *se* ex ing. Mur. r = *Inde mors est.* R(s∾) = *Inde morsus est.*

quibus fuit aviditas = PRrGw Arg.b B Pall. 𝔄ℜ — 𝔊. V = *in quorum fuit av.* Col. 𝔐 — 𝔖 = *quorum fuit av.* Gw Rρρ Gr. 𝔄𝔗 — 𝔊 + *aviditas cibi.* Vℜ + *aviditas tibi.*

11. r + *Adice nunc.* GwrB — *non* ante *intermittitur.* rwB — *et* ante *cavere.* ℜ — 𝔅 = *cavere futurum.* Cod. Iur. + *imminenti morbo.* 𝔄 = *imminentibus.*

G(cr.∾) = *signa remittit.* 𝔐 = *morbi pruesentia.* r = *tibi ipsa graviora.* ℜ — 𝔅 = *tibi ipsi.* R — *illi* ante *opinio.*

12. GB = *coeperis adicere.* V = *diutius iam desinet.* r = *desinit.* G = *non obitio tantum.* V = *ambitio enim.* G = *ad illos respicit.* B = *ad illa.*

quam credidit = PGw Arg.b

Detrahendas praeteritorum dolorum conquestiones puto et illa
uerba: *Nulli umquam fuit peius. Quos cruciatus, quanta
mala pertuli! nemo me surrecturum putauit. Quotiens de-* 13
*ploratus sum a meis, quotiens a medicis relictus! In ecu-
leum inpositi non sic distrahuntur.* Etiam si sunt uera ista,
transierunt. Quid iuuat praeteritos dolores retractare et mise-
rum esse, quia fueris? Quid, quod nemo non multum malis suis
adicit et sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit retulisse
iucundum est: naturale est mali sui fine gaudere. Circumci-
denda ergo duo sunt et futuri timor et ueteris incommodi memo-
ria: hoc ad me iam non pertinet, illud nondum. In ipsis po- 14
situs difficultatibus dicat:

Forsan et haec olim meminisse iuuabit.

Toto contra illum pugnet animo: uincetur, si cesserit. uincet,
si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerique fa-
ciunt, adtrahunt in se ruinam cui obstandum est. Istud quod
premit, quod inpendet, quod urget, si subducere te coeperis,
sequetur et grauius incumbet: si contra steteris et obniti uolue-
ris, repelletur. Athletae quantum plagarum ore, quantum toto 15
corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriae cupi-
ditate nec tantum, quia pugnant, ista patiuntur, sed ut pugnent:
exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque euincamus omnia quo-
rum praemium non corona nec palma est nec tubicen praedicatio-
ni nominis nostri silentium faciens, sed uirtus et firmitas animi et
pax in ceterum parta, si semel in aliquo certamine debellata for-

BVρρ (exc. εηι) P1. 3. 4. Col. 𝔛ℜ—𝔊𝔖. Rr εηι P2. 𝔐—𝔐a = *quam credit.* r = *Detrahendum praeteritorum dolorum cum questionibus.* B = *Detrahuntur.* G (cr.∾) P1. = *Detrahenda sunt.* w = *praet. malorum.* P1. 4. = *et questiones.* P2. = *questiones.* Steph. (Prood. I, 2.) ci. = *puta* pro *puto.* rG(cr.∾) = *resurrecturum.* G = *putaverit.*

13. R = *In eculeo positi.* G Arg.b V𝔛 = *non sic detrahuntur.* R + *quia iam fueris.* G = *Quidquid vero nemo.* G(m∾) = *adiceret sibi ipse.* Rℜ—𝔅 = *sibi ipsi.* sw = *l' concidenda ergo duo sunt.* ℜ—𝔅 = *id nondum.*

14. ℜ—𝔗 = *forsitan et haec olim.* ανɔ = *repugnet animo.* 𝔛 = *pugnat.* R = *cui obsistendum est.* w = *cui optandum est.* R𝔛ℜ—𝔅 = *illud quod premit.* Rw = *impedit.* Bℜ—ℭ1. = *impendit.*

15. ανɔ = *sed ut impugnent.* Rr recc. ρρ ℜ—𝔅 = *exercitatio ista.* w = *quorum primum* et — *est* post *palma.* ℜ—𝔗 = *tibicen.* G(m∾) = *tibi ẽe praedicationi.* w = *praedicatio.* 𝔛 = *praedicationis.* αβπ ℜ—𝔅 = *in caelum parta.* ι = *imposterum parta.* ζ = *in aeternum parta.*

16 tuna est. Dolorem grauem sentio. Quid ergo? non sentis, si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti et auerso. Sed graue est. Quid? nos ad hoc fortes sumus, ut leuia portemus? Utrum uis longum esse morbum an concitatum et breuem? Si longus est, habet intercapedinem, dat refectioni locum, multum temporis donat, necesse est ut
17 exsurgat et desinat. Breuis morbus ac praeceps alterutrum faciet: aut exstinguetur aut exstinguet. Quid autem interest non sit an non sim? in utroque finis dolendi est. Illud quoque proderit ad alias cogitationes auertere animum et a dolore discedere. Cogita quid honeste, quid fortiter feceris. bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea quae maxime miratus es sparge. Tunc tibi fortissimus quisque et uictor doloris occurrat: ille qui, dum uarices exsecandas praeberet, legere librum perseuerauit.
18 ille qui non desiit ridere, cum hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis suae experirentur. Non uincetur dolor ratione qui uictus est risu? Quicquid uis nunc licet dicas, distillationes et uim continuae tussis egerentem uiscerum partes et febrem praecordia ipsa torrentem et sitim et artus in diuersum articulis excuntibus tortos: plus est flamma et eculeus et lamina

16. *Quid ergo? non sentis* = PRrGw Arg.b B ρρ Pall. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅 𝔊𝔯𝔬 𝔖. Col. 𝔈1. — 𝔐𝔞 (exc. 𝔊𝔯𝔬) = *Quidni sentius.* r = *Quemadmodum pernicior.* r = *cedenti ex adverso.* w = *cedenti quam adverso.* G(n.) R(n.) 𝔑 — 𝔅 = *ced. et adverso.*

concitatum = wmGPr.d (minor pars ρρ) 𝔈2. — 𝔐𝔞. PrG Arg.b Pr.b P1. 2. 𝔑 — 𝔗 = *cogitatum.* quod facile ex illo poterat fieri, siquidem erat scriptum CŌCITATUM. Iam vero qui *cogitatum* emendare voluerunt, ad *brevem* respicientes posuerunt *coartatum* (*coarct.*) = RB maior pars ρρ praecipue recc. P3. 4. Col. Sc 𝔄𝔅𝔈1. 𝔖. r = *donet necesse est.* r Arg.b + *et ut exsurgat.* Matth. ci. = *et exsurgat, ut desinat.* R𝔄 = *et deficiat.*

17. 𝔑 — 𝔅 = *et praeceps.* r recc. ρρ = *interest an sit, an non sim.* B = *aut non sim.* Pr — *in* ante *utroque.* R(n.) rB recc. ρρ 𝔑 — 𝔅 = *ad vertere unimum.* R — *ipse* ante *tracta.* R + *memoriam iam.* Arg.b = *memoria mea quae max.* P = *memoria in aeque max.* G(m∾) = *maxime irutus es.* Ed. Tauchn. = *Nunc tibi fort. q.* R = *perseveraverit.* G(m∾) = *persuaserit.*

18. sR(r. m.) VP3. 𝔐𝔍𝔲 + *cum ob hoc ipsum.* 𝔏4. = *cum ob ipsum.* Mod. ci. 𝔐 = *m iruti tortores.* B𝔄 = *tortoris.*

crudelitatis suae = PGw Rr B 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 — *suae.* Rell. n. l. Pron. non supervacaneum est; nam respicit ad *irati.* Pw = *non licet dicas.* ν = *Quicquid vis dicas, non licet oblivisci.* α𝔑 — 𝔗 = *Quicquid vis non oblivisci licet dicas.* οσ = *Quicquid vis oblivisci non licet dicas.*

w = *assiduae tussis.* 𝔅1. 𝔑𝔲 = *in diversam articulis.* r + *sed plus est flamma.*

et uolneribus ipsis intumescentibus quod illa renouaret et altius
urgeret inpressum. Inter haec tamen aliquis non gemuit: pa- 19
rum est. non rogauit: parum est. non respondit: parum est.
risit et quidem ex animo. Uis tu post haec dolorem deridere?
Sed nihil, inquit, agere sinit morbus qui me omnibus abduxit
officiis. Corpus tuum ualitudo tenet: num et animum? Itaque
cursoris moratur pedes, sutoris aut fabri manus inpediet. Si
animus tibi esse in usu solet, suadebis, docebis, audies, disces,
quaeres, recordaberis. Quid porro? nihil agere te credis, si 20
temperans aeger sis? Ostendes morbum posse superari uel certe
sustineri. Est, mihi crede, uirtuti etiam in lectulo locus. Non
tantum arma et acies dant argumenta alacris animi indomitique
terroribus: et in uestimentis uir fortis adparet. Habes quod
agas: bene luctare cum morbo: si nihil te coegerit, si nihil exo-
rauerit, insigne prodis exemplum. O quam magna erat gloriae
materia, si spectaremur aegri! Ipse te specta, ipse te lauda.
Praeterea duo sunt genera uoluptatum: corporales morbus in- 21
hibet, non tamen tollit. immo, si uerum aestimes, incitat: ma-
gis iuuat bibere sitientem. gratior est esurienti cibus. quicquid
ex abstinentia contigit auidius excipitur. Illas uero animi uo-
luptates quae maiores certioresque sunt nemo medicus aegro ne-

𝔛 = *quod illa remaneret.* V = *urgeret impressa.* ϰ + *impressum instrumentum.* 𝔖 + [*ferrum*] *inpressum.* quod intelligendum esse Lips. dixerat.

19. r cod. Iur. = *aliquis ingemuit.* R — *non rogavit: parum est.* Rr nonn. recc. ϼϼ 𝔑—𝔅 = *Sed nihil, inquis.* σ = *corpus tantum valitudo.* w = *corpus cum valit.* Ex. Fac. et Prim. = *corpus cum valide tenet.* Alii Pinc — *tuum.* P = *valitudo te nec non et animum.*

num et animum? = rP2. 𝔛. G w𝔷ϰλ 𝔈1. — 𝔐a = *non animum* om. *et.* Rell. = *non et animum.* Cum in optimo quoque librorum *et* exstaret, aptius et Senecae familiarius videbatur *num.* (De *num* et *non* confusis vid. Drkb. ad Liv. V, 51, 7. al.) 𝔛𝔈1. 2. = *morantur pedes.* Matth. ci. = *morabitur pedes.*

aut fabri = mss. (exc. w) 𝔑 — 𝔅. w = *autem fabri.* 𝔛𝔈1. — 𝔖 = *ac fabri.* rGϼϼ 𝔑 — 𝔈1. = *audies, dices.*

20. w = *sed temperans.* 𝔛 + *Ostendes mihi morbum.* G = *Est mihi certe.* 𝔛 — *etiam* post *virtuti.* 𝔑 — 𝔗 = *indomitique tortoribus.* mσ = *et in tormentis vir fortis.* rγδξ = *exoraveris.* RP3. = *exorbitaverit.* Nonn. recc. ϼϼ = *exhortaverit.* P2. = *exortaverit.* 𝔛 = *perdis exemplum.* GγδK P1. 4. 𝔈𝔖 = *O quam magna erit.* ιP2. = *O quam magna esset.* V — O. P = *expectaremur.* PGw Arg.b BV antiqq. ϼϼ = *te expecta.*

21. r + *unum corporales.* Bμ nonn. alii ex recc. ϼϼ 𝔑 — 𝔗 + *Alterum corporales.* RP3. = *morbi inhibent — tollunt — incitant.* rArg.b 𝔛𝔑 — 𝔅 = *morbos.*

Arg.b = *esurientibus* et — *ex* ante *abstinentia.* RG Gr. 𝔛𝔑 — 𝔈1. 24. = *contingit.* 𝔅1. — 𝔐a — *animi* ante *voluptates.*

gat: has quisquis sequitur et bene intellegit omnia sensuum blan-
22 dimenta contemnit. O infelicem aegrum! Quare? quia non ui-
no niuem diluit. quia non rigorem potionis suae quam capaci
scypho miscuit renouat fracta insuper glacie. quia non ostrea
illi Lucrina in ipsa mensa aperiuntur. quia non circa coenatio-
nem eius tumultus coquorum est ipsos cum obsoniis focos trans-
ferentium. Hoc enim iam luxuria commenta est: ne quis inte-
pescat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferueat, coenam
23 culina prosequitur. O infelicem aegrum! Edet quantum conco-
quat. non iacebit in conspectu aper ut uilis caro a mensa rele-
gatus. nec in repositorio eius pectora auium (totas enim uidere
fastidium est) congesta ponentur. Quid tibi mali factum est?
coenabis tamquam aeger, immo aliquando tamquam sanus. Sed
omnia ista facile perferemus, sorbitionem, aquam calidam et
quicquid aliud intolerabile uidetur delicatis et luxu fluentibus ma-
gisque animo quam corpore morbidis: tantum mortem desinamus
24 horrere. Desinemus autem, si fines bonorum ac malorum cogno-
uerimus: ita demum nec uita taedio erit nec mors timori. Uitam
enim occupare satietas sui non potest tot res uarias, magnas, di-
uinas percensentem: in odium illam sui adducere solet iners otium.
Rerum naturam peragranti numquam in fastidium ueritas ueniet:
falsa satiabunt. Rursus si mors accedit et uocat, licet inmatura
sit, licet mediam praecidat aetatem, perceptus longissime fru-

G = *sensum blandimenta.* w antiqq. ρρ = *sensim bl.* ℜ — 𝔗 = *sensive bl.* mν = *sensim tormenta.*

22. r + *O inquid infelicem.* V = *At infelicem.* R(s∾) G(s∾) = *O felicem.* ℜ — 𝔗 = *capucem scypho.* β = *capaci cibo.*

r + *nec renovat fracta.* Θ = *facta insuper.* B = *sacrata insuper.* G(m∾) = *in superficie glacie.* G(s∾) 𝔅 = *ostrea illi lucerna.* ℜ — 𝔗 = *luctiva.* 𝔄 = *circa renovationem.* R — *iam* ante *luxuria.* γδ = *luxuriae commentum est.* r = *ne quis tam contepescat.* w Arg.b + *ne quis iam intep.* 𝔄 = *ut quis intep.* γδ = *palato iam guloso.*

PG antiqq. ρρ omnes et plerique recc. = *parum fuerat.* Arg.b = *parum fuerit.* ℜ — 𝔅 = *culina sequitur.*

23. r = *edat quantum.* w = *concocat.* ℜ — 𝔅 = *coquat.* G (s∾) Arg.b 𝔄 = *a mensa religatus.* mδ = *ansa religutus.* GB antiqq. ρρ = *in repositoria.* G *coniecta ponentur.* w = *aliquando ut sanus.* G = *facile preferemus.* sG = *proferemus.* ℜ — 𝔅 + *et aquam calidam.*

24. G = *aut malorum.* Arg.b = *et non vita.* r = *magnas divitias.* α = *divinas praecedentem.* β = *divinas praetissentem praecogitantem.*

R = *nonnumquam in fastidium.*

PGwr = *satiabuntur.* P = *sit tempore.* ν = *scit tempora honesti non crescere.* B — *crescere.*

r — *et* ante *vocat.* G(m∾) = *in natura licet sit.* Arg.b = *licet non natura sit.*

ctus est: cognita est illi ex magna parte natura. scit tempore honesta non crescere. His necesse est uideri omnem uitam breuem qui illam uoluptatibus uanis et ideo infinitis metiuntur. His te cogitationibus recrea et interim epistulis nostris uacando. Ueniet aliquod tempus quod nos iterum iungat ac misceat: quantumlibet sit illud, longum faciet scientia utendi. Nam, ut Posidonius ait, *unus dies hominum eruditorum plus patet quam inperitis longissima aetas.* Interim hoc tene, hoc morde: aduersis non succumbere, laetis non credere, omnem fortunae licentiam in oculis habere, tamquam quicquid potest facere factura sit. Quicquid exspectatum est diu leuius accedit. Uale.

EPISTULA LXXIX.

Seneca Lucilio suo salutem.

Exspecto epistulas tuas quibus indices mihi circumitus Siciliae totius quid tibi noui ostenderit et omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam saxum esse et quidem non terribile nauigantibus optime scio. Charybdis an respondeat fabulis perscribi mihi desidero. Et, si forte obseruaueris, (dignum est autem quod obserues,) fac nos certiores utrum uno tantum uento agatur in uortices an omnis tempestas aeque mare illud contor-

𝔄 = *His necesse est videre.* P = *quid illam voluptatibus.* G(n.) Arg.b = *infinitis mentiuntur.*

25. G = *His te cognitionibus.* rw nonnulli ϱϱ plerique Ss. 𝔄𝔖 = *quantulum libet* (w p. m. = *licet*). Nonn. ϱϱ = *quantulumcumque libet.* Nonn. ϱϱ P2. 4. quidam Pinc. = *quantum licet, si illud.* 𝔄 = *sic illud.* ℜ—𝔅 = *longum faciat.* ẇ = *sententia utendi.* Antiqq. ϱϱ = *scientia audendi.* GB nonn. ϱϱ *scientia audiendi.* Arg.b = *hominum eruditoris.* ℜ—𝔅—*hominum.*

inperitis = PBArg.b V𝔄𝔖. rG P1. 2. 4. Col. ℜ—𝔅 = *imperitorum.* wR𝔄𝔈1.—𝔐a = *imperiti.* Rell. n. l.

Interim hoc tene, hoc morde = mss. etiam Gr. 𝔄ℜ—𝔊ℜu—𝔖. 𝔐—𝔅1. = *Int. tene hoc mordicus.* ℜ—𝔅—*facere.* λP3. ci. Matth. = *levius accidit.*

Ep. LXXIX.

RrGw Arg.b Vϱϱ 𝔄ℜ—𝔈1. = *circuitus.* Sed P𝔈2. — 𝔖 ∾. Rell. n. l. Quidam Erm. (𝔗?) ℜ—𝔅 + *Scyllam quidem saxum esse.* Nonn. ϱϱ R = *Scyllam quidem saxum esse terribile.* Vβζικλξοπσ P3. 4. m𝔈2. 𝔈𝔊 — *non* ante *terribile.* Col. — *et* atque — *non.* Erm. ci. = *Scyllam quidem saxum esse, sed equiti terribile, non navigantibus.* P. Faber (Semestr. I., 14.) ci. = *modo terribile.* Grut. ci. = *omnino terribile.*

quod observes = mss. etiam Gr. Ops. Ss. 𝔄ℜ—𝔈1. 𝔖. 𝔈2.—𝔐a = *ut observes.* GwB𝔄ℜ—𝔅 = *vertices.* 𝔊 = *utrum non tantum vento.* PGwRrV Gr. 𝔄ℜ—𝔈1. = *atque mare.* βξ = *atque flatus mare.* Arg.b 𝔄𝔅𝔍u = *illud*

queat, et an uerum sit quicquid illo freti turbine adreptum est per multa milia trahi conditum et circa Tauromenitanum litus
2 emergere. Si haec mihi perscripseris, tunc tibi audebo mandare ut in honorem meum Aetnam quoque adscendas quam consumi et sensim subsidere ex hoc colligunt quidam, quod aliquando longius nauigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo descendit, sed quia ignis euanuit et minus uehemens ac largus effertur, ob eamdem causam fumo quo-
3 que per diem segnior. Neutrum autem incredibile est nec montem qui deuoretur cotidie minui nec ignem non manere eumdem qui non ipse ex se est, sed in aliqua inferna ualle conceptus exaestuat et aliis pascitur, in ipso monte non alimentum habet, sed uiam. In Lycia regio notissima est, Hephaestion incolae uocant, foratum pluribus locis solum quod sine ullo nascentium
4 damno ignis innoxius circumit. Laeta itaque regio est et her-

torqueat. RmGB maior pars ρρ P3. Col. 𝔑 — 𝔅 = *illo fero* [𝔑 = *ferro*] *turbine.* P = *illo feritur bine.* w = *illo fieri turbine.* G(m∾) quidam Pinc. P1. 2. — *freti.* P = *per multa militia.* Rw = *Tauromi nitanum.* r = *Tauromontanum.* V = *Taurometanum luctus.*

2. 𝔑—𝔅 = *Si hoc.* 𝔄 = *scripseris.*

colligunt quidam = mss. (exc. Gw P1.) etiam Gr. Ops. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. Gw P1. 𝔐 — 𝔐a — *quidam.* PRwsG (antiqq. ρρ) P3. 𝔐 — 𝔅1. = *aliquanto longius.* 𝔑 — 𝔅 — *longius.* 𝔑 = *soleat.* 𝔗 = *solet.* G + *Potest tamen.*

descendit = mss. etiam Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *desedit.* wB 𝔄𝔑—𝔅 = *nimis vehemens.* Mod. ci. = *ac largus effervit.* w = *fumum quoque.* R P3. = *fumus quoque.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅1. = *segniore.* quod probat Matth.

3. G (cr.∾) 𝔄 = *devoraretur.* RrG Arg.b B P1. 2. 3. 𝔄𝔑 — 𝔅 — *ignem non.* ρρ (exc. ζϰ) — *ignem.* Quidam Erm. — *non.* P4. = *nec ignem nec manere eundem.* P = *qui non ipsum exe est.* Arg.b = *qui non ipsum ex se est.* ζ𝔅 = *quia non ipse ex se est.* GwR P3. 𝔑 — 𝔗 = *quia non ipsum ex se est.* rξ P2. = *quia non ipsum ignem ex se esse.* B = *quia non ipsum ex sese.* P4. = *quia ipsum non ex se esse.* V Col. = *quia non ex se ipso eum esse credendum est.* P1. = *quia non ipse ex esse.* Rell. ρρ = *quia non ipsum ex se esse* vel *est.* 𝔄 = *quia ipsum ex-esse.* Nonn. ρρ = *infera valle.* 𝔑 = *extuat* i. e. *aestuat* = R(s∾) 𝔗. 𝔄 — *et aliis pascitur.* 𝔐 — 𝔅1. = *et alibi pascitur.* Bβεζθπτ mCol. 𝔄𝔑—𝔅 = *et alias pascitur.*

Hephaestion = 𝔐a 𝔖. PRrGw 𝔄𝔑 — 𝔑u = *Ephestion.* Sed vid. Plin. N. H. V, 27. Beckm. ad Arist. Mir. Ausc. 139. p. 283. Mannert Geogr. VI. 3. p. 181.

foratum = PrGBV antiqq. ρρ et rell. maior pars Sbc Pr. bd P1. 2. 𝔄𝔈 1. 2. 𝔖. sGRw quidam Pinc. (P3. 4. Col.) 𝔑 — 𝔅𝔈 — 𝔐a = *perforatum.* Pro *nascentium* Burm. (vid. ad Ovid. A. A. III, 25.) ci. = *pascentium:* sed edoctus a Cupero illud ipse defendit.

circumit = Pλν𝔖. GwRr 𝔄𝔑 — 𝔐a = *circuit.* Rell. n. l.

bida nil flammis adurentibus, sed tantum ui remissa ac languida refulgentibus. Sed reseruemus ista tunc quaesituri, cum tu mihi scripseris quantum ab ipso ore montis niues absint quas ne aestas quidem soluit: adeo tutae sunt ab igne uicino. Non est autem quod istam curam inputes mihi: morbo enim tuo daturus eras, etiam si nemo mandaret tibi, donec Aetnam describas in tuo carmine et hunc sollemnem omnibus poetis locum adtingas: quem quo minus Ouidius tractaret, nihil obstitit quod iam Uergilius inpleuerat: ne Seuerum quidem Cornelium uterque deterruit. Omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit: et qui praecesserant non praeripuisse mihi uidentur quae dici poterant, sed aperuisse. Sed multum interest utrum ad consumptam materiam an ad subactam accedas: crescit in dies et inuenturis inuenta

4. Rw = *nihil flammis.* P = *adulentibus.* G = *nec aestas quidem.* Recc. ρρ nonn. = *ne aestus quidem.* r = *ab igne intimo.*

rArg.b plerique ρρ Erfurt. P3. 𝔈1. — 𝔊 + *etiamsi nemo quid mandaret tibi.* P2. + *etiamsi nemo mandaret tibi quid.* w + *etiamsi nemo qui manduret tibi.* 𝔅𝔖 + *etiamsi nemo quidem mandaret tibi.* GP1. = *etiamsi nemo* [mG inserit *dubit*] *quod* [P1. = *quid*] *manducare tibi.* BαϡχμνΚΘτ Col. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *etiamsi nemo dabit quid manducare tibi.* P4. („destituitur fere vocibus tredecim") = *ab igne vicino. Et etium si nemo dabit quid manducatione tibi.* PR𝔐 — 𝔐a ∾.

donec Aetnam describas in tuo carmine et [G = *nec.* Arg.b B P4. Col. = *ne*] *hunc sollemnem omnibus poetis locum* [G. Arg.b = *longum*] *adtingas* = PwG Arg.b B P4. Col. 𝔈1. — 𝔐a. 𝔄𝔑—𝔗 = ∾ *ne hunc* ∾. P1. = ∾ *nec tunc sol.* ∾. Rrβεζλπ P3. = *Nec* [RP3. = *Ne*] *pudor obstet Aetnam describi* [r + *in*] *tuo carmine, dum* [rεζ = *Ne*] *hunc sol.* ι + *donec Ethnam describas nec pudor obstet describi in tuo carmine* ∾. P2. = *nec pudor obstat Acthnam describi* ∾. 𝔅 = *pudor obstet aetnam describi tuo carmine, dum hunc* ∾. 𝔖 + *donec Aetnam describas in tuo carmine, nec pudor obstet, ne et* [*et* postea deletum voluit Sw.] *hunc* ∾. Etsi hunc locum, qualem edidi, sanum esse non affirmaverim, tamen certissime habeo persuasum illa *nec pudor obstet*, quae necessaria videntur Swo, librariis deberi: quippe absunt a plerisque libris et optimis, in ceteris sane non suo loco leguntur. Rubenius ci. = *mandaret. Quid tibi do, ne Aetnam describas.* quam felicissimam coniecturam Gron. appellat. Censor ed. Ruhk. (Suppl. Diar. Litt. Hal. a. 1806. n. 52. p. 413.) vbb. *morbo enim — mandaret tibi* uncis includit et pro *donec* scribit *ut*. Iul. Held (in *Additam. ad litt. rom. hist. Suidn.* a. 1839. p. 4.) sic emendat hunc locum: *manduret tibi. Ideo fac Aetnam describas.*

5. r = *quam quo minus.* w = *quem cominus.* G = *tractaret, nisi tibi obsistit.* V = *Virg. compleverat.* Rw = *nec Severum q.* P3. = *omnibus postea.*

𝔑 — 𝔗 = *is locus.* 𝔅 = *is locutus.* G = *hic locus sedebit.*

w = *non praerupisse mihi.* rG (s∾) — *ad* ante *subactam.* r + *crescit in scientia dies.* Rβιλοπσ P3. Col. 𝔄 + *crescit indies scientia.* Rβιλοπσ P3. mCol. = *inveniendis inventa.* r = *inventuris investigata.*

6 non obstant. Praeterea condicio optima est ultimi: parata uer-
ba inuenit quae aliter instructa nouam faciem habent. nec illis
manus inicit tamquam alienis: sunt enim publica, iurisconsulti
negant quicquam publicum usucapi. Aut ego te non noui aut
Aetna tibi saliuam mouet. Iam cupis grande aliquid et par prio-
ribus scribere. Plus enim sperare modestia tibi tua non permit-
tit. quae tanta in te est, ut uidearis mihi retracturus ingenii tui
uires, si uincendi periculum sit: tanta tibi priorum reuerentia
7 est. Inter cetera hoc habet boni sapientia: nemo ab altero
potest uinci, nisi dum adscenditur. cum ad summum perueneris,
paria sunt. non est incremento locus: statur. Numquid sol ma-
gnitudini suae adicit? numquid ultra quam solet luna procedit?
maria non crescunt. mundus eumdem habitum ac modum ser-
uat. Extollere se quae iustam magnitudinem inpleuere non pos-
8 sunt. Quicumque fuerint sapientes pares erunt et aequales. ha-
bebit unusquisque ex his proprias dotes: alius erit affabilior,
alius expeditior, alius promptior in eloquendo, alius facundior:
illud de quo agitur, quod beatum facit, aequale in omnibus. An
Aetna tua possit sublabi et in se ruere, an hoc excelsum cacu-
men et conspicuum per uasti maris spatia detrahat adsidua uis
ignium, nescio: uirtutem non flamma, non ruina inferius addu-
9 cet. Haec una maiestas deprimi nescit. nec proferri ultra nec
referri potest. Sic huius ut coelestium statuta magnitudo est.

6. w = *condicio inventa est* [s *ultimi*]. *Parata*. Steph. (Prood. II, 11.) ci. = *aliter structa*. R = *manus iniciit tamquam in alienis*. G = *manus mittit tamq*. B𝔄 = *publica iurisconsulta*. rιμο P2. 𝔈 1. 2. = *retractaturus*. w = *tanta mihi priorum*. V = *non vincendi per*. 𝔄 = *vivendi periculum*.

7. RBαβεζικλμΘπτ P3. 4. Col. 𝔄𝔐 — 𝔅 + *sapientia; non potest vinci. nemo ab altero*. P = *ab altera*. rP = *nisi dum incenditur*. Grut. ci. = *inscenditur*. *cum ad summum perv*. = 𝔑u — 𝔖 ex em. Gron. Mss. 𝔄𝔐 — 𝔅 1. = *dum ad s*. r = *ad summam*. 𝔄 = *locus status*. βδι = *locus statutus*. G = *maria non crescent*. V = *ac comodum servat*. 𝔄 = *Excellere se quae iustam*. P = *quae iuxta magnitudinem inplere non possunt*. Etiam G(s∾) = *implere*.

8. w = *quicumque fuerunt*. 𝔑 — 𝔗 — *ex his* post *unusquisque*. B𝔄 = *effabilior*. Arg.b + *alius erit expeditior*. r = *aequale omnibus est*. Perpauci ρρ 𝔄𝔑 — 𝔊 + *aequale est in omnibus*. 𝔐 — 𝔖 + *aequale erit in omnibus*. Rell. mss. nec *est* habent nec *erit*: tantum in R rec. m. *est* adiecit. G = *Aut Aetna*. P = *cacumen per conspicuum*. w = *cacumen et proconspicuum*. Pinc. ci. 𝔐 = *deterat assidua vis*. w = *vis omnium*. cr. = *hominum*. w = *non flamma sed ruina*. P = *ferius adducet*. wArg.b = *serius adducet*. Pinc. v. l. P2. 𝔈𝔊 = *abducet*.

9. *statuta magnitudo* = mss. (exc. rδνξυ) etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖.

Ad hanc nos conemur educere. Iam multum operis effecti est: immo, si uerum fateri uolo, non multum. Nec enim bonitas est pessimis esse meliorem. Quis oculis glorietur qui suspicetur diem, cui sol per caliginem splendet? Licet contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono lucis. Tunc animus 10
noster habebit quod gratuletur sibi, cum emissus his tenebris in quibus uolutatur non tenui uisu clara prospexerit, sed totum diem admiserit et coelo redditus suo fuerit, cum receperit locum quem occupauit sorte nascendi. Sursum illum uocant initia sua. Erit autem illic etiam antequam hac custodia exsoluatur, cum uitia disiecerit purusque ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. Hoc nos agere, Lucili carissime, in hoc ire inpetu toto, licet pauci sciant, licet nemo, iuuat. Gloria umbra uirtutis 11
est: etiam inuitos comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando a tergo est: ita gloria aliquando ante

r𝔅 = *statura magn.* δνυ𝔈1. — 𝔐a = *stata magn.* ξ = *strata magn.* 𝔄 = *nos continue educere.*

operis effecti = PrG P1. 2. Col. tres Ops. 𝔄𝔖. Rw P3. 4. 𝔑 — 𝔐a = *operis effectum est.* G(n.) + *non multum operis.* r = *Non enim bonitas.* απ = *Quis oculus glorietur.* γδ = *Quidni oculis gravetur.* V — *oculis* et — *qui suspicetur — bono lucis.*

qui suspicetur diem cui = PRr Arg.b γηλξπτ Mod. P3. 4. Col. 𝔄𝔈1. 𝔑u — 𝔖. Gw B rell. ρρ tres Ops. P1. 2. 𝔑 — 𝔅 = *quis suspicetur.* κ = *dum sol.* 𝔈2. — 𝔅1. = *qui suspicentur, quibus.* Exspectaveris *splendeat:* sed nihil mutant libri.

10. R = *habet quod.* R = *missis tenebris.* G(cr.∾) w𝔄 = *emissis.* Arg.b — *in* ante *quibus volutatur.* 𝔄 — *clara.* 𝔏2. 𝔊ro 𝔑u 𝔐a = *prospexit.* R — *diem.* r = *amiserit.* r = *reditus.* G(s∾) = *cum acceperit.* Arg.b = *cum recepit.* 𝔄 = *cum ceperit.*

γ = *quem occuparat.* G = *Sursum vocavit illum.* G(m∾) = *Heret autem illuc.* 𝔇κ = *Haeret autem illic.* 𝔄 — *etiam.* w = *antequam custodia absolvatur.* 𝔄 = *solvatur.* G(m∾) = *convicia disierit purusque.* αγδ𝔇ικο = *cum vitia deserit.* εσ 𝔈1. — 𝔅1. + *Hoc nos oportet agere.* 𝔑u 𝔐a = *impetu toto licet; pauci sciant.* r = *impetu toto decet. pauci sciant.* P2. + *toto impetu decet, licet pauci.* w — *toto, licet.* V = *Hoc nos agere, Luc. car., notum sit, in hoc ire impetu tuo.*

licet nemo, iuvat = PGw ρρ („perpauci videntur legere *vivat*") P3. Sb𝔖. RrBP1. 2. 4. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *licet nemo vivat.* Col. = *licet nemo. Vivat. Gloria.* V = *licet nemo viveret.* mm𝔈2. 𝔊𝔐 — 𝔐a = *licet nemo videat.*

11. *invitos comitabitur* = Pr𝔈1. — 𝔐a. RGwBV rell. ρρ 𝔄𝔖 = *invita* [R all. = *in vita*] *comitabitur.* Arg.b = *invitam comit.* quae scriptura praeter ceteras placet. 𝔅 = *in vitam comutabitur.* 𝔑 — 𝔗 = *in vita commutabitur.* Etiam G = *commutabitur.*

aliquando a tergo est = w. PRr B ρρ 𝔑 — 𝔊𝔖 + *aliquando sequitur vel a tergo est.* G = *aliquando sequitur. Velata ergo est gloria. Ita aliquando ante nos est visendaque se probet.* 𝔄 = *al. sequitur pelago est.* 𝔐 — 𝔐a = *aliquando sequitur: ita gloria.* Vb. *sequitur* olim a li-

nos est uisendamque se praebet, aliquando in auerso est maiorque quo serior, ubi inuidia secessit. Quamdiu uidebatur furere Democritus? Uix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem
12 ciuitas ignorauit? respuit nec intellexit, nisi cum perdidit. Rutilii innocentia ac uirtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum uiolatur, effulsit. Numquid non sorti suae gratias egit et exilium suum conplexus est? De his loquor quos illustrauit fortuna, dum uexat. Quam multorum profectus in notitiam euasere post ipsos? quam multos fama non excepit, sed eruit? Uides Epicurum quem tanto opere non tantum eruditiores, sed haec quoque inperitorum turba miretur? Hic ignotus ipsis Athenis fuit circa
13 quas delituerat. Multis itaque iam annis Metrodoro suo superstes in quadam epistula, cum amicitiam suam et Metrodori grata commemoratione cecinisset, hoc nouissime adiecit: *Nihil sibi et Metrodoro inter bona tanta nocuisse, quod ipsos illa nobilis Graecia non ignotos solum habuisset, sed paene inauditos.* Numquid ergo non postea quam esse desierat inuentus
14 est? numquid non opinio eius enituit? Hoc Metrodorus quoque in quadam epistula confitetur *se et Epicurum non satis enituisse: sed post se et Epicurum magnum paratumque nomen habituros apud eos qui uoluissent per eadem ire uestigia.*

brario impositum est dictioni non ita vulgatae: mox adiecta *vel* particula simul in contextum est receptum. 𝔄 = *visendaque praebet.* RrGwBV ρρ ℜ — 𝔅 = *in adverso est.* γδ𝔇ιτ = *quo securior ubi.* ν = *quo inferior ubi.* ℜ — 𝔅 = *secesserit.* r + *ita vix recepit.* r = *Socraten.* α = *Socratis famam.* P3. (p. m.) = *sprevit nec intellexit.* G(m∾) = *intellectus.*
12. Pℜ — 𝔅 = *Rutuli innocentia.* ℜ = *dum violatur, effluxit.* w = *gratius agit.*
Arg.b = *quam multi profectus.* GwV ζ𝔇χνοστ = *innocentiam evasere.* ℜ — 𝔗 = *sed obruit.* B = *sed exuit.*
quem tanto opere = PrArg.b ℜ. Rw P2. 3. 4. Col. 𝔗𝔅 = *quem tantopere.* GP1. = *quanto tempore.* 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *quantopere.* Rell. n. l. Pinc. codd. emendatiores = *apud quas delituerat.*
13. Rℜ — 𝔅 + *epistola sua.* Rℜ — 𝔅 = *Nil sibi et Metrod.* 𝔄 = *mihi, sibi et Metr.* G = *quos illos illa nobiles gratia.* P = *illa nobilis gratia.*
G(s∾) — *paene* ante *inauditos.*
𝔄 = *non postquam* et *inventurus.*
enituit = PRw Arg.b antiqq. ρρ et rell. maior pars P2. 3. Pinc. ℜ — 𝔗. 𝔅 = *emituit.* GrP1. 4. Col. 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *emicuit.* Rell. n. l.
14. PGB (tres Ops.) — *non satis* — *Epicurum.* P2. — *et* ante *Epicurum.*
enituisse = RwArg.b ρρ (iidem, qui supra = *enituit*) unus Ops Gr. (exc. P4.) Pinc. ℜ — 𝔅. mGrP4. 𝔄𝔈1. — 𝔐ℑu𝔏4. = *emicuisse.* 𝔏 — 𝔖 (exc. ℑu𝔏4.) = *eminuisse.* r — *post* ante *se et Epic.* ℜ — 𝔗 = *posse et Epicur.* 𝔄 = *posse magnum* om. *et Epicur.* Unus Ops. (m∾) = *paratumque non vim habituros.* RGArg.b maior pars ρρ ℜ — 𝔈2. — *apud eos.* rB aliquot ρρ P2. 3.

Nulla uirtus latet: et latuisse non ipsius est damnum. Ueniet qui conditam et seculi sui malignitate conpressam dies publicet. Paucis natus est qui populum aetatis suae cogitat. Multa anno- 15
rum milia, multa populorum superuenient: ad illa respice. Etiam si omnibus tecum uiuentibus silentium liuor indixerit, uenient qui sine offensa, sine gratia iudicent. Si quod est pretium uirtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo: tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit. Nulli non uirtus et uiuo et mortuo, retulit gratiam, si 16
modo illam bona secutus est fide, si se non exornauit et pinxit, sed idem fuit, siue ex denuntiato uidebatur siue inparatus ac subito. Nihil simulatio proficit: paucis inponit leuiter extrinsecus inducta facies: ueritas in omnem sui partem eadem est. Quae decipiunt nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris. Uale.

EPISTULA LXXX.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi uaco, sed spectaculi quod omnes molestos ad σφαιρομαχίαν auocauit. Nemo

Pinc. 𝔄𝔈𝔊𝔖 = *habituros et qui vol.* wy — *apud.* Sw *apud eos* ait ex Mur. ingenio esse: sed servantur haec praeter 𝔐 — 𝔐a aPx P4. Col.
P4. = *qui noluissent.* w(s∾) — *conpressam dies.* G + *populum suum.*
15. P = *superveniens.* 𝔑 — 𝔅 = *livor induxerit.* G(m∾) antiqq. ρρ = *sine gratia vident.* V σ = *sine gratia videbunt.*
o = *si quod est praemium.*
RG = *ne hoc interit.* r = *non loco interit.* R — *posterorum.*
G = *cui etiam non sentientes.* 𝔑—𝔅 + *non haec sentientes.* r = *colent ac frequentabunt.* P = *frequentavit.*
16. G(s∾) = *contulit gratiam.*
r𝔖: nonn. alii ρρ = *ex denuntiatione.* P = *ex denuntiate.* R = *videbitur.* R𝔑—𝔗 = *paucis imponitur.* Arg.b = *veritas in omni sui parte.* Sc𝔄𝔈1. — 𝔖 + *semper eadem est.* (Sw vocem suspectam uncis inclusit.) PRrBGwSb 𝔑 — 𝔅 non habent *semper.* Rell.

n. l. 𝔍u huic epistolae subiicit *Vale mi Lucili.*

Ep. LXXX.

w = *quod rationis molestos.* Arg.b = *qui omnes molestos.*
G = *ad spero mathenia.* Rw P2. 3. = *ad speromachiam.* Arg.b = *adspero macheiana vocavit.* B = *ad sphaeram macheianam vocant.* 𝔑 = *asperomacheiam.* r = *ad speromacheian.* V = *ad* [sp. v.] *avocavit.* quia nomen Graecum non intellexit. Huius cod. et Arg.b B𝔑r scripturae satis perspicue indicant antiquitus hoc nomen fuisse Graecis litteris scriptum. (Accedunt etiam P1. = *adspero in athenia.* P4. = *adspera materia.* Col. = *adsperam methemam.*) Sed in quibusdam vetustis libris videtur fuisse *ad* σφαιρομάχειαν. Pinc. ci. = *ad sphyromachiam.* contra quod vid. Krause ἙΛΛΗΝΙΚΑ I, 506. GwRr recc. ρρ nonn. Gr. = *advocavit.* Steph. ci. = *e vocavit.* Grut. ci. = *ab vocavit.*

inrumpit, nemo cogitationem meam inpediet quae hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepuit subinde ostium, non adleuabitur uelum: licebit uno uadere quod magis necessarium est per se eunti et suam sequenti uiam. Non ergo sequor priores? Facio: sed permitto mihi et inuenire aliquid et mutare et relin-
2 quere. Non seruio illis, sed adsentior. Magnum tamen uerbum dixi qui mihi silentium promittebam et sine interpellatore secretum: ecce ingens clamor ex stadio profertur et me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci. quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo. quam inbecilli
3 animo sint quorum lacertos humerosque miramur. Illud maxime reuoluo mecum: si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in feruentissimo puluere sustinens aliquis et sanguine suo madens diem ducat: quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunae ictus inuictus excipiat,
4 ut proiectus, ut conculcatus exsurgat? Corpus enim multis eget rebus, ut ualeat: animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multa potione opus est, multo oleo, longa

inpediet = PRGwB ρρ Gr. (exc. P2.) Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. rV P2. 𝔈1. — 𝔐a = *impedit.* V — *quae hac.*

adlevabitur = Pwrρρ (exc. λ) Gr. (exc. P3.) Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔈𝔊𝔖. Rλ P3. = *elevabitur.* G𝔈1. 2. 𝔏 — 𝔐a = *allevabatur.* 𝔐 = *allevatur.* G(m∾) P1. 4. = *celum* pro *velum.*

licebit uno vadere = PRGwArg.b plerique ρρ libri veteres Mur. 𝔄𝔖 — 𝔈2. 𝔖. r — *uno.* η𝔇σ P1. = *licebit uno evadere.* Rλν P3. = *licet uno vadere.* mβ = *licebit unum vadere.* ζ + *licebit mihi uno modo vadere.* Sc + *licebit uno itinere vadere.* quod mente supplendum esse Sw. dicit. P4. = *licebit uno radere quo.* Col. = *licebit imo vadere.* β(unus omnium) ci. Erm. 𝔈 — 𝔐a = *licebit uni vadere.* Aliquando cogitabam de *una:* sed *uno* aut pro Dativo accipiendum (Varro R. R. I, 18, 6. coll. Cato R. R. 19, 1.) aut in *uni* mutandum.

2. *adsentior* = PRrw𝔄𝔑 — 𝔐a. GSb𝔖 = *adsentio.* Rell. n. l.

interpellatore = PrGw ρρ (exc. γδζ𝔇ικοσ) 𝔄𝔑 — 𝔏2. 𝔍u. Rγδζ𝔇ικοσ fere omnes Gr. 𝔏4. 𝔊ro — 𝔖 = *interpellatione.* Pr P2. 4. mP1. 𝔄 = *ex studio.* G(m∾) P1. = *ex fastidio.* Sbc = *perfertur.*

Matth. ci. = *at me non excutit.*

𝔑 — 𝔅 — *huius.* 𝔐 = *et in huius rei cont.* om. *ipsius.* P2. = *in huius ipsius recontemplationem.* rγδζ𝔇ι = *rei contemplationem.* G = *transfertur.* w = *spectaculum infidele.* RGαβζ𝔇κλπ mmγι P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔅 = *fidele et luxuriosum.*

3. 𝔑 — 𝔅 = *hominis ferant.* G𝔄 = *a sanguine.* G(s∾) = *invitus recipiat.* RP1. 3. 4. Col. = *et conculcatus.* Arg.b = *quanto felicius animus.*

4. Arg.b P3. = *Illis multo cibo.* P2. + *multa denique et longa*

denique opera: tibi continget uirtus sine adparatu, sine inpen-
sa. Quicquid facere te potest bonum tecum est. Quid tibi opus
est ut sis bonus? Uelle. Quid autem melius potes uelle quam
eripere te huic seruituti quae omnes premit, quam mancipia quo-
que condicionis extremae et in his sordibus nata omni modo exue-
re conantur? Peculium suum quod conparauerunt uentre frau- 5
dato pro capite numerant: tu non concupisces quanticumque ad
libertatem peruenire qui te in illa putas natum? Quid ad arcam
tuam respicis? emi non potest. Itaque in tabulas uanum coni-
citur nomen libertatis quam nec qui emerunt habent nec qui
uendiderunt. Tibi des oportet istud bonum, a te petas. Li-
bera te primum metu mortis: illa nobis iugum inponit. deinde
metu paupertatis. Si uis scire quam nihil in illa mali sit, con- 6
para inter se pauperum et diuitum uoltus. Saepius pauper et
fidelius ridet. nulla sollicitudo in alto est. etiam si qua incidit
cura, uelut nubes leuis transit. Horum qui felices uocantur
hilaritas ficta est aut grauis et subpurata tristitia, eo quidem
grauior, quia interdum non licet palam esse miseros, sed inter
aerumnas cor ipsum exedentes necesse est agere felicem. Sae- 7
pius hoc exemplo mihi utendum est: nec enim ullo efficacius ex-
primitur hic humanae uitae mimus qui nobis partes quas male

opera. G(n.) = *multa potatione.* G(n.) + *Quidquid tibi opus est.*

5. r = *comparavere.* Recc. ρρ plerique = *comparuverant.* 𝔐 — 𝔅 = *paraverunt.* G(n.) 𝔅 + *tu enim non.* R recc. ρρ nonn. = *quantumcunque ad libertatem.* Cod. Inr. = *tanticunque.* Sw. malebat *quantocumque.* 𝔐 — 𝔗 + *fraudato pervenire.* w𝔛 = *putes natum.* G𝔛 — *ad* ante *arcam.*

Arg.b = *respicis? finiri non potest.*

in tabulas = P. B𝔛 = *in tabella.* GwRr 𝔐 — 𝔖 = *in tabellas.* Rell. n. l. G(s∾) = *concutitur nomen.* 𝔛 = *Tibi des opem illud bonum.* RP3. = *abs te petas.* G recc. ρρ perpauci P 1. 4. + *primum illa nobis iugum.* 𝔐 — 𝔅 + *illa primum nobis iugum.* rw𝔈1. — 𝔖 + *illa nobis primum iugum.* PRB antiqq. ρρ et plerique alii P2. 3. Col. Ops. 𝔛 carent hac voce.

6. Rγδ𝔇κλξτ = *confer inter se.* G(m∾) = *confert inter se.*

B recc. nonn. ρρ P 3. Col. = *sollicitudo in altero est.* B — *levis.* P1. = *hilaritas sicca est.*

RP3. = *aut suppurata.* r = *autem suppurata.* Gγδ𝔇 P1. = *sub privata.* B recc. nonn. ρρ 𝔛 = *supputata.* Arg.b𝔗 = *superata.* αξ𝔐 = *supparata.* Col. = *soporata.* P4. = *sub purpurata.*

eo quidem gravior = PRGρρSbc Gr. 𝔛𝔐 — 𝔈1. 𝔖. rw𝔈 2. — 𝔐a = *et quidem gravior.* R = *ipsorum exedentes.* rGB 𝔐 = *excedentes.* sGx + *agere se felicem.* o = *agere se felices.*

7. R = *Saepe hoc exemplo.* w mGγδσ = *hoc humanae vitae munus.* Etiam 𝔛𝔐 — 𝔗 = *munus.* P = *minus.* Arg.b = *h. v. modus qui minus nobis.*

ταβπ Pinc. Col. 𝔐 — 𝔅𝔈 — 𝔖 + *partes has.* Rell. etiam Gr. ∾.

agamus adsignat. Ille qui in scena latus incedit et haec resupinus dicit:

En impero Argis: regna mihi liquit Pelops
Qua Ponto ab Helles atque ab Ionio mari
Urgetur Isthmos:

8 seruus est: quinque modios accipit et quinque denarios. Ille qui superbus atque inpotens et fiducia uirium tumidus ait:

Quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides.

diurnum accipit, in centunculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas quos supra capita hominum supraque turbam delicatos lectica suspendit: omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos, si despoliaueris. Equum empturus solui iubes stratum. detrahis uestimenta uenalibus, ne qua uitia corporis
9 lateant: hominem inuolutum aestimas? Mangones quicquid est quod displiceat aliquo lenocinio abscondunt: itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: siue crus adligatum siue brachium adspiceres, nudari iuberes et ipsum tibi corpus ostendi. Uides illum Scythiae Sarmatiaeue regem insigni capitis decorum? si uis illum aestimare totumque scire qualis sit, fasciam solue: multum mali sub illa latet. Quid de aliis loquor? si per-

R = *ag i mus.*
latus incedit = Pr Arg.b P 2. 3. Col. GBV plerique ρρ P1. 4. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *latius incedit.* ηο = *latus incidit.* γδ = *latius sedit.* Rλ P 3. m𝔈 2. 𝔐 — 𝔖 = *elatus incedit.* Grut. ci. = *altius.* Pinc. ci. = *laxius.* Ed. Tauchn. = *resupinus dixit.* Pr Arg.h B (P 1. 2. 4.) 𝔈1. — 𝔊 — *En.* 𝔄 = *Ei impero.* 𝔑 — 𝔅 = *Ea impero.* Lips. ci. = *Imperito* sive *Imperitod* om. *En.* Sed rell. etiam Gr. Sicul. ∾. (cf. Quint. I. O. IX, 4, 140. Turneb. Advers. XII, 11.) PGB𝔄𝔈1. = *impero agris.* r = *liquid.* w — *ab* ante *Ionio.* G = *urgetur hismos.* 𝔑 = *hysmos.* 𝔄 = *ischinos.* BP1. 4. Ops. — *est* post *servus.* R Ops. = *accepit.*

8. εμΘυ = *atque vi potens.* B — *atque.* w mGRB ρρ 𝔑 — 𝔈1. = *nisi quieveris.* G = *nisi queris michi de hac.* r = *nisi quievis.* 𝔄 = *nisi qui erueris.* Arg.b = *nisi quaeris.* P Arg.b = *ac dextra.* 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *dextera.* 𝔄 = *acceperit.* *in centunculo* = r Erf. 𝔄𝔐u — 𝔖. Idem laudat m𝔍u ex codd. Scalig. (G) Chiffler. Verder. Tronc. German. et affert Calepinus in Lex. s. v. *Centunculus* ex hoc Senecae loco. P Arg.b plerique ρρ P 2. cod. Iur. 𝔑 — 𝔅 = *in centuculo.* GR𝔍 χλΘτ P1. 3. 4. = *in centiculo.* mG o = *in centulo.* Cod. Lips. = *in cetulo.* Col. = *in cenutuculo.* w = *in tentaculo.* η = *in centaculo.* 𝔈1. — 𝔅1. = *in coenaculo* ex Erm. ci. G = *Contemnes istos.* G𝔄𝔑 — 𝔊 = *si dispoliaveris.* G = *empiturus.* π = *solvi iubes frenum.* w = *distrahi.*

9. P = *Mangones quod quidem quod displ.* ν plerique alii ρρ — *tibi* ante *corpus.* G (m∾) = *Scotia Sarmatiaeve.* r + *decorum est.* G(s∾) BVα𝔍χμνΚΘοσ P1. 2. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *decore.* ν (s∾) = *faciem solve.* Gw 𝔈1. 2. = *Quod de aliis loquor.*

pendere te uoles, sepone pecuniam, domum, dignitatem: intus te ipse considera. Nunc qualis sis aliis credis. Uale.

EPISTULA LXXXI.

Seneca Lucilio suo salutem.

Quereris incidisse te in hominem ingratum. Si hoc nunc
primum, age aut fortunae aut diligentiae tuae gratias. Sed ni-
hil facere hoc loco diligentia potest nisi te malignum: nam si hoc
periculum uitare uolueris, non dabis beneficia: ita ne apud alium
pereant apud te peribunt. Non respondeant potius quam non den-
tur: et post malam segetem serendum est. Saepe quicquid per-
ierat adsidua infelicis soli sterilitate unius anni restituit uber-
tas. Est tanti ut gratum inuenias experiri et ingratos. Nemo 2
habet tam certam in beneficiis manum ut non saepe fallatur: aber-
rent ut aliquando haereant. Post naufragium maria temptantur.
feneratorem non fugat a foro coactor. Cito inerti otio uita tor-
pebit, si relinquendum est quicquid offendit. Te uero benignio-
rem haec ipsa res faciat: nam cuius rei euentus incertus est id
ut aliquando procedat saepe temptandum est. Sed de his satis 3
multa in iis libris locuti sumus qui *de Beneficiis* inscribuntur:
illud magis quaerendum uidetur quod non satis, ut existimo, ex-
plicatum est, an is qui profuit nobis, si postea nocuit, paria
fecerit et nos debito soluerit? Adice, si uis, et illud: Multo plus
postea nocuit quam ante profuerat. Si rectam illam rigidi iudi-

αβ 𝔑—𝔅 = *te ipsum considera.* B — *ipse.* γζμ 𝔑—𝔅 m𝔈2. = *non qualis sis.* o = *num q. s.* mCol. = *non tunc q. s.* Θ = *nec q. s.* ζɔmγ 𝔑—𝔅 = *credas.* wBΘ = *crede.* m𝔈2. = *credens.* P4. + *credis, non tibi.*

Ep. LXXXI.

r = *Si hoc nunc in primis.* G = *uge ut fortunae.* R ρρ 𝔄ℑ = *Sed nil facere.* 𝔛 = *respondeat.* Rλ = *etiam post malam seg.* V = *Sane quicquid perierat.*

2. GVP1.𝔛 = *abhorrent ut aliquando.* P4. = *abernerit ut al.* Lectius ci. = *Aberrent, ut aliquando ne errent.*

coactor = P(s.m.) Rrw mGBρρ (exc. γδηℑ) Sbç Pr.ad P 2. 3. 4. Col. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. vid. Ind. P (p. m.) γδ Pr.b = *coctor.* quod coniicit Pinc. et putat idem esse atque *decoctor.* Gηℑ P1. quidam Pinc. cod. Lips. = *tortor.* Vetus cod. (?) Mur. 𝔐—𝔐a = *decoctor.* Recc. ρρ nonn. 𝔑—𝔅 = *haec ipsa res faciet.*

3. *de his satis multa* = P. GwRr 𝔄𝔑 — 𝔖 = *de isto satis multa.* Rell. n. l. wB𝔄𝔑—𝔅𝔖 = *in his libris.* R + *illud autem magis.* w = *videndum videtur.* r = *existimo, quaesitum est.* P(s m.) = *iudicatum est.* PG(m∾) wArg.b 𝔑—𝔅 = *an id quod profuit.* 𝔑 = *Adiice si vis et istud.* P + *Multo plus et postea.* B(cr.∾) = *quam ante proposuerat.* Gαβπ 𝔛 = *rigido iudicio.* B antiqq. ρρ 𝔑—𝔗 = *rigidi iudicio.* 𝔅 = *rigidi*

cis sententiam quaeris, alterum ab altero absoluet et dicet: Quamuis iniuriae praeponderent, tamen beneficiis donetur quod ex iniuria superest. Plus nocuit? sed prius profuit: itaque habea-
4 tur et temporis ratio. Iam illa manifestiora sunt, quam ut admoneri debeas quaerendum esse quam libenter profuerit, quam inuitus nocuerit, quoniam animo et beneficia et iniuriae constant. Nolui beneficium dare: uictus sum aut uerecundia aut instantis pertinacia aut spe. Eo animo quidque debetur quo datur nec quantum sit, sed a quali profectum uoluntate perpenditur. Nunc
5 coniectura tollatur. Et illud beneficium fuit et hoc quod modum beneficii prioris excessit iniuria est. Uir bonus utrosque calculos sic ponit, ut se ipse circumscribat: beneficio adicit, iniuriae demit. alter ille remissior iudex quem esse me malo iniuriae obliuisci debebit, officii meminisse. Hoc certe, inquam, iustitiae conuenit suum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriae
6 talionem aut certe malam gratiam. Uerum erit istud, cum alius iniuriam fecerit, alius beneficium dederit: nam si idem est, beneficio uis iniuriae exstinguitur. Nam cui, etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci post beneficia laedenti plus quam uenia debetur. Non pono utrique par pretium: pluris aestimo beneficium quam iniuriam. Non omnes grati sciunt de-

iud c i s. P 2. Col. = *ab altero solvet.* 𝔊2. — 𝔖 = *absolvetur.*

iniuriae praeponderent = mss. (exc. γδ) etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊2. 𝔖. γδ v. l. Pinc. 𝔊 — 𝔐a = *iniuria praeponderet.* G (m∞) P 1. 4. = *cum benef. donetur.* rw + *donetur tamen quod.* 𝔊1. 2. + *donetur cum quod.*

sed prius profuit = P(p.m.) (B V recc. ρρ) Col. P2. (p.m.) Pinc. 𝔄𝔊1. — 𝔖. P(s.m) rGw Arg. b antiqq. ρρ P1. 4. 𝔑 — 𝔗 = *sed plus prof.* Rγ ιx P2. (s.m.) P 3. 𝔅 = *sed primo prof.*

4. R(s∞) G(s∞) V𝔄 — *ut* ante *admoneri.* r = *Noli benef. dare.* G(m∞) = *instantis beneficio.* B = *verecundiae.* w = *cidque debetur.* PGwηϑxνK = *nec a quali profectum.*

5. r = *ne se ipse circumscribat.* ανΘοσ = *se ipsum circ.* o = *beneficio addit.* r = *quem esse te volo iniuriae.*

Hoc certe, inquam = mss. (exc. π) 𝔄𝔑 — 𝔐. π = *inquis.* 𝔏 — 𝔖 = *inquit.* P = *iniuriae taleonem.* β = *iniuriae ultionem.*

6. G (cr. ∞) = *Verum erit illud.* rιγ(p.m.) δ (p.m.) + *nam si idem beneficium et iniuriam fecit, vis iniuriae beneficio exstinguitur.* w = *beneficio et iniuria usus iniuria beneficio exstinguitur.* w + *Nam si cui etiam si.* 𝔑 — 𝔗 — *non* ante *antecessissent.* βγδιο = *post beneficium laedenti.* r = *Non pono utrimque.* P𝔄 = *Non omnes grati sciunt.* P 4. — *Non omnes — beneficium.* r = *Non omnes grati sciunt beneficium* om. *debere.* R = *Non omnes sciunt debere benef.* om. *grati.* βγ + *Non omnes grati sciunt reddere debere benef.* 𝔐 = *Non omnes sciunt referre benef.* om. *grati.*

bere beneficium: potest etiam inprudens et rudis et unus e tur-
ba, utique dum prope est ab accepto: ignorat autem quantum
debeat. uni sapienti notum est quanti res quaeque taxanda sit. 7
Nam ille de quo loquebar modo stultus, etiam si bonae uolun-
tatis est, aut minus quam debet aut tempore aut quo non debet
loco reddit. id quod referendum est effundit atque abicit. Mira
in quibusdam rebus uerborum proprietas est et consuetudo ser-
monis antiqui quaedam efficacissimis et officia docentibus notis
signat. Sic certe solemus loqui: *Ille illi gratiam retulit.*
Referre est ultro quod debeas adferre. Non dicimus *Gra-* 8
tiam reddidit: reddunt enim et qui reposcuntur et qui inuiti
et qui ubilibet et qui per alium. Non dicimus *Reposuit bene-*
ficium aut *soluit:* nullum enim nobis placuit quod aeri alieno
conuenit uerbum. *Referre* est ad eum a quo acceperis rem
ferre: haec uox significat uoluntariam relationem: qui retulit
ipse se adpellauit. Sapiens omnia examinabit secum: quantum

r + *Potest hoc scire etiam imprudens.* R + *Potest hoc scire sic etiam imprudens.* r = *ac rudis.* sGB P4. Col. ℜ — 𝔅 = *de turba.* P2. — *e.* B plerique ρρ P2. 𝔄ℜ — 𝔊 + *prope sibi est.* Erm. ci. = *dum probae fidei est.* Arg.b Col. + *prope est sibi.*

dum prope est ab accepto: ignorat autem = PrGwVνξK quidam Erm. Mod. ex. Fac. et Primit. P1. 4. (P4. = *ignoravit*) duo Ops. SbPr.bd𝔖. RλP3. + *dum prope est ab accepto, pensare beneficium ignorat.* Col. + *reddere et pensare beneficium ab accepto ignorat.* Plerique ρρ (?) P2. Sb 𝔄ℜ — 𝔊 + *reddere beneficium et pensare ab accepto. ignorat.* Duo veteres mss. (?) Mur. 𝔐 — 𝔐a + *dum prope est ab accepto, reddere beneficium et pensare: ignorat.* RP3. Sicul. + *quantum pro eo debeat.* r P2. + *quantum pro illo debeat.* BCol. 𝔄𝔅 + *quantum pro hoc debeat.* ℜ — 𝔗ℭ1. — 𝔊 + *quantum pro re debeat.* Arg.bβ + *quantum prodesse debeat.* Rell. ρρ promiscue + *quantum pro hoc* vel *pro eo* vel *pro illo debeat.* cod. Lips. = *quantum praebeat.*

7. w + *aut in loco quo non debet.* R + *id quoquequod ref.* G = *quod deferendum.* 𝔄 = *verbi proprietas.* G + *proprietas enim est.* r P2. = *quaedam efficacissima.* P4. = *efficacissimum.* Steph. (ad Dal. Ep. 11.) ci. + *efficacissimis et aptissime* vel *significantissime* aut = *efficacissime.* huic assentitur Grut. r = *et officia decentibus.* G = *notis significat.*

quod debeas adferre = mss. 𝔄ℜ — 𝔅1.𝔖. ℜu𝔐a = *debebas.*

8. w = *Gratiam reddit.* Gw 𝔄𝔖 — *enim* ante *nobis placuit.* r + *placuit nisi quod.* Rℜ — 𝔅 = *aere alieno.* P2. — *verbum* post *convenit.* Multi libri *verbum* iungunt cum sequentibus.

a quo acceperis rem ferre = P ℭ2. — 𝔊. Parvi sunt, quae Steph. (ad Dal. Ep. 11.) contra hanc scripturam disputat: nam *rem* non minus ad *acceperis* pertinet quam ad *ferre.* Gwr Arg.b antiqui ρρ omnes et recc. maior pars P1. 2. 𝔄ℜ — ℭ1. = *acceperis referre.* R rell. ρρ P3. Col. = *acceperis afferre.* P4. = *a quo ceperis ferre.* 𝔐 — 𝔖 = *a quo acceperis ferre.*

9 acceperit, a quo, quando, ubi, quemadmodum. Itaque negamus quemquam scire gratiam referre nisi sapientem: non magis quam beneficium dare quisquam scit nisi sapiens, hic scilicet qui magis dato gaudet quam alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat quae uidemur *inopinata* omnibus dicere (*παράδοξα* Graeci uocant) et ait: Nemo ergo scit praeter sapientem referre gratiam? ergo nec quod debet creditori suo reponere quisquam scit alius? nec, cum emit aliquam rem, pretium uenditori persoluere? Ne nobis fiat inuidia, scito idem dicere Epicu-
10 rum. Metrodorus certe ait *solum sapientem referre gratiam scire.* Deinde idem admiratur, cum dicimus: *Solus sapiens scit amare. solus sapiens amicus est.* Atqui et amoris et amicitiae pars est referre gratiam: immo hoc magis uolgare est et in plures cadit quam uera amicitia. Deinde idem admiratur, quod dicimus *fidem nisi in sapiente non esse,* tamquam non ipse idem dicat. An tibi uidetur fidem habere qui referre gra-
11 tiam nescit? Desinant itaque infamare nos tamquam incredibilia iactantes et sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud uolgum simulacra rerum honestarum et effigies. Nemo referre gratiam scit nisi sapiens. Stultus quoque utcumque sit et quemadmodum potest referat: scientia illi potius quam uoluntas
12 desit. Uelle non discitur. Sapiens inter se omnia conparabit: maius enim aut minus fit, quamuis idem sit, tempore, loco, causa. Saepe enim hoc non potuere diuitiae in domum infusae quod opportune dati mile denarii. Multum enim interest donaueris an succurreris, seruauerit illum tua liberalitas an instru-

9. r = *I s scilicet qui.*

παράδοξα. P = π α ρ α ο ξ α. w𝔄 = *αρυοʒα.* Arg.b = *N a p u u o.* 𝔑 = Μαπατιορα. alii aliter. R — *ergo* post *Nemo.* P = *quisquam s i c alius.*

N e nobis fiat = sP mG P2. 4. Col. 𝔑 — 𝔗𝔖. r𝔄𝔈1. — 𝔐a + *S e d ne nobis fiat.* RP 3. + *E t ne nobis fiat* et = *i n i u r i a.* PwArg.bB P1. — *ne.* Rell. n. l.

10. R — *et* post *Atqui.* G (cr. ∾) = *At q u i e t a m o r i s et am.*

𝔄 + *referre gratiam s c i r e.* B + *gratiam s c i t referre.* w — *non esse* post *in sapiente.* w = *referre gratiam n o s cit.*

11. G = *Stultus quoque u b i-cumque s i t.*

12. 𝔈2. — 𝔐a = *Sapiens i n t r a se.*

Maius enim aut minus = PGwR (r.m. + *enim o p u s*) r antiqq. ρρ et rell. maior pars Sb Prr. P1. 𝔈1. — 𝔐 𝔖. B = *Maius e i u s e s t o p u s aut minus fit.* P2. + *Maius enim aut minus o p u s fit.* Rell. ρρ 𝔑 — 𝔅 + *Maius enim o p u s aut minus.* GR (s∾) Col. 𝔄𝔏 — 𝔐a = *Maius e i u s o p u s aut minus.* αγη϶μν ΚΘτ 𝔑 — 𝔗 — *non* ante *potuere divitiae.* οσ = *v i x potuere div.* 𝔑 — 𝔅 = *potu e r u n t.* Gζ϶x = *in domum e f f usae.* w = *a u t succurreris.*

xerit. Saepe quod datur exiguum est, quod sequitur ex eo
magnum. Quantum autem existimas interesse utrum aliquis
quod praestabat resumpserit an beneficium acceperit ut daret?
Sed ne in eadem quae satis scrutati sumus reuoluamur: in hac 13
conparatione beneficii et iniuriae uir bonus iudicabit quidem
quod erit aequissimum. sed beneficio fauebit: in hanc erit
partem procliuior. Plurimum autem momenti persona solet ad-
ferre in rebus eiusmodi. Dedisti mihi beneficium in seruo, iniu-
riam fecisti in patre. seruasti mihi filium, sed patrem abstuli-
sti. Alia deinceps per quae procedit omnis conlatio proseque- 14
tur: et, si pusillum erit quod intersit, dissimulabit: etiam, si
multum fuerit et si id donari salua pietate ac fide poterit, remit-

Rw + *quod sequitur ex eo magnum est.* r = *Quam tu autem exist.*

utrum aliquis quod praestabat resumpserit = ιP2. Haec esse Senecae puto: cetera, quae a mstis feruntur, nata sunt, postquam librarii ad *praestabat* adscripserunt *seu* [*vel*] *dederat*, quod ipsum varie dilaceratum et mutatum occasionem attulit etiam reliqua corrumpendi. Non tamen moleste feram, si quis pro *resumpserit* maluerit *sumpserit.* 𝔑u 𝔐a ex em. Gron. = *utrum aliquis de arca quod praestabat sumpserit*, quam aliquando ipse probabam. 𝔊ro 𝔅1. 𝔖 = *u. al. de arca quod praestaret sumpserit.* Lips. ci. = *utrum aliquis de arca, vel quod praesto erat, sumpserit.* Optimus Erm. = *utrum aliquis de rata quod praestaret sumpserit.* Pη = *utrum aliquis quod de rata sed* [η = *seu*] *quod praestabat sumpserit.* Unus Ops. = *u. al. quod dederat rata, sed quod praestabat sumpserit*, alius *seu quod praestarat.* r = *utrum aliquis quod dederat es et quod praestabat sumps.* RP3. cod. Lips. = *u. al. quod dederat vel* [cod. Lips. + *quod*] *praestarat s.* Gw Arg.b P1. quidam Ops. v. l. Pinc. 𝔈𝔊 = *u. al. quod dederat sed quod praestabat s.* B = *u. al. quae dederat vel quae praestaverat s.* αβϑκλμνΚΘπστ = *u. al. quod dederat seu* (*vel*) *praestarat* (*praestabat. praestiterat*) *sumpserit.* εɔ = *u. al. quod dederat receperit seu quod praestabat sumps.* ζ = *u. al. quod dederas vel quod praestaveras sumpserit.* γδ𝔛 = *u. al. quod dederat vel quod praestarat s.* P4. = *u. al. quod dederat vel quod praestaret s.* Col. = *u. al. quod dederat, quod vel praestarat s., an benef. acceperit ut daretur?* 𝔑 — 𝔗 = *u. al. quod* [𝔗 = *quid*] *dederat vel quod praestavit s.* 𝔅 = *u. al. quod dederat: vel praestiterit s.* 𝔈1.2. = *utrum aliquis quod dederat receperit vel quod praestavit s.* 𝔐𝔏𝔍u = *u. al. quod dederat sumpserit.*

13. w = *quae saepe scrutati sumus.* P = *crutiati sumus.*

w + *et in hac comparatione.*

w = *si benef. favebit.* P3. Col. + *et in hanc erit.* GCol. = *exit partem.* r = *in rebus huiusmodi.* GRB Arg b 𝔑 — 𝔗 = *sed patri abstulisti.* w + *patrem mihi.*

14. RG(m∾)BP1. 3. 4. Col. 𝔛𝔑 — 𝔗 = *omnis consolatio.* 𝔛 — *si* ante *pusillum.* 𝔑 — 𝔅 + *et si id pusillum.* w = *et si plus illud erit.* r + *illud quod intersit.*

et si id = castigatiss. ex. Pinc. 𝔈𝔊. Rell. mss. etiam Gr. Ss. 𝔑 — 𝔈2. 𝔖 = *sed si id* (𝔖 = [*sed*]) 𝔛

tet, id est, si ad ipsum tota pertinebit iniuria. Summa rei haec est: facilis erit in conmutando. patietur plus inputari sibi. Inuitus beneficium per conpensationem iniuriae soluet: in hanc partem inclinabit, huc uerget ut cupiat debere gratiam,
15 cupiat referre. Errat enim, si quis beneficium accipit libentius quam reddit. Quanto hilarior est qui soluit quam qui mutuatur, tanto debet laetior esse qui se maximo aere alieno accepti beneficii exonerat quam qui cum maxime obligatur. Nam in hoc quoque falluntur ingrati, quod creditori quidem praeter sortem, extra ordinem numerant, beneficiorum autem usum esse gratuitum putant. Et illa crescunt mora: tantoque plus soluendum
16 est quanto tardius. Ingratus est qui beneficium reddit sine usura. Itaque huius quoque rei habebitur ratio, cum conferentur accepta et expensa. Omnia facienda sunt ut quam gratissimi simus: nostrum enim hoc bonum est, quemadmodum iustitia non est, ut uolgo creditur, ad alios pertinens: magna pars eius
17 in se redit. Nemo non, cum alteri prodest, sibi profuit. Non eo nomine dico, quod uolet adiuuare adiutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad facientem reuertitur, sicut mala exempla recidunt in auctores nec ulla miseratio con-

— *si.* 𝔐 — 𝔐a — *et.* De *Et* saepissime in *Sed* mutato cf. Drkb. ad Liv. XXI, 26, 6. G (s∞) r = *remittit.* P2. — *remittet.* quod probat Grut. Arg.bB = *Idem si ad ipsum.* w = *facilis est in comm.* Arg.b = *imputare sibi.* γδ = *per compositionem.* πmβ = *per computationem iniuriae.* G(s∞) r = *huc urget.*
15. 𝔑 = *mutuat* et — *laetior.* rεημΘο𝔄 = *maxime aere alieno.* γδ = *accepto beneficio.*
quam qui cum maxime = PrGw Arg.b V𝔈K P1. 𝔄𝔐 — 𝔈 2. 𝔐𝔖. οσ — *cum.* η — *cum maxime.* R mG ex. divi Pauli Pinc. 𝔈𝔖𝔏 — 𝔐a + *quam qui accipiens cum m.* ιP2. = *quam qui illud accipiens maxime.* ελP3. Col. = *quam qui accipiens maxime.* P4. = *quam qui accipiens sic. max.* ζ + *quam qui cum accipit maxime.* Rell. ρρ + *quam qui cum accipiens maxime.* G(m∞) P1. Col. = *colligatur.* w = *alligatur.* R (del.) + *gratuitum non putant.* P = *gravitum putant.* G = *grutiam tunc putat.* B = *gravem tum non putant.* 𝔄 = *gravem tantum non putant.* Col. = *Etiam illa crescunt.* Pinc. ci. = *At illa crescunt.*
16. w𝔑 — 𝔅 = *ratio habetur.* P = *accepta et excensa.* sP = *extensa*
nostrum enim hoc bonum est = PGwRr Arg.bBV ρρ Gr. 𝔑 — 𝔅𝔈 — 𝔐𝔖. 𝔈 1. 2. 𝔏 — 𝔐a = *nostrum enim in hoc bonum* om. *est.* Pinc. ci. 𝔈 — 𝔐 = *non quemadmodum iustitia.*
magna pars eius = PGwRrB 𝔑 — 𝔅. V𝔄𝔈 1. — 𝔖 = *maxima pars eius.* Rell. u. l. V — *in se ante redit.*
17. P = *qui volet adiuvare.* V plerique ρρ Gr. (exc. P4.) 𝔄𝔐 — 𝔗𝔈 1. — 𝔊 = *quo volet.* P4. = *quo nolet.* Arg.b νσ mo 𝔅 = *quo valet.* χ = *quo nollet.* G(cr.∞) = *quod volo.* Hic desinit ξ.
𝔄 = *miseratio contigit.*

tingit iis qui patiuntur iniurias quas posse fieri faciendo docuerunt: sed quod uirtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad praemium: recte facti fecisse merces est.
18 Gratus sum, non ut alius mihi libentius praestet priori inritatus exemplo, sed ut rem iucundissimam ac pulcherrimam faciam. Gratus sum, non quia expedit, sed quia iuuat. Hoc ut scias ita esse, si gratum esse non licebit, nisi ut uidear ingratus, si reddere beneficium non aliter quam per speciem iniuriae potero: aequissimo animo ad honestum consilium per mediam infamiam
19 tendam. Nemo mihi uidetur pluris aestimare uirtutem, nemo illi magis esse deuotus quam qui boni uiri famam perdidit ne conscientiam perderet. Itaque, ut dixi, maiori tuo quam alterius bono gratus es. Illi enim uolgaris et cotidiana res contigit recipere quod dederat: tibi magna et ex beatissimo animi
20 statu profecta gratum fuisse. Nam si malitia miseros facit, uirtus beatos, gratum autem esse uirtus est: rem usitatam reddidisti; inaestimabilem consecutus es, conscientiam grati, quae nisi in animum diuinum fortunatumque non peruenit. In contrarium autem huic adfectum summa infelicitas urget. Nemo, si ingratus est, miser erit: non differo illum, statim miser est.
21 Itaque ingrati esse uitemus, non aliena causa, sed nostra. Mi-

iis qui patiuntur = P. RrGw 𝔛𝔑—𝔖 = *his qui p.* Rell. n. l. G = *virtutum omnium preteritum in ipsis est.*

18. w — *non ut alius mihi — faciam.* w = *sed gratum non licebit* om. *esse.* Etiam 𝔑 — *esse.*

r + *nisi ut non videar.* G = *ut videatur.*

19. 𝔑 — 𝔅 + *Nemo enim mihi videtur.* G = *existimare virtutem.* Arg.b = *nec conscientiam perderet.*

maiori tuo = PRrG. w𝔛𝔑—𝔖 = *maiore tuo.* Rell. n. l. R = *Ille enim vulgaris.* RG 𝔛 = *contingit.* 𝔛 = *rapere quod dederat.* P = *qui dederat.* 𝔛 = *tibi magno et ex beat.*

20. P = *quam nisi in animum div.* r = *huic effectum.* π = *hinc affectum.* Tres recc. ρρ = *hunc affectum.*

infelicitas urget. Apud Sw. Arg.b desinit in haec verba: sed Oberlin. integrum habuit eum, quod docent scripturae ab eo excerptae.

Nemo, si ingratus est, miser erit = PR Arg.b Col. ex. Francisc. 𝔈𝔊𝔖. Librarii, qui non intellexerunt inter se opponi *erit* et *statim est*, variis modis corruperunt scripturam. sR P3. + *Nemo non, si ingratus est* ∾. o = *Nemo nisi ingratus miser erit.* r + *Nemo sibi, si ingr.* ∾. G = *Nemo sibi, si gratus est, miser erit.* w = *Nemo nisi ingratus, si gratus est, miser erit.* ν = *Nemo sibi gratus est qui alteri non fuit. Hoc me putas dicere: qui ingratus est miser erit?* Antiqq. ρρ et recc. maior pars 𝔑 — 𝔈1. = *Nemo sibi gratus est, miser erit.* P 1. 2. 4. = *Nemo non sibi gratus est, miser erit.* 𝔛 = *Nemo, si gratus est, miser erit.* εΘ 𝔈2. 𝔐 — 𝔐a + *Nemo, si ingratus est, non miser erit.*

P = *ingrati esse videmus.* sP = *veremur.* rG (m∾) = *ingrati*

nimum ex nequitia leuissimumque ad alios redundat, quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum domi remanet et premit habentem: quemadmodum Attalus noster dicere solebat, *Malitia ipsa maximam partem ueneni sui bibit.* Illud uenenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc habentibus pessimum est.
22 Torquet ingratus se et macerat: odit quae accepit, quia redditurus est, et extenuat. iniurias uero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra sapientia exornat omne beneficium ac sibi ipsa commendat et se adsidua eius commemoratione delectat. Malis una uoluptas est et haec breuis, dum accipiunt beneficia, ex quibus
23 sapienti longum gaudium manet ac perenne. Non enim illum accipere, sed accepisse delectat, quod inmortale est et adsiduum. Illa contemnit quibus laesus est nec obliuiscitur per neglegentiam, sed uolens. Non uertit omnia in peius nec quaerit cui inputet casum et peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniatur uerba nec uoltus: quicquid accidit benigne interpretando leuat. non offensae potius quam officii me-
24 minit. Quantum potest in priore ac meliore se memoria detinet nec mutat animum aduersus bene meritos, nisi multum male facta praecedunt et manifestum etiam conniuenti discrimen est: tunc quoque in hoc dumtaxat ut talis sit post maiorem iniuriam

esse videmur. Cod. Dominic. ap. Mod. = *non causa aliena quam nostra.* Arg.b 𝔑 — 𝔗 — *ad* ante *alios redundat.*

21. w = *ut ita dicam, spurcissimum.* G(m∾) P1. 4. = *piissimum.* εζλΘ = *pessimissimum.* „quae lectio omnium optima." Sanct. B Ambian. ci. Pinc. 𝔄 = *pessississimum.* 𝔑—𝔈1. + *Illud autem venenum.* P(s.m.) = *sinu suo continet.*

22. R + *oditque quae.* Norimb. = *scindit quae accepit.* Praefert Ianus hanc scripturam atque explicat per *carpit.* Arg.b = *scinditque accepta.* w(s∾) = *accipit.* w — *vero* ante *dilatat.*

r — *ipsa* ante *commendat.* 𝔈 — 𝔐 = *ipsi.* G = *Malis una voluntas et habitus, dum accipiunt.*

23. PrGwV 𝔑 — 𝔅 = *Non enim illud accipere.* β + *sed volens et scienter.* rγδ: 𝔈1. — 𝔐a (exc. 𝔈4.) + *sed nec quaerit.* P2. = *sed ne quaerit.* Rell. ∾. De *Sed* a librariis temere adiecto cf. Drkb. ad Liv. VI, 32, 8. R(m∾) 𝔄 = *peccata homini.*

non offensae potius = mss. etiam Gr. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *nec o. p.*

quam officii meminit = mss. 𝔄𝔑—𝔅. 𝔈1.—𝔖 = *quam beneficii mem.*

24. *praecedunt* = mss. 𝔑 — 𝔅 𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *praecedant.*

w = *convivendi discrimen.* R Arg.bV ρρ Gr. 𝔄𝔅𝔈1. = *contuenti discr.* G = *contuetur discr.* 𝔑 — 𝔗 = *continenti etiam discr.*

𝔑 — 𝔗 = *tum quoque.*

qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in animo beneuolentiae remanet. Quemadmodum reus 25 sententiis paribus absoluitur et semper quicquid dubium est humanitas inclinat in melius: sic animus sapientis, ubi paria maleficiis merita sunt, desinet quidem debere, sed non desinet uelle debere et hoc facit quod qui post tabulas nouas soluunt. Nemo autem gratus esse potest, nisi contempserit ista propter quae uolgus insanit. Si referre uis gratiam, et in exilium eundum est et effundendus sanguis et suscipienda egestas et ipsa innocentia saepe maculanda indignisque obicienda rumoribus. Non 26 paruo sibi constat homo gratus. Nihil carius aestimamus quam beneficium, quamdiu petimus, nihil uilius, cum accepimus. Quaeris quid sit quod obliuionem nobis acceptorum faciat? Cupiditas accipiendorum. Cogitamus non quid inpetratum, sed quid petendum sit. Abstrahunt a recto diuitiae, honores, potentia et cetera quae opinione nostra cara sunt, pretio suo uilia. Nescimus aestimare res de quibus non cum fama, sed cum 27 rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum quo mentes in se nostras trahant praeter hoc, quod mirari illa

r = *Nam cum beneficium par est iniuriae.* w = *Nam cum bene par est.*

25. RP3. = *humanitas declinat.* r = *sic sapiens ubi.* wArg.b = *sic animo sapientis.* G = *sic animo sapiens.* Arg.b = *paria beneficiis merita.* P = *sed non desinit velle.*

RP3. mP2. mCol. + *quod qui* [in R *qui* supra lineam legitur] *accepto quod praestaverant usuram vel huiusmodi remittunt vel post tabulas novas.* B = *et hoc facit quidem post acceptum quod praestaverit usuram vel eiusmodi remittunt vel tabulas novas.* αβγιμθοπτ + *quod qui accepto quod praestaverat* [*praestaverant. praestiterint. praestiterit*] *paraverant usuram vel eiusmodi remittunt vel post* [quidam — *post*] *tabulas novas.* γιμτ haec ab eadem quidem manu habent, sed post addita. ϰP4. = *et hoc quidem facit illi quia* [ϰ = *qui*] *accepto quod praestaverant usuram vel eius modum* [ϰ = *modi*] *remittunt vel tabulas novas solvit* [ϰ = *condunt*]. Cod. Lips. = *quod qui accepto quidem praestaverat usuram vel huiusmodi remittit vel tabulas novas solvit.* εζυ + *qui post aes tabulas novas solvunt.* P = *qui potest tabulas novas s.* Sanct. ci. + *qui aes post tab. n. solvunt.* 𝔑 — 𝔗𝔈 1. 2. + *post tabulas accepto quidem praestaverant usuram vel hi remittunt vel tabulas novas s.* 𝔅 + *quod qui accepto quod praestiterant usuram vel hi remittunt: vel tabulas novas s.* r = *contempsit.* r — *et* ante *in exilium.*

26. Cod. Iur. = *obiicienda sermonibus.* G = *nihil lucilius, cum accepimus.* R𝔛 = *cum acceperimus.* 𝔛 = *oblivionem beneficiorum.*

petendum = PRArg.b BV ρρ (exc. σ) P2. 3. Col. 𝔛𝔈1. 2. GP1. = *perpetrandum.* rwσ P4. ex. divae Mariae Salmentic. 𝔑 — 𝔅 𝔈 — 𝔖 = *impetrandum.*

consueuimus. Non enim, quia concupiscenda sunt, laudantur: sed concupiscuntur, quia laudata sunt: et cum singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credidimus, sic et hoc eidem populo creda-
28 mus nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt. in hoc bonis malisque conueniet. Erunt qui uoluptates laudent. erunt qui labores malint. erunt qui dolorem maximum malum dicant. erunt qui ne malum quidem adpellent. diuitias aliquis ad summum bonum admittet. alius illas dicet malo uitae humanae repertas, nihil esse eo locupletius cui quod donet fortuna non
29 inuenit. In tanta iudiciorum diuersitate referendam bene merentibus gratiam omnes tibi uno quod aiunt ore adfirmabunt. in hoc tam discors turba consentiet, cum interim iniurias pro beneficiis reddimus. Et prima causa est cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non potuit. Eo perductus est furor, ut periculosissima res sit beneficia in aliquem magna conferre: nam quia putat turpe non reddere, non uult esse cui reddat. Tibi habe quod accepisti: non repeto, non exigo. profuisse tutum sit. Nullum est odium perniciosius quam e beneficii uiolati pudore. Uale.

27. Arg.b — *enim* ante *quia concupiscenda.*
illa credidimus = PRw𝔄𝔈1. — 𝔐. rG𝔑 — 𝔅𝔏𝔖 = *illa credimus.* Rell. n. l.
sic et hoc eidem populo credamus. Sic scripsi ex coniectura. P = *sic et hoc idem populo credamus.* Antiqq. ρρ tres Ops. = *sic et hoc fidem populo credamus.* Hac quoque scriptura poteram defendere coniecturam meam: quam facile enim EIDEM mutari potuerit in FIDEM, satis perspicitur. Recc. ρρ = *sic et hoc fide* [*fidei*] *populi credamus.* V Col. 𝔈1. 𝔐 = *sic et in hoc fidem populo demus.* r = *si et hoc fidei populi credamus.* R vetust. ex. Pinc. unus Ops. P2. 𝔖 = *sic et hoc fidei* [R s.m. = *fide*] *populi credamus.* w G Arg.b P1. 4. = *sic et in hoc* [G P1. 4. = *hic*] *fidem* [P4. = *fide*] *populo credamus.* B P3. 𝔄 = *sic et hoc fide populo* [P 3. = *populi*] *credamus.* (Grut. Gron. amplectuntur *fide populi.*) 𝔑 — 𝔗 = *sic et hoc fide illa credamus.* 𝔅 = *sic et haec fide populi credamus.* 𝔈2. = *sic et hoc populo demus.* 𝔈𝔊 = *sic et hoc populo credamus.* 𝔏 — 𝔐a = *sic et in hoc fidei populi credamus.*

28. w = *ex barbaris nationibus*, quod nonn. ρρ in oris ferunt.
r + *qui labores et dolorem.* 𝔄 = *dolores.* r = *nec malum quidem.* r = *admittit.* 𝔄 = *dimittet.* 𝔄 — *humanae.* R = *nil esse locupletius eo.* GμνΘ𝔄 = *quod doceat fortuna.* mυ = *cui quomodo noceat fort.*

29. V αεϑμKΘτ = *si satis esse gratus potuit* om. *non.* G omittit *satis* et *non.* P = *cum beneficiis reddimus.* scriptura sane speciosa.
RGB P 1. 3. 4. Col. = *ut periculosa res sit.* 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *ut perniciosissima res sit.* αβσπ = *magna transferre.* w = *non expeto, non exigo.* r = *profuisse tuum sit.* r — *est* ante *odium.*
quam e beneficii violati pudore = P. 𝔏 — 𝔖 = ∾ *ex benef.*

EPISTULA LXXXII.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Desii iam de te esse sollicitus. Quem, inquis, deorum
sponsorem accepisti? Eum scilicet qui neminem fallit, animum
recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior est. Potest
fortuna tibi iniuriam facere: quod ad rem magis pertinet non ti-
meo ne tu facias tibi. I qua ire coepisti et in isto te uitae ha-
bitu conpone placide, non molliter. Male mihi esse malo quam
molliter: nunc sic excipe quemadmodum a populo solet dici dure,
aspere, laboriose. Audire solemus sic quorumdam uitam lauda-
ri quibus inuidetur: Molliter uiuit. hoc dicunt, malus est. Pau- 2
latim enim effeminatur animus atque in similitudinem otii sui et
pigritiae in qua iacet soluitur. Quid ergo? uiro non uel obri-
gescere satius est? Deinde delicati idem timent mori cui uitam
suam fecere similem. Multum interest inter otium et conditi-

∾. r = *quam me violati benef. pudere.* RB Arg.b Vβλ P 2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈 2. = *quam me* [βλ — *me*] *benef. violati* [Rβλ P3. + *non*] *pudere.* w𝔊 — 𝔐 = *quam beneficii violati pudere.* Gϛ P 1. = *quam me beneficii* [ϛ P1. = *beneficium*] *violati petere* [mG = *pudere*]. γδ = *quam nec beneficii viol. pudere.* εκο P 4. Pinc. = *quam me* [P 4. Pinc. — *me*] *benef. oblati pudere.* Ex rell. ρρ antiqq. = *quam me benef.* recc. = *quam benef. viol. pudere.*

Ep. LXXXII.

V = *Desine iam.* G = *Desinam de te.* Gw = *facias mihi.*

I qua ire coepisti = R ρρ (exc. αγδεκνΚοσ) 𝔅 — 𝔈 1. 𝔈 2. — 𝔖 — *ire.* PG Arg.b V — *I.* quod facile potuit excidere propter ultimam *i* in *tibi.* r = *quia ire coepisti* om. *I.* wαεκνοσ = *Qua ire coepisti vade.* K = *Qua ire coepisti insta.* γδ = *Insta qua ire coepisti.* 𝔑 — 𝔗 = *tibi idem. Quare coepisti vade.* Arg.b — *vitae.*

Male mihi esse malo = mss. (exc. RGrγδϛκλ) 𝔑 — 𝔐𝔖. (𝔑 — 𝔅 = *Malo* ∾ *male.*) 𝔄 — *mihi.* r = *Male mihi rem malo.* Rγδϛκλ Sicul. 𝔏 — 𝔐a = *Male tibi esse malo.* G = *Malo tibi esse malum.*

nunc sic excipe = PRrGw Arg.b γδηϛκμνΚσυ P 1. 4. 𝔄𝔑 — 𝔊. sR P3. ζλ = *Hoc sic excipe.* Et fieri potuit ex HOC NŪC. B = *non sic accipe.* 𝔑u 𝔐a = *Hoc sic accipe.* V rell. ρρ ex. antiq. Pinc. = *Nunc sic accipe.* 𝔐 — 𝔅 1. 𝔖 = *Male nunc sic accipe* ex Mur. ing.

malus est = G (BV antiqq. ρρ) P1. 4. libri vett. Mur. 𝔐 — 𝔖. PRr w Arg.b recc. ρρ P 2. 3. Col. Erfurt. Heins. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *mollis est* et defendit Gron.

2. r — *sui* post *otii.* υ = *odii sui.* GVηϛμKΘ = *motus sui.* ζ = *mortis suae.* RB — *vel* ante *obrigescere.* Gϛ = *non vult obrig.* mG = *non velis obr.* γδκ = *non velle obr.* r𝔑 — 𝔗 = *satis est.*

delicati idem = PRrGw Arg.b. V ρρ (exc. αε) = *delicati iidem.* B = *idem dilecti.* αε 𝔄𝔑 — 𝔖 — *idem.*

timent mori = GB 𝔑 — 𝔗. cf. Ep. 77, 15. *Mori times.* et Cic. ad Fam. XV, 15, 2. *ut ipsum vinci contemnerent.* P mG Arg.b V antiqq. ρρ cod. Iur. = *timent morti.* Rrw 𝔈 1. — 𝔖 = *timent mortem.* 𝔅 = *mortem delicati timent.* quem verborum ordinem velim attendas. R — *suam* post *vitam.* P = *facere similem.* 𝔑 — 𝔅 = *fecerint sim.*

uum. Quid ergo? inquis, non satius est uel sic iacere quam
istis officiorum uerticibus uolutari? Utraque res detestabilis est
et contractio et torpor. Puto, aeque qui in odoribus iacet mor-
3 tuus est quam qui rapitur unco. Otium sine literis mors est et
hominis uiui sepultura. Quid denique prodest secessisse? tam-
quam non trans maria nos sollicitudinum causae persequantur.
Quae latebra est in quam non intret metus mortis? quae tam
emunita et in altum subducta uitae quies quam non dolor terri-
4 tet? Quocumque te abdideris mala humana circumstrepent. Mul-
ta extra sunt quae circumeunt nos quo aut fallant aut urgeant,
multa intus quae in media solitudine exaestuant. Philosophia
circumdanda est, inexpugnabilis murus quem fortuna multis ma-
chinis lacessitum non transit. In insuperabili loco stat animus
qui externa deseruit et arce se sua uindicat: infra illum omne te-
lum cadit. Non habet, ut putamus, fortuna longas manus: nemi-
5 nem occupat nisi haerentem sibi. Itaque quantum possumus
ab illa resiliamus: quod sola praestabit sui naturaeque cognitio.

ℜ—𝔗 = *non satis est.* Arg.b — *vel* ante *sic iacere.* r nonn. ρρ 𝔅 + *quam in istis.* PG Arg.b B antiqq. ρρ 𝔄ℜ—𝔗 𝔈1. — 𝔊 + *quam et istis.* quod vide num recipiendum fuerit.

verticibus = PRwB ℜ — 𝔈1. V = *virtutibus.* Gr𝔄𝔈1. — 𝔖 = *vorticibus.* Rell. n. l.

utraque res detestabilis est = PRrw mG Arg.b B ρρ P2. 3. 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔊. GP1. = *u. res de talibus est.* Liber Constantini 𝔐 — 𝔖 = *u. res letulis est.* λΘ mυ = *rapitur hinc.* mγ = *rapitur orco.* ι = *rapitur vento.* V — *unco.*

3. G + *Hec otium sine literis.*

rw = *Quid deinde prodest.*

r = *tamquam nos ad maria* om. *non.* rGB Pall. ℜ — 𝔅𝔖 = *prosequantur.* Rell. ∾.

emunita = PGwRr Arg.b B μKΘ et plerique alii ρρ mP2. P3. 𝔄ℜ—𝔊. P2. 4. = *eminuta.* P1. = *tam omni vita.* V = *mutata.* 𝔐 — 𝔖 = *munita.* r = *requies.*

Arg.b — *non* ante *dolor.* r = *dolor territi.* Gν et plerique alii ρρ ℜ — 𝔗 = *Quacumque te.*

4. G = *Multa exempla sunt.* ℜ — 𝔗 = *Multa extranea sunt.*

𝔄ℜ — 𝔗 = *circueunt.* PG (m∾) = *circum in nos.*

quo aut fullant = μυ (BV) 𝔏 — 𝔖. PGwRr Arg.b plerique ρρ ℜ — 𝔐 = *quae aut fallant.* αβετ ℜ — 𝔗 + *aut falli urgeant.* 𝔈2. — 𝔐𝔞 + *quae etiam in media.* Gw nonn. recc. ρρ = *sollicitudine.* ν nonnullique alii ρρ = *exaestuent.* r = *Philosophiae circumdandus est.* w — *est* post *circumdanda.* G P1. 3. (4?) = *circ. sunt.* Rιλπ = *circumdata est inexpugnabili muro.* V — *circ. est.* P2. 3. = ∾ *inexpugnabili muro.* P + *est murus.* Col. + *murus est.*

Cod. Lips. = *lacessitum non traxit.*

In insuperabili loco = PGRr (Arg.b BV) ρρ (exc. ενт) Pinc. Pall. 𝔈 — 𝔐𝔞. wεντ Iur. 𝔄ℜ — 𝔈2. 𝔖 — *In.* w = *deserit et in arce sua se.* 𝔄 = *et arte se sua.* rB = *vindicavit.*

5. ν + *in quantum possumus.*

G (s∾) = *quia sola.* PwrB ρρ (exc. λσ ∾) 𝔄ℜ — 𝔈1. = *naturaeque condicio.* Ab Arg.b *cognitio* ab-

Sciat quo iturus sit, unde ortus, quod illi bonum, quod malum
sit, quid petat, quid euitet, quae sit illa ratio quae adpeten-
da ac fugienda discernat, qua cupiditatum mansuescit insania,
timorum saeuitia conpescitur. Haec quidam putant ipsos etiam
sine philosophia repressisse: sed, cum securos aliquis casus ex-
pertus est, exprimitur sera confessio. magna uerba excidunt, 6
cum tortor poposcit manum, cum mors propius accessit. Pos-
sis illi dicere: Facile prouocabas mala absentia. ecce dolor quem
tolerabilem esse dicebas, ecce mors quam contra multa animose
locutus es. sonant flagella, gladius micat:

Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.

Faciet autem illud firmum adsidua meditatio, si non uerba exer- 7
cueris, sed animum, si contra mortem te praeparaueris aduer-
sus quam non exhortabitur nec adtollet qui cauillationibus tibi
persuadere temptauerit mortem malum non esse. Libet enim,
Lucili uirorum optime, ridere ineptias Graecas quas nondum,
quamuis mirer, excussi. Zenon noster hac collectione utitur:
*Nullum malum gloriosum est. mors autem gloriosa est:
mors ergo non est malum.* Profecisti: liberatus sum metu. 8
post hoc non dubitabo porrigere ceruicem. Non uis seuerius lo-
qui nec morituro risum mouere? Non mehercules facile tibi di-

fuisse videtur. mγ = *naturaeque consideratio.* βγδζιοπ + *Si sciat quo.* R Arg.b = *quid illi bonum, quid malum sit.*

quid evitet = PRrw Arg.b. G 𝔄ℜ — 𝔖 = *quid devitet.* Rell. n. l.

P = *quae ad cupiditatum mans. ins.* reliquis omissis. ℜ — 𝔅 = *aut fugienda.* G = *que fugienda.* ν nonnullique alii ρρ — *etiam* ante *philosophia.* Arg.b = *sine ph. reprensisse.* Lips. ci. = *sine ph. repperisse.* r = *cum securis aliquis casus impactus est.* P = *securus.* ℜ — 𝔗 = *secuturos.* 𝔖 = *secundos.*

6. ν nonnullique alii = *poscit.* R (s∾) = *pop. manum certa mors.*

PGB = *potius accessit.* r = *Posses illi.* r = *quam tolerabilem.* Cod. Iur. = *contra quam multa.* P = *animosa elocutus es.* 𝔍u = *Nunc animus opus.* 𝔄 + *opus est animis* et = *nec pectore.* G = *pectora firma.*

7. P = *Facit autem.* G = *nec extollis qui.* rβγδπ + *cavillationibus suis.* P = *redire ineptias Gr.* Grut. ci. = *quamvis impiger.* Lips. ci. = *quamvis iners* vel *quamvis mirere.* Recte Ruhk. explicat: *quamvis mirer me i. Gr. nondum excussisse.* Col. = *quamvis evitet.* Rw 𝔄 𝔈1. — 𝔐a = *Zeno.* Rell. etiam Iur. ∾. Dicit Iuretus eundem librum plerumque etiam *Platon* scribere, quod in nostris quoque alicubi legitur. R (cr. ∾) = *collocutione.* w(cr. ∾) = *collatione.*

8. *post hoc* = PRB antiqq. ρρ cod. Iur. 𝔄—𝔈1. Gwr ℜ — 𝔅𝔈2. — 𝔖 = *post haec.* sR λ = *posthac.* Col. m𝔈 2. = *sed morituro.* P = *moriturum riso movere.* w Arg.b = *moriturum risu movere.* quod fortasse placebit alicui.

RGw 𝔄ℜ — 𝔖 = *mehercule.* V = *hercule me.* Pr ∾. Rell. n. l.

GBV antiqq. ρρ 𝔄 = *facile tibi*

xerim utrum ineptior fuerit qui se hac interrogatione iudicauit
mortis metum exstinguere an qui hoc, tamquam ad rem perti-
neret, conatus est soluere. Nam et ipse interrogationem con-
trariam obposuit ex eo natam, quod mortem inter indifferentia
9 ponimus quae ἀδιάφορα Graeci uocant. *Nihil,* inquit, *indiffe-
rens gloriosum est. mors autem gloriosum est: ergo mors
non est indifferens.* Haec interrogatio uides ubi obrepat. Mors
non est gloriosa. sed fortiter mori gloriosum est. Et cum dicis,
Indifferens nihil gloriosum est, concedo tibi ita, ut dicam
nihil gloriosum esse nisi circa indifferentia. Tamquam indiffe-
rentia esse dico (id est nec bona nec mala) morbum, dolorem,
paupertatem, exilium, mortem. Nihil horum per se gloriosum
10 est, nihil tamen sine his: laudatur enim non paupertas, sed quem
non submittit, non incuruat. laudatur non exilium, sed qui

dixissem. w = *metum excutere.* r = *ex eo natura.*

R = *quae ata opera Graeci vocant.* r = *quae aara Gr. v.* G nonn. ρρ = *quae atrapa Gr. v.* Arg.b = *aaca2 papa.* w = *quae adiainopa Gr. v.* B = *quae alfa fora Gr. v.* 𝔄 = *quae* [sp. vac.] *id est ulta fora Gr. v.* 𝔑 = *quae* λοπα *Gr. v.* alii aliter.

9. R = *mors autem gloriosa est.* V = *mors igitur non est gloriosa.*

ergo mors non est indifferens = mss. 𝔄𝔑 — 𝔈2.𝔖. 𝔈 = *et ergo mors non ind.* 𝔊 — 𝔐a — *est.*

r = *oprepat.* Arg.b = *crepat.*

𝔑 — 𝔅 = *fortiter autem mori.* G𝔄𝔖 — *sed.*

et cum dicis = mss. etiam Gr. (exc. Col.?) Ops. Norimb. Herbip. 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔈2. — 𝔖 = *et cum dicit.* Erlang. Iani 𝔈1. — *et cum dicis* — *nisi circa indifferentia.*

tamquam indifferentia esse dico (id est nec bona nec mala) morbum = PGRr ρρ P2. 3. Col. Erfurt. Heins. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔈1. 𝔑u — 𝔖. 𝔅 — *tamquam.* P1. 4. = ∾ *dico idem nec dico bona nec mala morbum.* w = ∾ *dico scilicet nec* ∾. 𝔈2. — 𝔅1. = *indiff. autem esse dico nec bona nec mala tamquam morbum.* P + *scilicet morbum.* r = *morbos.* r recc. ρρ 𝔑 — 𝔅 + *nihil tamen laudatur sine his.*

10. G — *enim non paupertas.* RBαβηικλμοπτυ Col. P3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔅 + *laudatur enim pauper voluntarius, non* [B = *nam*] *paupertas.* Etiam rell. ρρ fere omnes hoc additamentum in oris ferunt. P1. = *nil tamen sine his laudatur. Paupertas non submittit sed incurvat.*

sed quem non submittit = GwV 𝔑 — 𝔅𝔖.

non incurvat = R Arg.b 𝔑 — 𝔅. w + *non sed incurvat.* V = *nec se incurvat.* Pνσ 𝔄 = *non paupertas non submittit, sed incurvat.* Etiam Arg.b — *sed quem.* R + *non paupertas, sed ille quem non submittit, non inc.* rP3. 4. *non paup., sed ille quem non submittit nec inc.* G = ∾ *nec incurvat.* B = *nam paup. non subm., sed incurvat.* αβηικλμοπτυ = *non paup. seu quem non subm. nec incurvat.* K = *non paup., sed ille quem non submittit, sed is qui patienter tulit nec incurvatur.* ζ = *non paupertas, sed pauper voluntarius. Paupertas non submittit, sed incurvat.* φ = *laudatur enim non paupertas, sed pauper voluntarius. Laudatur morbus, sed ille quem non submittit nec incurvat.* Col. = *non paup., sed*

hoc non doluit. laudatur non dolor, sed ille quem nihil coegit
dolor. nemo mortem laudat, sed eum cuius mors ante abstulit
animum quam conturbauit. Omnia ista per se non sunt honesta
nec gloriosa: sed quicquid ex illis uirtus adiit tractauitque ho-
nestum et gloriosum facit. Illa in medio posita sunt: interest 11
utrum malitia illis an uirtus manum admouerit. Mors enim illa
quae in Catone gloriosa est in Bruto statim turpis est et erube-
scenda. Hic est enim Brutus qui, cum periturus mortis moras
quaereret, ad exonerandum uentrem secessit et euocatus ad
mortem iussusque praebere ceruicem: *Praebebo, inquit, ita*
uiuam. Quae dementia est fugere, cum retro ire non pos-
sis? *Praebebo,* inquit, *ita uiuam.* paene adiecit, *uel sub*
Antonio. O hominem dignum qui uitae dederetur! Sed, ut 12
coeperam dicere, uides ipsam mortem nec malum esse nec bo-

quem ipsa non etc. P2. 𝔈2. — 𝔐a = *non paupertas, sed is quem non subm. nec inc.* 𝔈1. = *non paup. sed quenquem non subm. nec inc.* Rr Arg.b P3. Col. 𝔑 — 𝔅 + *laudatur enim non exilium.* V — *laudatur — doluit.*

sed qui hoc non doluit = mG 𝔈1. — 𝔖. Hoc tenui: sed vide, num quid melius possis eruere ex depravata mstorum scriptura. Pw Arg.b = *non exilium ut quam misisset.* GP1. = *non exilium numquam misissetis.* Δ = *non exilium, sed ille Rutilius qui fortior in exilium ire vult, quam ut misisset.* Fortasse hic latet verum: certe scripturae codd. Pw Arg.b GP1. hinc ortae. B = *non exilium, sed quisquis hoc non doluit, quamvis isset* cr. *vel esset.* πσ P2. = *non exilium, sed qui patienter tulit.* Quidam Pinc. = *non exilium, sed is qui patienter tulit.* P4. = *non exilium, sed is qui fortiter tulit exilium.* RP3. Col. + *non ex., sed qui hoc non doluit, quamvis inisset.* Alii Pinc. + *n. exil., sed qui non doluit, quamvis isset.* Ipse Pinc. ci. = *sed qui non doluit, cum exulasset.* Rell. ρρ (exc. γδν, qui sunt manci hoc loco) promiscue + *sed qui hoc non doluit, quamvis* [*quantumvis*] *isset* [*ivisset. inisset. misisset. invisus*].

r — *ille* ante *quem nihil coegit.* G(m∾) P1. — *sed ille — dolor.* P2. = *sed eum quem coegit nil dolor.* P4. = *sed is nil coegit dolor.* φ + *nihil inhonestum coegit dolor.* εμK = *nihil cepit dolor.*

cuius mors = PG Arg.bB ρρ (exc. λ) 𝔑 — 𝔅. Iunge *cuius* cum *animum.* Rrwλ 𝔛𝔈1. — 𝔖 = *cui mors.* V = *sed cuius mors non abstulit.* Etiam P2. = *non abstulit.* w = *non gloriosa.*

11. 𝔐 = *utrum malacia illi.* w — *est* ante *enim Brutus.* r — *enim* ante *Brutus.* 𝔑 — 𝔅 = *morituras mortis morus.* νσ = *cum paratae mortis inducias quaereret.* πσ = *cum paratae mortis moras.* 𝔛𝔈1. — 𝔐 = *mortis moras peteret* contra mstos etiam Mod. Ops. Gr. w bis = *Praebeo.* rτπφ bis + *ita ut vivam.* γδ bis = *ut vivam.* 𝔛 + *ita ut vivam* et mox — *Praebebo, inquit, ita vivam.* w = *bene adiecit.* B — *paene adiecit.*

12. Arg.b = *qui vitae deberetur.* Col. = *qui vitae dederat.* mCol. = *qui vitae dedignatur.* mP2. = *qui vitae dignatur.* RB 𝔑 — 𝔗 = *qui vivere dedignatur.* PB P1. 𝔛𝔈1. — 𝔐 = *dicere, ut des ipsam mortem.* P2. =

num: Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Omnis res quod non habuit decus uirtute addita sumit. Cubiculum lucidum dicimus. hoc idem obscurissimum est nocte: dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic istis quae a nobis indifferentia ac media dicuntur, diuitiis, uiribus, formae, honoribus, regno et contra morti, exilio, malae ualitudini, doloribus quaeque alia aut minus aut magis pertimuimus aut malitia aut uirtus dat
13 boni uel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est: in fornacem coniecta concaluit, in aquam remissa refrixit. Mors honesta est per illud quod honestum est, id est uirtus et animus externa contemnens. Est et horum, Lucili, quae adpellamus media grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est quomodo utrum capillos pares habeas: mors inter illa est quae
14 mala quidem non sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est et permanendi conseruandique se insita uoluntas atque adspernatio dissolutionis, quia uidetur multa nobis bona eripere et nos ex hac cui adsueuimus rerum copia educere. Illa quoque res morti nos alienat, quod haec iam nouimus, illa ad quae transituri sumus nescimus qualia sint et horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est in quas adductura mors
15 creditur. Itaque etiam si indifferens mors est, non tamen ea est quae facile neglegi possit: magna exercitatione durandus

vel des. G P1. Col. = *Omnis res qui.* P2. 4. = *Omnis res quae.*
R (cr. ∾) = *dies illi lucem infundunt.* Arg.b — *viribus.* 𝔄 = *moribus, formae.* w = *forma, honoribus.* R = *doloribus omnibusque aliis aut minus.*

13. r = *non calida.* β = *remissa refriguit.* ζ = *rem. refrigescit.* 𝔄 = *rem. refrinxit.* w = *per illum quem honestat.* Arg.b ν nonnullique alii ρρ 𝔑 — 𝔗 = *quod honesta est.* P P1. = *id virtus* om. *est.* Arg.b Col. 𝔄 = *idem virtus.* PG Arg.b antiqq. ρρ P1. 2. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔈1. 𝔖 = *extrema contemnens.*
o = *Sunt et horum — magna discrimina.* P3. 4. 𝔄𝔈 1. — 𝔖 = *Est et horum — grande discrimen.* Rell. etiam Gr. = *Sunt — grande discrimen.* 𝔑 — 𝔅 = *Sunt et eorum, mi Lucili.* Arg.b 𝔑 — 𝔅 = *appellantur.* r — *enim* ante *sic mors.* G = *quomodo verum capillos.* r = *utrum cap. habeat partes.* w = *habeat.* P2. 3. 𝔅𝔏 — 𝔖 + *pares habeas, necne.* Rell. etiam Gr. ∾. Arg.b + *mors quidem inter illa* et — *mali* ante *speciem.*

14. βι = *insita voluptas.* PR rG Arg.b BV μKΘ all. recc. ρρ Pall. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *aeque aspernatio.*
Arg.b = *adsuevimus iterum copia.* V + *rerum corporum copia.* w + *iam non novimus.*
r recc. ρρ nonn. + *in quas nos adductura mors.* P2. 3. + *adductura nos mors.* P4. = *adducta mors.* R + *adductura mors nos est.* 𝔄 = *mors traditur.*

15. 𝔈 — 𝔐𝔞 — *est* post *indifferens mors.*
non tamen ea est quae facile neglegi possit = PRrB ρρ Pall. Erlang. Iani (qui ita scribendum esse

est animus, ut conspectum eius accessumque patiatur. Mors contemni debet magis quam solet: multa enim de illa credimus. multorum ingeniis certatum est ad augendam eius infamiam. descriptus est carcer infernus et perpetua nocte obpressa regio in qua ingens ianitor Orci

Ossa super recubans antro semesa cruento
Aeternum latrans exsangues territat umbras.

Etiam cum persuaseris istas fabulas esse nec quicquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus: aeque enim timent ne 16
apud inferos sint quam ne nusquam. His aduersantibus quae nobis obfundit longa persuasio fortiter pati mortem quidni gloriosum sit et inter maxima opera mentis humanae? quae numquam ad uirtutem exsurget, si mortem malum esse crediderit: exsurget, si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natu- 17
ra, ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat: pigre ueniet et cunctanter. non est autem gloriosum quod ab inuito et tergiuersante fit. Nihil facit uirtus, quia necesse est. Adice nunc quod nihil honeste fit, nisi cui totus animus incubuit atque adfuit, cui nulla parte sui repugnauit. Ubi autem 18
ad malum acceditur aut peiorum metu aut spe bonorum ad quae peruenire tanti sit deuorata unius mali patientia: dissident inter

primus docuit). Norimb. 𝔛 — *est.* 𝔑 — 𝔅 — *ea.* Herbip. = *ea est q d'* ∾. Gw + *non tamen inter ea est* ∾. Col. 𝔈 I. — 𝔐a = *n. t. inter ea est quae — possint.*

rArg.b = *de illa crededimus.*

mGP1. 2. 4. Col. = *carcer inferis.* Grut. ci. = *inferus.* w = *ingens enitor Orci.* P 1. = *ingerens ianitor.* G = *recumbens antro.* P = *recubans atro.* G = *exsanguis.*

territat = Rr P3. Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔖. P = *terrat.* Gw Arg.b Gr. (exc. P 3.) 𝔛𝔑 — 𝔈 2. = *terreat,* quod legitur apud Virg. (A. VI, 401.). Sed cum alium Virgilii versum (A. VIII, 297.) huic praefixerit Seneca, ipse videtur etiam *territat* scripsisse, quod huic loco magis est accommodatum. w + *et etiam cum persuaseris.* R𝔑 — 𝔖 + *Sed etiam cum.* De *Sed* a librariis temere addito cf. ad 6. 32.

Priscus cod. Pinc. 𝔈 — 24. = *ista fabulas esse.* B𝔛 = *superesse quod timeatur.*

16. 𝔑 — 𝔗 = *quam ne usque.* Mod. ci. mm𝔈 2. 𝔈 = *His obversantibus quae nobis.*

obfundit (*off.*) = P Arg.b γ duo Ops. Erfurt. Iur. 𝔑u — 𝔖. B = *offendit.* P1. 4. = *offendat.* μν KΘ = *offendit* vel *offendat.* w αικοπσ P2. 𝔑 — 𝔅 = *effundit.* mG β = *effudit.* Rr P3. Col. 𝔛 = *ostendit.* δεζηλτυ = *ostendit* vel *ostendat* = G. V𝔈 I. — 24. = *infudit.* 𝔊ro𝔅 I. = *offudit.*

μνKΘ𝔛 = *quid nisi gloriosum sit.* 𝔑 — 𝔗 = *quod nihil gloriosum sit.* 𝔑 — 𝔅 = *si putaverit indiff. esse.*

17. r = *quod necesse est* et *quia nihil honeste.* R = *animus incumbit.*

18. (Recc. nonn. ρϼ) Col. mP2. 𝔛𝔑 — 𝔐a (exc. 24.) + *aut peiorum metu fit.* Rell. ∾. r = *aut sepe bonorum.*

se iudicia facientis: hinc est quod iubeat proposita perficere, illinc quod retrahat et ab re suspecta ac periculosa fugiat: igitur in diuersa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Uirtus enim concordi animo decreta peragit. non timet quod facit.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito
Qua tua te fortuna sinet.

19 Non ibis audentior, si mala illa esse credideris. Eximendum hoc e pectore est: alioquin haesitabit inpetum moratura suspicio. trudetur in id quod inuadendum est. Nostri quidem uideri uolunt Zenonis interrogationem ueram esse, fallacem autem alteram et falsam quae illi obponitur. Ego non redigo ista ad legem dialecticam et ad illos artificii ueternosissimi nodos: totum genus istuc exturbandum iudico quo circumscribi se qui interrogatur existimat et ad confessionem perductus aliud re-
20 spondet, aliud putat. Pro ueritate simplicius agendum est, contra metum fortius. Haec ipsa quae uoluuntur ab illis soluere malim et expendere ut persuadeam, non ut inponam. In aciem educturus exercitum pro coniugibus ac liberis mortem obiturum quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totum reipublicae bellum in unam transferentes domum. Laconas tibi ostendo in ipsis

r = *iudicia facientes.* w = *a re suspecta.* r = *et periculosa.*

fugiat = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. Pinc. ci. m𝔈𝔐 — 𝔐a = *fuget.* r = *Tu ne crede malis.*

Gw = *audacior ito.*

Qua tua te fortuna sinet = P Rr(B) βζν 𝔄𝔊ro — 𝔖. wGr. 𝔑 — 𝔊 𝔏 — 𝔏4. mss. et plerique imprr. Virgil. = *Quam tua* ∾. G = *Quam tute fort.* ∾. Arg.b. Ops. = *Quam tua te fortuna sinat.* Haec omisit Mur. negatque in *Notis* in mstis Sen. aut apud Virg. (A. VI, 96.) exstare.

19. 𝔄𝔑—𝔈2. = *Non ibis audacior.* B = *sic mala illa credideris.* Haec in B sunt ultima Senecae verba, quae excipiuntur ab Symmachi Epistolis.

Arg.b — *illa* post *mala.* G = *existimandum hoc pectore.*

alioquin haes. = PRr ci. Erm. 𝔐 — 𝔖 (𝔖 = *alioqui*). wArg.b P2. = *aliquis haesit.* Col. 𝔑 — 𝔅 = *aliquando haes.* G = *aliqm̃ exitubit.* P3. = *alioqui exhitabit.* P4. = *adhaesitabit.* Nonn. ρρ = *aliquem* vel *aliquando excitabit.* 𝔄𝔈1. 2. = *aliquem haesit.* Grut. Lips. cii. = *alioquin hebetabit.* Sed Gron. defendit et explicat *haesitabit.* 𝔍u = *imperium* pro *inpetum.* Arg.b = *moratus. suspicio.* 𝔑 — 𝔅 = *retrudetur in id.* P3. Col. = *veternosissimas.*

genus istuc = Pr. ιμΚΘτ = *genus isthuc.* R 𝔄𝔑 — 𝔖 = *genus istud.* w = *istud genus.* G = *genus illud.* Rell. n. l.

G = *exturbubis.* 𝔑 — 𝔅 = *circumscribi sese.* R P3. = *deductus aliud resp.* G(s∾) P1. 4. = *ductus.*

20. w(s∾) = *supplicius agendum.*

expendere = mss. 𝔄𝔑 — 𝔏4. 𝔊ro — 𝔖 = *expandere.* ex librarii errore, puto. ν = *non ut imponant.* Cod. Iur. = totum *Romani populi bellum.* vid. ad Ep. 51, 11.

Thermopylarum angustiis positos: nec uictoriam sperant nec
reditum. ille locus illis sepulcrum futurus est. Quemadmodum 21
exhortaris ut totius gentis ruinam obiectis corporibus excipiant
et uita potius quam loco cedant? Dices: *Quod malum est
gloriosum non est. mors gloriosa est: mors ergo non ma-
lum?* O efficacem concionem! Quis post hanc dubitet se
infestis ingerere mucronibus et stans mori! At ille Leonidas
quam fortiter illos adlocutus est! *Sic*, inquit, *commilitones,
prandete tamquam apud inferos coenaturi.* Non in ore cre- 22
uit cibus, non haesit in faucibus, non elapsus est manibus:
alacres et ad prandium illi promiserunt et ad coenam. Quid?
dux ille Romanus qui ad occupandum locum milites missos,
cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic adlo-
cutus est: *Ire, commilitones, illo necesse est unde redire
non est necesse.* Uides quam simplex et imperiosa uirtus sit.
Quem mortalium circumscriptiones uestrae fortiorem facere,
quem erectiorem possunt? Frangunt animum qui numquam mi- 23
nus contrahendus est et in minuta ac spinosa cogendus, quam
cum aliquid grande conponitur. Non trecentis, sed omnibus
mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces
malum non esse? quomodo opiniones totius aeui quibus protinus
infantia imbuitur euincis? quod auxilium inuenis? quid dicis 24

sperant = PG Arg.b antiqq. pp et alii Sc P1. Col. 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔖. P4. = *sperent*. Rrw P2. 3. castigatiss. cod. Pinc. 𝔊 — 𝔐a = *sperantes*.

Cod. castigatiss. Pinc. = *sepulcrum funditus est*.

21. rGw = *vitae potius*. r + *mors autem gloriosa est*. R + *mors vera*. R = *mors autem non*. GwR 𝔑 — 𝔅 + *non est malum*. r + *malum non est*, R mG recc. pp 𝔅 = *O efficacem contentionem*. 𝔑 — 𝔗 = *contemptionem*. wvz = *conclusionem*. V = *rationem*. r = *posthac dubitet*. 𝔄𝔈1. mm𝔈2. 𝔊 = *statim mori*.

22. 𝔄 = *non inhaesit in fauc.* Gw — *in* ante *faucibus*. G P1. 4. 𝔑 — 𝔗 = *ad prandium illi promiserunt*. r recc. pp nonn. P2. 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *processerunt*. 𝔅 = *processerant*. R P3. = *accesserunt*. Alii pp Col. = *cesserunt*. Rell. etiam Mod. ∾. 𝔐 — *unde* ante *redire*. 𝔄 — *unde redire non est necesse*. Arg.b recc. pp nonn. (P1. 2. 3.) 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *circumscriptiones nostrae*. w — *quem erectiorem*. Cod. Iur. = *quem exercitiorem*.

23. R = *qui nusquam minus*. 𝔑 = *componit*.

illos doces = mss. etiam Sc Erl. Norimb. Herbip. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *docebis*.

evincis = Prw Erl. Nor. 𝔈2. — 𝔊. RG Herb. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔐 — 𝔖 = *evinces*. Rell. n. l.

invenis = Prw Erl. Nor. 𝔈2. — 𝔊. GR Herb. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔐 — 𝔖 = *invenies*.

24. *quid dicis* = P rw Erl. Nor. 𝔈2. — 𝔊. GR Herb. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔐 — 𝔖 = *q. dices*. Eadem est scriptura huius dictionis etiam infra, praeterquam quod r eam omittit.

inbecillitati humanae? quid dicis quo inflammati in media pericula inruant? Qua oratione hunc timendi consensum, quibus ingenii uiribus obnixam contra te persuasionem humani generis auertis? Uerba mihi captiosa conponis et interrogatiunculas nectis? Magnis telis magna portenta feriuntur. Serpentem illam in Africa saeuam et Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt. ne Pythio quidem uolnerabilis erat, cum ingens magnitudo pro uastitate corporis solida ferrum et quicquid humanae torserant manus reiceret: molaribus demum fracta saxis est. Et aduersus mortem tu tam minuta iacularis? subula leonem excipis? Acuta sunt ista quae dicis: nihil est acutius arista. Quaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit. Uale.

EPISTULA LXXXIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Singulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes. Bene de me iudicas, si nihil esse in illis putas quod abscondam.

𝔄𝔑 — 𝔗 = *quod inflammati.* Arg.b = *quo inflanti.* RwArg.b recc. ρρ nonn. cod. Iur. = *qua ratione hunc.* Arg.b = *hunc timendum est sensum.* sRCol. = *obnoxiam contra te.* P1. = *obnixum.*

avertis = mss. etiam Sc Erl. Nor. Herb. Iani (qui primus monuit etiam supra esse Praesens restituendum) 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *avertes.* P = *interrogatiunculas noctis.*

25. RG fere omnes ρρ (P3. 4. Col.) 𝔄𝔑 — 𝔐 = *Serpentem illum — saevum.* Rell. etiam Mod. Ops. cod. Moniousii ∾. vid. Ind. 𝔑 — 𝔗 = *etiam Romanis.* r = *terribilem.*

ne Pythio quidem = 𝔙𝔅. γη = *ne Pythico q.* P = *ne Pithyo q.* r = *ne Phitro Apollini q.* Ops. = *ne Pithio* vel *Phithio* vel *Phitio q.* R = *ne Phiton q.* G𝔄 = *Nephiton q.* P3. 4. Col. = *Ne Phiton q.* w Arg.b P1. = *Nephitio quidem.* ι = *Ne Phitio quidem pilo.* P2. = *Nephitio quidem pilo.* Matth. ci. + *ne Pythio quidem pilo.* Alii ρρ = *ne Python q.* alii = *ne Phytion q.* alii = *ne Phitio q.* Sc = *ne phitos q.* Unus Mod. = *ne Pilio q.* 𝔑 = *ne Phycio quidem.* 𝔗 = *ne phicio q.* 𝔈 2. — 𝔐𝔞 = *ne Python q.* e𝔖 = *ne pilo quidem* ex ci. Ermi, qua nihil certius esse dicit: sed non cito cuiquam persuadebit codicum optimorum scripturas examinanti, quamvis e idem illud exhibeat. e = *volnerabit.* Pinc. ci. = *invulnerabilis.* Sed haec omnia spuria esse arbitratur et a librario sciolo ingesta: assentitur Ruhk. RG (s∾) P1. 3. 4. = *vulnerabilis fuit.*

fracta hic habent omnes libri.

PRr Gw Iur. = *mortem totam.* Arg.b = *totam minutam.* 𝔑 — 𝔅 = *totam munita.* P = *sububa.* R = *non excipit.* rG = *excipit.* Haec epistola in Θ est ultima: nam in fine mancus est liber.

Ep. LXXXIII.

R = *iudicare.* w = *iudicare debes.* R P3. = *illic inesse putas.* GP1. 4. = *illis inesse.*

Sic certe uiuendum est, tamquam in conspectu uiuamus. sic
cogitandum, tamquam aliquis in pectus intimum inspicere pos-
sit. Et potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse
secretum? nihil deo clusum est: interest animis nostris et co-
gitationibus mediis interuenit. Sic interuenit, dico, tamquam
aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes et quid agam et 2
quo ordine libenter tibi scribam. Obseruabo me protinus et
quod est utilissimum diem meum recognoscam. Hoc nos pes-
simos facit, quod nemo uitam suam respicit. Quid facturi
simus cogitamus et id raro. quid fecerimus non cogitamus:
atqui consilium futuri ex praeterito uenit. Hodiernus dies soli-
dus est. nemo ex illo quicquam mihi eripuit. totus inter stra-
tum lectionemque diuisus est. minimum exercitationi corporis 3
datum. Et hoc nomine ago gratias senectuti: non magno mihi
constat. cum me moui, lassus sum: hic autem exercitationis
etiam fortissimis finis. Progymnastas meos quaeris? unus mihi
sufficit Earinus, puer, ut scis, amabilis: sed mutabitur. Iam
aliquem teneriorem quaero. Hic quidem ait nos eamdem crisim

V = *antequam in conspectu.* R + *cogitandum est.* rG = *in spectus intimum.* w = *inspectis.* V = *aliquis inspecturus animum nostrum perspicere.* R = *perspicere possit.* rGw 𝔛 ℜ — 𝔈1. = *prospicere.* αζ Col. — *Et potest.* ι + *Et potest deus.*

Rw nonn. ρρ 𝔛ℜ — 𝔊 = *deo clausum.* R(l.) = *intus animis.* RG (s∾) P 1. 3. 4. Col. = *medius intervenit.* P4. = *Sic intervenit.*

𝔈1. 2. + *dico non tamquam.*

2. P2. = *et quod est ultimum.* mP2. = *utilimum.* quod nihil est, Grutere, nisi ipsum *utilissimum* compendio scriptum. P 4. — *diem* post *utiliss.* 𝔈 2. — 𝔐 = *diem mecum* ex ing. Ermi. Rr = *facturi sumus.* RrGw Arg.b V ρρ (exc. γδϑ) P 1. 2. 3. Col. — *et id raro — non cogitamus.* rG (m∾) wArg.b 𝔛 = *atque consilium.*

3. P1. = *In unum exercit.* P3. = *corpus datum.* sw 𝔛ℜ — 𝔈 1. + *datum est.* rw + *Hic est autem.* GArg.b 𝔛ℜ — 𝔊 + *Hic autem est.* Pℜ — 𝔗 — *etiam* ante *fortissimis.* P Arg.b ℜ — 𝔗 = *fortissimus.* 𝔐 — 𝔖 + *finis est.* Utrobique delevi *est* cum Pr. Rr = *progimnasios meos.* G = *Gincisias mons.* mG = *proginnacias mons.* P1. = *Gimnisias meos.* P2. = *paginasias meos.* ρρ vel cum Gr. cod. Mur. 𝔗 — 𝔐 = *progymasios meos.* vel = *progymnasias m.* 𝔛 = *progynasios m.* ℜℜ = *progignasias m.* P ∾.

Earinus puer = 𝔈2. — 𝔖. P Iur. = *Farvius p.* wϑ = *Farinus puer.* r = *Farcius p.* Rλ = *Pharpkius p.* P3. = *Parphius puer.* G = *Sanus p.* P1. = *Sanius p.* mG quidam ρρ P2. 4. mP1. 𝔛𝔈 1. = *Farius p.* Alii ρρ Col. ℜ = *Pharius p.* 𝔗𝔙 = *Valerius puer.* P. Faber Agonist. III, 11. laudat *Carinus p.* rt P2. = *ut scis amatur.* Recc. ρρ nonn. + *mihi amabilis.* Col. + *mihi amabilis, quia docibilis et innocens est.* Grut. ci. + *mire amabil.* w + *sed iam mutabitur.* R = *Hic quidam ait.* r = *crisin.*

habere, quia utrique dentes cadunt: sed iam uix illum adsequor
currentem et intra paucissimos dies non potero: uide quid exer-
4 citatio cotidiana proficiat. Cito magnum interuallum fit inter
duos itinere diuerso euntes: eodem tempore ille adscendit, ego
descendo. nec ignoras quanto ex his uelocius alterum fiat.
Mentitus sum: iam enim aetas nostra non descendit, sed cadit.
Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit quaeris?
quod raro cursoribus euenit, hieran fecimus. Ab hac fatigatione
magis quam exercitatione in frigidam descendi: hoc apud me uo-
5 catur parum calda. Ille tantus psychrolutes qui calendis Ianua-
riis Euripum salutabam, qui anno nouo quemadmodum legere,
scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Uirginem desilire,
primum ad Tiberim transtuli castra, deinde ad hoc solium quod,
cum fortissimus sum et omnia bona fide fiunt, sol temperat.
Non multum mihi ad balneum superest. Panis deinde siccus et
6 sine mensa prandium post quod non sunt lauandae manus. Dor-
mio minimum. Consuetudinem meam nosti: breuissimo somno
utor et quasi interiungo. Satis est mihi uigilare desiisse. ali-
quando dormisse me scio, aliquando suspicor. Ecce Circensium

cadunt = PRrGw 𝔄𝔑 — 𝔏4. 𝔊ro — 𝔖 = *cadant.* G = *vexillum assequor.* P = *adsequar.* w𝔑 — 𝔅 = *inter paucissimos.* r — *Quid* ante *exercitatio.*

4. PGP1. = *inter diversos euntes.* r = *inter diversum.* Rλυφ P3. (s.m.) = *in diversum.* wγδ = *in diversa.* χνο = *iter diversum.* Cod. Iur. = *diverso* om. *itinere.* Rell. etiam Gr. ∾. R recc. ρρ nonn. Col. P3. (s.m.) + *alterum altero fiat.* r = *tam enim aetas.* r = *quidem caro cursoribus.*

hieran fecimus = Pw antiqq. ρρ 𝔈1. — 𝔖. rG recc. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔗 = *hieram f.* eP4. = *moram fec.* Col. = *dictam fec.* 𝔅 = *dictam fec.* R — *hieran.* Valde suspecta est haec scriptura: sed nihil aliud extrico. Matth. coniecerat ἱερὸν sc. ἀγῶνα: mox retineri volebat ἱερὰν intellecto *coronam*, ut esset *coronam sacram deo dedicavimus.* G𝔄 = *patrum calda.* Rr Col. (P2. 4.) 𝔑 — 𝔐 (exc. 𝔈2. ∾) = *calida.* Sed in Col. huic voci adscriptum *i. e. calida*, quod ipsum confirmat reliquorum scripturam *calda.*

5. w = *psicrolutes.* P = *phisicrolites.* P1. = *physcolites.* P3. 4. = *physcrolites.* P2. = *psicrolites.* Col. = *physcrolutes.* mCol. = *sichtrobates.* Pr ∾. cf. Ep. 53, 3.

Euripum salutabam = mss. etiam Gr. Sc 𝔄𝔑 — 𝔐𝔖. 𝔏 — 𝔐a = *in Euripum saltabam* ex ci. Ermi.

Arg.b = *qui anno nono.* r + *scribere et dicere.* Col. 𝔑 — 𝔗 = *in virginem dissilire.* r — *cum* ante *fortissimus.* GP1. 3. Col. 𝔑 — 𝔗𝔈1. = *quod cura fortissimus.* 𝔅 = *quod circa fortiss.* 𝔄 = *quod hoc fort.* P1. P3. (cr. ∾) P4. = *panis superest siccus.*

6. R(lit.) r recc. ρρ nonn. Col. P2. (s.m.) P3. (s.m.) 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *et quasi intervigilo.* quod defendit Steph. P = *interiugo.* Rell. etiam Mur. ∾. w Col. mP2. 𝔑 — 𝔊 = *immensa voce.* 𝔑 — 𝔅 = *cogitationes meas.* φ Sc 𝔄𝔖 = *dormisse me nescio.* Sed rell. ∾.

obstrepit clamor. subita aliqua et uniuersa uoce feriuntur aures
meae: nec cogitationem meam excutiunt nec interrumpunt.
Fremitum quidem patientissime fero: multae uoces et in unum
confusae pro fluctu mihi sunt aut uento siluam uerberante et ce-
teris sine intellectu sonantibus. Quid ergo est nunc cui animum 7
adiecerim? Dicam. Superest ex hesterno mihi cogitatio, quid
sibi uoluerint prudentissimi uiri qui rerum maximarum probatio-
nes leuissimas et perplexas fecerunt: quae ut sint uerae, men-
dacio tamen similes sunt. Uult nos ab ebrietate deterrere Ze-
non, uir maximus, huius sectae fortissimae ac sanctissimae
conditor. Audi ergo quemadmodum colligat uirum bonum non
futurum ebrium: *Ebrio secretum sermonem nemo committit.* 8
uiro autem bono committit: ergo uir bonus ebrius non erit.
Quemadmodum obposita interrogatione simili derideatur adtende.
satis est enim unam ponere ex multis: Dormienti nemo secre-
tum sermonem committit. uiro bono autem committit: uir bo-
nus ergo non dormit. Quo uno modo potest Posidonius Zeno-
nis nostri causam agit: sed ne sic quidem, ut existimo, agi
potest. Ait enim *ebrium duobus modis dici: altero, cum* 9
*aliquis uino grauis est et impos sui. altero, si solet ebrius
fieri et huic obnoxius uitio est. Hunc a Zenone dici qui
soleat fieri ebrius, non qui sit: huic autem neminem com-
missurum arcana quae per uinum eloqui possit.* Quod est
falsum. Prima enim illa interrogatio conplectitur eum qui est

nec interrumpunt. Fremitum quidem = PRr. G — *quidem.* 𝔑 — 𝔅 = *nec interrumpi quidem. fremitum.* w𝔄𝔈 1. — 𝔖 = *nec interrumpunt quidem. Frem.* 𝔑 — 𝔗 = *patienter fero.*

7. r = *Superest mihi esterna cogitatio.* 𝔑 — 𝔅 = *Superest ergo mihi ex externo nunc cogitatio.* Gwr fere omnes ϼϼ Pall. 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *perplexas fecerint.* Ambian. = *perperas fecerunt.* quod placet Opsopoeo. rβγδζϙ = *quae etsi sint verae.* ε = *quumvis sint verae.* 𝔄 = *si sint verae.* V = *non mendacio simil.*

GP1. 3. = *ab ebrietate divertere.* P2. 4. Col. = *detere re.*

r = *vir Zenon magnus.* 𝔐 — 𝔐a = *Zeno* contra mstos, quemadmodum et infra.

8. r — *vir* ante *bonus ebrius.*

R (cr. ∾) = *unam ex multis exponere.* wV — *secretum.* r𝔄 — *Quo* ante *uno modo.* Arg.b = *Quoquo modo.* V = *Quo uno medio.* R = *sed nec siquidem.* G𝔑 — 𝔅 = *nec sic q.*

9. P = *At enim ebrium.* r + *dici potest.* w = *alterum cum aliquis.* P = *gravis est et inposui.* P4. = *et imposito.* G (m∾) P1. 3. = *et in pruesto.*

w = *qui solet ebrius fieri.* 𝔄 = *si soleat ebrius f.*

Hunc a Zenone dici = mss. 𝔄 𝔑 — 𝔐𝔖. 𝔏 — 𝔐a = *Nunc a Z. d.* r = *a Zenone notari.*

Pr = *non qui est.* P2. — *illa* ante *interrogatio.* G (s∾) P1. 3. 4.

ebrius, non eum qui futurus est. Plurimum enim interesse concedes inter ebrium et ebriosum: potest et qui ebrius est tunc primum esse nec habere hoc uitium, et qui ebriosus est saepe
10 extra ebrietatem esse. Itaque id intellego quod significari uerbo isto solet, praesertim cum ab homine diligentiam professo ponatur et uerba examinante. Adice nunc quod, si hoc intellexit Zenon et nos intellegere uoluit, ambiguitate uerbi quaesiuit locum fraudi: quod faciendum non est, ubi ueritas quaeritur. Sed sane hoc senserit: quod sequitur falsum est ei qui so-
11 leat ebrius fieri non committi sermonem secretum. Cogita enim quam multis militibus non semper sobriis et imperator et tribunus et centurio tacenda mandauerint. De illa C. Caesaris caede (illius dico qui superato Pompeio rempublicam tenuit) tam creditum est Tullio Cimbro quam C. Cassio: Cassius tota uita aquam bibit. Tullius Cimber et nimius erat in uino et scordalus. In hanc rem locutus est ipse: *Ego*, inquit, *quemquam feram*
12 *qui uinum ferre non possum?* Sibi quisque nunc nominet eos quibus scit et uinum male credi et sermonem bene: unum tamen exemplum quod occurrit mihi referam ne intercidat: instruenda est enim uita exemplis inlustribus. non semper confugiamus ad

=*Prima autem interrog.* R= *complectitur illum.* G + *qui post futurus est.* w = *qui futurus sit.* w = *interesse dices.* Arg.b + *et inter ebrium.* R + *potest enim et qui ebrius.* G = *semper extra ebrietatem esse.*

10. 𝔄 = *significari verbo isto volo.* rArg.b ℜ — 𝔅 = *professo proponatur.* ℜ = *quod sic hoc intellexit.* G (n.) wR Pall. = *intellexerit.* Tres Ops. = *intelligere noluit.* probat Mod. R𝔅 + *Sed si sane.* ℜ — 𝔗 = *Si ei sane hoc.* 𝔄𝔈1.2. + *Sed sane si hoc.*

r = *ea qui soleat ebrius.* G = *solet ebrius.*

11. Col. = *non semper sobrius.* w = *centurio celanda commiserint.*

mandaverint = mss. (exc. w) 𝔄ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *mandaverit.*

R = *Gai Caesaris.* r = *C. Caesaris sede.* P = *qui sub imperatore Pompeio remp.* P1.3. — *publicam.* P = *creditum est illinc Cimbro quam Cassio* (etiam Rℜ — 𝔅 — *C*). rP2. = *T. Cimbro.* RGw recc. pp P1.3.4. 𝔄𝔈1.2. = *illi Cimbro* (*Cymbro*). sR mG rell. pp sP3. Col. ex. Francisc. 𝔅𝔈𝔊 = *Tullio Cimbro* (*Cymbro*). et mox omnes etiam Gr. = *Tullius Cimber.* 𝔐 — 𝔖 = *Tillio Cimbro,* sicut etiam infra. GP1.3. (s∾) ℜ — 𝔅 = *et sordalus.* P4. = *et sordidus.* cf. Ep. 56, 2. Nonn. pp = *Hac in re locutus.*

locutus est = mss. etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *iocatus est* ex ing. Mur. sR + *ita locutus est.* P2. — *ipse.*

12. Arg.b — *nunc* ante *nominet.* GP1.3. Col. = *Unum tantum exemplum.* 𝔄 — *tamen.* w = *intercedat.* G = *intendat.*

Steph. (ad Dal. Ep. 30.) ci. = *exemplis recentibus, ne semper.* rP2. = *confugiam.*

uetera. L. Piso, Urbis custos, ebrius ex quo semel factus est
fuit: maiorem partem noctis in conuiuio exigebat. usque in
horam fere sextam dormiebat: hoc eius erat matutinum. Offi- 13
cium tamen suum quo tutela Urbis continebatur diligentissime
administrauit. Huic et diuus Augustus dedit secreta mandata,
cum illum praeponeret Thraciae quam perdomuit, et Tiberius
proficiscens in Campaniam, cum multa in Urbe et suspecta relin-
queret et inuisa. Puto, quia bene cesserat illi Pisonis ebrie-
tas, postea Cossum fecit Urbis praefectum, uirum grauem, mo-
deratum, sed mersum et uino madentem, adeo ut ex senatu ali-
quando in quem e conuiuio uenerat obpressus inexcitabili somno
tolleretur. Huic tamen multa manu sua Tiberius scripsit quae 14
committenda ne ministris quidem suis iudicabat. Nullum Cosso
aut priuatum secretum aut publicum elapsum est. Itaque decla-
mationes istas de medio remoueamus: *Non est animus in sua
potestate ebrietate deuinctus. quemadmodum musto dolia
ipsa rumpuntur et omne quod in imo iacet in summam par-
tem uis caloris eiectat: sic uino exaestuante quicquid in
imo iacet abditum effertur et prodit in medium. onerati* 15
*mero quemadmodum non continent cibum uino redundante,
ita ne secretum quidem. quod suum alienumque est pariter
effundunt.* Sed quamuis hoc soleat accidere, ita et illud solet,
ut cum his quos sciamus libentius bibere de rebus necessariis
deliberemus. Falsum ergo est hoc quod patrocinii loco ponitur

r — *L.* ante *Piso.* w = *Lelius Piso.* Arg.b = *Lepiso.* Col. = *Lu. Piso.* rP2. (m∾) — *ebriius.* rG(s∾) w recc. ϼϼ nonn. P 2. 4. 𝔛ℜ — 𝔐 — *est* post *factus.* Alii ϼϼ = *factus fuit fuit.* Rell. etiam Pinc. ∾.

G (m∾) = *maioris partis noctem.* Arg.b = *maiorem potius noctem.* G = *in conv. exibebat.* ℜ — 𝔗 = *exhibebat.* 𝔅 = *exhigebat.* Arg.b = *sextam fere noctis: hoc eius erat.*

13. Nonn. ϼϼ — *et* ante *divus Aug.* G = *dius Aug.* P = *praeponeret Trahitiae.* r = *postea cessum fecit.*

mersum et vino = mss. etiam P1. 3. 4. Col. 𝔛. (P2.) ℜ — 𝔖 = *mersum vino et madentem.* w = *ex convivio.* r = *oppressius inexcitabili.* r = *somno tolletur.*

14. Arg.b = *multa sub manu.* R = *scripserat.* P = *elapsus est.* r = *removemus.* G (s∾) w — *ipsa* post *dolia.* 𝔛 = *erumpuntur.* GRr recc. ϼϼ Gr. 𝔛ℜ — 𝔊 = *ebrietate devictus.* Rell. etiam cod. Moniousii ∾. r — *in summam partem — quicquid in imo iacet.* w — *vis caloris.* v aliique ϼϼ = *vis caloris eiicit.* 𝔛 = *in vino iacet.* R = *et procedit in medium.*

15. r = *cibum non continet more nec potum vino red.*

R = *nec secretum q.* r = *alienumve est.* G — *est.*

quos sciamus = mss. etiam Sc 𝔛ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *quos scimus.* Arg.b + *non deliberemus.*
Matth. ci. = *ratiocinii loco.*

16 ei qui soleat ebrius fieri non dari tacitum. Quanto satius est aperte accusare ebrietatem et uitia eius exponere? quae etiam tolerabilis homo uitauerit, nedum perfectus ac sapiens cui satis est sitim exstinguere, qui, etiam si quando hortata est hilaritas aliena causa producta longius, tamen citra ebrietatem resistit. Nam de illo uidebimus an sapientis animus nimio uino turbetur
17 et faciat ebriis solita. Interim, si hoc colligere uis *uirum bonum non debere ebrium fieri,* cur syllogismis agis? Dic quam turpe sit plus sibi ingerere quam capiat et stomachi sui non nosse mensuram, quam multa ebrii faciant quibus sobrii erubescant, nihil aliud esse ebrietatem quam uoluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum, numquid de furore dubita-
18 bis? nunc quoque non est minor, sed breuior. Refer Alexandri Macedonis exemplum qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit et intellecto facinore mori uoluit. Certe eruit omne uitium ebrietas et incendit et detegit: obstantem malis conatibus uerecundiam remouet. Plures enim pudore peccandi quam bona uoluntate prohibitis abstinent. Ubi possedit
19 animum nimia uis uini, quicquid mali latebat emergit. Non facit ebrietas uitia, sed protrahit. tunc libidinosus ne cubiculum

GP 1. 3. 𝔄 = *non dare tacitum.* P2. + *non comitti secretum vel non dari tacitum.* r + *n. dari tacitum secretum.* αβνπστυ = *non commendari secretum.* w m P 3. ℜu 𝔐a = *non commendari tacitum.*

16. r = *quae etiamsi quando.* *hortata est* = mss. (exc. Gw nonn. ρρ P1. 3.) etiam Gr. Mod. Ops. Sc 𝔄𝔖. G quidam ρρ P 1. 3. ℜ — 𝔐a = *orta est* (P 1. — *est*). w = *ornata est.* Nonn. ρρ = *ex hortata est*, alii = *exorta est.*

G = *tamen scitura ebrietatem.* ℜ — 𝔅 = *citra ebr. restitit.*

17. P1. 3. — *sibi* ante *ingerere.* G(s∞) = *quam cupiat.* r = *ebrii faciunt.* G = *facient.*

Gw Arg.b P3. 𝔄ℜ — 𝔗 = *Extendi in plures.* G quidam Pinc. P 3. = *in plures vires.* P4. + *plures vires dies.* Arg.b quidam Pinc. — *dies.* R(s∞) r 𝔈2. — 𝔐 = *ebrium habitum.* Arg.b = *de furore dubitantis.* r = *se brevior.*

18. w = *Alexandrum Macedonum* om. *exemplum.* r + *Clitum amicum.*

Certe eruit omne vitium = P Rr quidam ρρ 𝔄𝔈 1. 2. Gw Arg.b quidam Pinc. Col. ℜ — 𝔅 = *Certe diruit* (Col. = *esse vitium.* G — *omne*). P 2. 3. = *Certe deruit.* ϰ P 4. = *certe decuit. Omne, quod ferri poterat.* 𝔏 — 𝔏4. = *certe debuit. Omne* ex ing. Lips. P1. = *mori voluit; concenderit omne.* 𝔊ro — 𝔖 = *certe meruit. Omne* ex ing. Grut. Ex. divae Mariae m P1. = *certe delivit.* unde Pinc. ci. = *certe delituit* = 𝔊𝔊. 𝔐 = *et intendit et detegit.* R — *enim* post *Plures.*

Arg.b — *prohibitis.* r = *prohibiti sunt a celere. at ubi.* Etiam R nonn. recc. ρρ + *At ubi possedit.* Alii recc. ρρ + *Sed ubi.* G = *Ubi possidebit.* ℜ = *possederit.* 𝔗𝔅 = *possiderit.*

19. 𝔐 = *vitia, sed prodit* contra mstos etiam Gr. ℜ — 𝔅 + *libidinosus quidem.* r = *nec*

quidem exspectat, sed cupiditatibus suis quantum petierunt sine
dilatione permittit. tunc inpudicus morbum confitetur ac publi-
cat. tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit
insolenti superbia, crudelitas saeuo, malignitas liuido. omne
uitium laxatur et prodit. Adice illam ignorationem sui, dubia 20
et parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem,
uertiginem capitis, tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circum-
agente totam domum, stomachi tormenta, cum efferuescit me-
rum ac uiscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolera-
bile est, dum illi uis sua est: quid, cum somno uitiatur et quae
ebrietas fuit cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit pu- 21
blica ebrietas. Haec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tra-
didit. haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia
patefecit. haec contumacissimos et iugum recusantes in alienum
egit arbitrium. haec inuictos acie mero domuit. Alexandrum
cuius modo feci mentionem tot itinera, tot praelia, tot hiemes
per quas uicta temporum locorumque difficultate transierat, tot
flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intem-
perantia bibendi et ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit.
Quae gloria est capere multum? Cum penes te palma fuerit et 22
propinationes tuas strati somno ac uomitantes recusauerint, cum

cubiculum q. P = *nec umbiculum quidem.*

petierunt = PRrG Arg.b 𝔛. w 𝔑 — 𝔖 = *petierint.* r𝔈1. — 𝔅1. = *morbum profitetur.* Rell. etiam Gr. ∾. P = *credulitas saevo.*

laxatur = ci. Lips. 𝔊ro 𝔅1. 𝔖. PrGw Arg.b γδεϑικνστ Pr.a d P1. 2. 4. Col. 𝔑 — 𝔅 = *tuxatur.* Pr.b = *texatur.* Rβ P3. 𝔈1. — 𝔏4. = *detegitur.* ζο = *detegit et prodit.* αλμπυ cod. Lips. 𝔛𝔑u 𝔐a = *detexitur.* η = *taxatur et errantem prodit.* K in sequentibus mancus est.

20. G recc. ρρ = *Adice illum ignorantem.* P = *parum exparata.* Arg.b + *et incertos.* w + *incertos et languescentes oculos.* 𝔛 = *oculos gaudii in errantem.* G Col. = *gradum morantem.* R + *verba promentem.* Arg.b — *ipsa* ante *mobilia.* P = *vel aliquo turbine.* ν mo = *aquilonis turbine.* G = *viscera ipsa extendit.* P1. 4. P3. (cr. ∾) = *dum illius sita est.* PG(s∾) = *quid curo somno vitiatur.* 𝔛 = *quid est cura somno.* G (n.) Arg.b Pall. = *crudelitas facta est.*

21. PGw + *a bello defensa.* de quo vide. ν = *contumacissimas.* π = *contumacissimas gentes.* rw 𝔑 — 𝔅 = *in alienum redegit.* G(s∾) = *agit.* εζηιμ = *invictas acies.* G (m∾) = *convinctos acie.* G (m∾) P1. (cr. ∾) P3. (cr. ∾) = *tot homines per quas.* Col. = *tot hyemes per aquas.* Etiam G (cr. ∾) = *per aquas.* 𝔑 = *demiserunt.* G (m∾) = *intemperantia vivendi.* G P1. 3. = *fatalis servus.* w = *fatalis cifus.* m𝔈2. = *perdidit.*

22. P1. 3. 4. = *propititiones tuas.* P = *tuas tracti somno.*

superstes toti conuiuio fueris, cum omnes uiceris uirtute magni-
fica et nemo tam uini capax fuerit: uinceris a dolio. M. An-
tonium, magnum uirum et ingenii nobilis, quae alia res perdidit
et in externos mores ac uitia non Romana traiecit quam ebrietas
23 nec minor uino Cleopatrae amor? Haec illum res hostem rei-
publicae, haec hostibus suis inparem reddidit. haec crudelem
fecit, cum capita principum ciuitatis coenanti referrentur, cum
inter adparatissimas epulas luxusque regales ora ac manus pro-
scriptorum recognosceret, cum uino grauis sitiret tamen sangui-
nem. Intolerabile erat, quod ebrius fiebat: quanto intolerabi-
24 lius, quod haec in ipsa ebrietate faciebat? Fere uinolentiam
crudelitas sequitur: uiolatur enim exasperaturque sanitas men-
tis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi etiam
ad minimam radii solis offensionem, ita ebrictates continuae

R𝔄 = *toto convivio* r + *ac cubitantes ac vomitantes.*

𝔄 = *recusaverunt.* R + *et vinceris.* G(cr. ∾) = *qui multas res perdidit.* r = *extremos mores.* G(cr. ∾) = *Romana transierit.* P1. 3. 4. 𝔖 = *transiecit.* Rell. ∾. rγδ = *ebrietas et exicialis urbi Cleopatrae amor.* Col. = *nec minor vini exitialis urbi Cleopatrem amor.* βοπφ 𝔅 + *nec minor vino exitialis urbi Cl. a.*

23. *quod ebrius fiebat: quanto intol.* = βζϑμοσ Pr.b tres Ops. cod. Lips. (Elect. I, 16.) P2. (p.m.) 𝔖. RrwmG αεηικλνπτφ P2. (s.m.) 4. 𝔑 — 𝔅 + *quod ebrius fiebat, cum haec* [mG ρρ P2. 4. = *hoc*] *faceret.* et P bis haec eadem exhibet. Col. + *ebrius fiebat, dum hoc faceret.* GγδP1. 3. = *quod ebrius faceret: quanto.* Arg.b = *ebrius sitiebat, cum hoc faceret: quanto.* 𝔈1. — 𝔊 = *ebrius faciebat, si sobrius faceret: quanto.* 𝔐 — 𝔐a = *faciebat, etiamsi sobrius faceret.* 𝔄 + *non fiebat, cum hoc faceret.* Arg.b = *quod hoc in ipsa.*

24. Arg.b = *Vere vinolentiam.* G = *violentiam.*

violatur = Rυ quidam Pinc. 𝔑 — 𝔅 𝔈 — 𝔖. P2. = *vilatur.* PGw P4. quidam Pinc. = *villatur.* P1. 3. = *vellatur.* Cod. divae Mariae Salmentic. 𝔄 = *bellatur.* unde Pinc. ci. = *belluatur* „i. e. in belluae naturam transit.“ Col. = *bullatur.* 𝔈 1. 2. = *vallatur.* r = *Efferatur.* Rell. ρρ (exc. υ) = *vallatur, vellatur, vellitur, villatur, bullatur.* Lips. ci. = *fellatur* aut *biliatur.* Gron. putat olim fuisse *libatur*, quod, cum scriptum esset *livatur*, abierit in eas scripturas, quae nunc a codd. feruntur.

Quemadmodum difficiles faciunt oculos = R𝔄𝔑 — 𝔖. G = *quam difficilem faciunt d'ni morbi ad mortem.* r = *quam difficilem faciunt intimi morbi.* w = *quem difficiles faciunt diutini morbi.* P = *quem difficilesque faciunt diutini morbi.* Arg.b = *Quem difficilesque faciunt divini morbi.* Cod. Iur. = *Quemadmodum afficiunt oculos diutini morbi.* De reliquis nihil proditur. GR 𝔑 — 𝔗 = *et ad nimiam radii solis.* r = *et ad minimam rabiosi offensionem.* w = *et ad minimam babidos off.* Arg.b = *et ad nimiam radios offensionem.* β = *solis ostensionem.* Rw (cr. ∾) = *ita ebrietas.*

efferant animos. Nam cum saepe apud se non sint, consuetudine insaniae durata uitia uino concepta etiam sine illo ualent. Dic ergo quare sapiens non debeat ebrius fieri. deformitatem rei et inportunitatem ostende rebus, non uerbis. Quod facillimum est, proba istas quae uoluptates uocantur, ubi transscenderint modum, poenas esse. Nam si illud argumentaberis sapientem multo uino inebriari et retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit: licet colligas nec ueneno poto moriturum nec sopore sumpto dormiturum nec elleboro accepto quicquid in uisceribus haerebit eiecturum deiecturumque. Sed si temptantur pedes, lingua non constat: quid est quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium? Uale.

EPISTULA LXXXIV.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Itinera ista quae segnitiem mihi excutiunt et ualitudini meae prodesse iudico et studiis. Quare ualitudinem adiuuent uides: cum pigrum me et neglegentem corporis literarum amor faciat, aliena opera exerceor. Studiis quare prosint indicabo. A lectionibus non recessi. Sunt autem, ut existimo, necessariae:

Gwr Arg.b antiqq. ρρ P1. 2. 3. 4. 𝔛 𝔈1. 2. = *apud se non sunt.* P2. + *et consuetudine.* G (cr. ∾) w Arg.b P 1. 3. = *consuetudo insaniae* ∾. P 4. ed. Tauchn. = *consuetudo insaniae durat ac vitia vino.* νσφ = *consuetudo insaniae durat: vitia.* Ex. Fac. et Primit. = *non sint, ubi consuetudo insaniae durata est.* Rell. ∾. rP2. + *vitia* [P2. *vitia* tantum in marg. habet et ab al. m.] *cum vino concepta.* P + *e vino conc.* Pall. = *et sine illa valent.* Recc. ρρ Col. + *etiam tunc* [Col. = *et tunc*] *sine illo valent.*

25. r = *et inoportunitatem.*

Arg.b = *Proba ista quae.* G (cr. ∾) 𝔛 = *transcenderunt.* P3. 4. = *transcendunt.* P 1. = *transcendum.* R = *Nam si istud.*

PrGw ρρ Gr. 𝔛𝔑 — 𝔗𝔈1. = *argumentaveris.* 𝔅 = *argumentaris.* Gwr nonn. ρρ 𝔛𝔑 — 𝔊 = *veneno potato.* Quidam ex recc. ρρ = *veneni potu.* P4. — *nec sopore sumpto dormiturum.* Col. — *nec.* ενσ mο 𝔑 — 𝔅 𝔈2. — 𝔐 = *nec opio sumpto.* Rell. etiam Iur. ∾.

Arg.b = *Sed si titubant pedes.* 𝔑 = *non constant.* Pr Arg. b 𝔛 = *quidem quare.*

G(m∾) — *in parte sobrium esse.*

Ep. LXXXIV.

segnitiem = mss. (exc. μν) 𝔛𝔑 — 𝔊𝔖. μν 𝔐 — 𝔐a = *seguitiam.* RG = *adiuvant.* w(s∾) = *adiuvit.* Vημν Iur. = *pigrum viae et negl.* ι = *pigrum vitae et negl.* 𝔑 — 𝔗 = *aliena corpora.* G(s∾) R μν alii ρρ P1. 2. 3. Col. 𝔛𝔑 — 𝔈1.𝔖 = *exerceo.* Rell. ∾. r = *Studia quare.* wArg.b P1. 2. 𝔛𝔑 — 𝔊𝔖 = *Studio.* G P1. 3. — *Studiis.* Rell. ∾. Col. P 2. (p.m.) = *a lectoribus.* rGw (maior pars ρρ) P1. P2. (p.m.) P3. (p.m.) P4. 𝔑 — 𝔅1. (exc. 𝔊ro) — *non* ante *recessi.* PRβιλπφ ScCol. P2. (s.m.) P3. (s.m.) cod. Francisc. 𝔛𝔊ro𝔑u — 𝔖 ∾.

r = *existimo necesse.* P1. 3. =

primum ne sim me uno contentus. deinde ut, cum ab aliis quaesita cognouero, tum et de inuentis iudicem et cogitem de inueniendis. Alit lectio ingenium et studio fatigatum, non sine
2 studio tamen, reficit. Nec scribere tantum nec tantum legere debemus: altera res contristabit, uires exhauriet (de stilo dico), altera soluet ac diluet. Inuicem huc et illo commeandum est et alterum altero temperandum, ut quicquid lectione collectum est stilus redigat in corpus. Apes, ut aiunt, debemus imitari quae uagantur et flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quicquid adtulere disponunt ac per fauos digerunt et, ut Uergilius noster ait,

liquentia mella
Stipant et dulci distendunt nectare cellas.

3 De illis non satis constat utrum succum ex floribus ducant qui protinus mel sit, an quae collegerunt in hunc saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutent. Quibusdam enim placet non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos mel in arundinum foliis quod aut ros illius coeli aut ipsius arundinis humor dulcis et pinguior gignat.
4 in nostris quoque herbis uim eamdem, sed minus manifestam et notabilem poni quam prosequatur et contrahat animal huic rei

exist. necessarii. P4. = *necessaria.* rGArg.b P4. = *primo ne sim.* Col. = *priori ne sim.* P = *ne sim e uno.* GP1.3. = *tamen et de inventis.* Rw = *tum etiam de inventis.* r = *cum de inventis.* 𝔄 = *cum et de inventis.*

2. Recc. ρρ = *tamen, reficitur.* *contristabit, vires exhauriet* = 𝔑—𝔅. 𝔈1. — 𝔖 + *et vires exhaur.* Mss. 𝔄 + *contr. vires et exhauriet.* 𝔅1. — 𝔐a = *contrastabit et vires exh.* contra mstos. GP1.3.4. = *de stilo loquor.* w — *dico.* P = *solvet ac deluet.* w = *et diluet.*

huc et illo commeandum. Ita scripsi contra codices, qui omnes habent *hoc:* sed saepissime mss. *u* in *o* mutant, ut exempla proferre supersedeam. sP GwrV αγδζηϑιχμνοστυ Ops. Pall. Pinc. omnes cod. fur. 𝔄𝔈1. 𝔑u — 𝔖 (sed 𝔑u 𝔐a — *et*) = *hoc et illo commeandum est.* P = *hoc et illo commendandum est.* mG Arg.b P4. (s.m.) Col. 𝔑 𝔅 𝔈2. — 𝔅1. = *hoc et illo commutandum est.* (𝔈2. — 𝔅1. — *et.*) R = *hoc et illud commutandum est.* Maior pars Pinc. = *alterum altero reparandum.* w (cr. ∾) = *quicquid abstulere.*

3. R = *De illo non satis.* Recc. ρρ nonn. 𝔑 — 𝔅 = *mel fit.* R = *quae collegerunt in unum.* 𝔄 = *collegerint.* 𝔑 — 𝔅 = *proprietate sui species mutent.* P2. = *Quibusdam tantum placet.* Steph. (Prood. II, 3.) ci. = *Quibusdam tamen* et + *Aiunt enim.* Recc. ρρ nonn. = *scientiam inesse.* Rrw = *ipsius coeli.* PrArg.b = *gignit.*

4. 𝔑 — 𝔅 + *sequatur et ponat.* R = *et colligat animal.* P = *et contra ut animal.*

genitum. Quidam existimant conditura et dispositione in hanc
qualitatem uerti quae ex tenerrimis uirentium florentiumque de-
cerpserint: non sine quodam, ut ita dicam, fermento quo in
unum diuersa coalescunt. Sed ne ad aliud quam de quo agitur 5
adducar, nos quoque has apes debemus imitari et quaecumque
ex diuersa lectione congessimus separare: melius enim distincta
seruantur. deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate in
unum saporem uaria illa libamenta confundere, ut, etiam si ad-
paruerit unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum
est adpareat: quod in corpore nostro uidemus sine ulla opera 6
nostra facere naturam. Alimenta quae accepimus, quamdiu in
sua qualitate perdurant et solida innatant stomacho, onera sunt:
at cum ex eo quod erant mutata sunt, tunc demum in uires et
in sanguinem transeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia
praestemus, ut quaecumque hausimus non patiamur integra esse
ne aliena sint. Concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt, 7
non in ingenium. Adsentiamur illis fideliter et nostra faciamus,
ut unum quiddam fiat ex multis, sicut unus numerus fit ex sin-
gulis, cum minores summas et dissidentes conputatio una con-
prehendit. Hoc faciat animus noster: omnia quibus est adiutus
abscondat, ipsum tantum ostendat quod effecit. Etiam si cuius 8
in te conparebit similitudo quem admiratio tibi altius fixerit, si-

R + *conditura quadam.* G — *in* ante *unum coalescunt.*

5. *adducar* = PRrGw 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *abducar.* Rell. n. l.

has apes = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *has.* w𝔑 — 𝔗 = *lectione collegimus.* Arg.b Vαεϑλμνσσ 𝔑 — 𝔅 mm𝔈1. 2. 𝔈 = *ingenii nostri aura.* γδ habent *aura* et *cura.* ι = *ing. nostri aula.*

𝔑 — 𝔗 = *et ubi etiam si apparuerit.* Arg.b — *unde* ante *sumptum.*

6. Rrw = *quae uccipimus.*

GP1. 3 4. = *in sui qualitate.*

𝔑 — 𝔗 = *atqui cum eo quod erant.* G = *inmutata sunt.*

GP1. 3. 4. + *et in vires.* mγ = *in venas.* Arg.b = *in illis quibus aluntur.* P — *his.* r = *et quaecumque.* G = *quicumque hausimus.* G (lit.) βειχλπτ 𝔑 — 𝔅 = *nec aliena. sed concoq.* Optimus cod. Ops. Mod. = *nec aliena sint. Concoq.* γ𝔈 2. — 𝔐 + *ne aliena sint. Sed concoq.* 𝔄𝔖 = *nec aliena. Concoq.* Rell. etiam Gr. ∾. w = *Concocamus.* 𝔖 = *alioqui* contra mstos et imprr. Gw — *in* ante *ingenium.*

7. rG Gr. 𝔑 — 𝔅𝔖 = *Assentiamus illis.* Rell. ∾. P1. 3. — *ut* ante *unum quiddam.* r = *una comprehendat.* Gν nonn. alii ρρ = *ipsum tamen ostendat.* wν nonn. alii ρρ = *quod efficit.*

8. *Etiam si cuius* = PArg.b μν 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. P2. = *Etiam sicut in te.* Correctum ex. Pinc. = *Quodsi alicuius.* Rell. mss. 𝔈1. — 𝔐a. = *Etiamsi alicuius.* Gw recc. ρρ nonn. P1. 3. 4. Col. 𝔄 = *vitae* pro *in te.* GP1. = *similitudo sic cooperabit.* P3. = *sim. sic cooperabitur.* P4. = *sim. sic comparabit.* 𝔄 = *comparabitur simil.* Col. = *sim. apparebit.*

Gw𝔈2. — 𝔐 = *quam admiratio tibi.* G (m∾) P1. 3. (cr. ∾) =

milem esse te uolo quomodo filium, non quomodo imaginem: imago res mortua est. Quid ergo? non intellegetur cuius imiteris orationem? cuius argumentationem? cuius sententias? Puto aliquando ne intellegi quidem posse, si magni uiri ingenium omnibus quae ex quo uelut exemplari adstruxit formam suam.

illius fuerit. similem. G = *non intelligeretur.* 𝔍𝔲 = *n. intelligitur.*

si magni viri ingenium omnibus quae ex quo velut exemplari adstruxit formam suam inpressit, ut in unitatem illa conpetant. 𝔖 = ∾ *ex quo voluit exemplari* ∾. Ruben. ci. = ∾ *quae ex quoque velut* [vel *ex quo voluit*] *exemplari traxit* ∾. Mire variant mss. in hoc loco valde depravato: certe β (?) γ nonn. Pinc. habent *si magni viri ingenium* (π = *si magni vir ingenii*), et βγ etiam in reliquis consentiunt, praeterquam quod scribunt *exemplaria struxit.* P = *si magni viri nec enim omnibus quae ex quo velut exemplaria traxit* ∾ *et invitantem illa conpetat* (Ops. = *et invitantem illa conpetat* vel *et invitatem illa competat* vel *et in veritatem illa competat*). r = *sibi magni viri nec enim omnibus quae ex eo velud exemplaria traxit* ∾ *et in unitatem* ∾. R P3. (s.m.) = *si* [sR + *est*] *magni viri nec enim* [mR = *Ennii*] *omnibus quae echo velut exemplaria struxit* ∾ *illam* ∾ (P3. = *et in veritatem illam competat*). w = *si magni viri nicenii* [= cod. Heins. m𝔈1. = *Necenii*] *omnibusque ex quo velut exemplaria traxit* ∾ *illam competat.* GP1. P3. (p.m.) = *si magni viri nec enim* [mG = *Ennii. r.*] *ex omnibus quae ex quo velut exemplaria strucxit* [sic certe G] *formam suam impressit et* [sG = *ut*] *veritatem illam competant* [P1. 3. = *competat*]. P2. = *si magni viri Ennii r. nec enim omnibus quae equo velut exemplaria struxit formam suam expressit ut unitatem cum illa petant.* Arg.b = *si magni viri nec enim omnibus quae ex aequo traxit velut exemplari formam suam impressit et in veritate illa competat.* P4. = *posse imagini internii viri: nec enim omnibus quae ex quo velut exemplari attraxit* [ita commode poterat edi et fortasse debebat] ∾ *et unitatem cum illa competat.* Col. = *si est magni viri Ennii. nec enim omnibus quae ex quo velut exemplaria struxit* ∾ *ut unitatem cum illa petat.* αβ (?) εϑιϰτυ = *sic est magni viri Ennii.* ο = *sicut magni viri Ennii.* λμπ = *quae echo.* Rell. ρρ = *quae ex eo, ex aequo, ex quo:* nullus = *ex quoque.* Solus υ = *exemplaria traxit:* rell. ρρ = *exemplaria struxit.* αβεζιλμπτ = *ut unitatem cum illa petant.* γδϑ = *ut in veritate illa competat* (*competant*). ο = *et imitantem illa competant.* φ = *et unitatem illam computat.* Quaedam exx. Pinc. = *in unitatem illa computat.* Rell. ρρ = *in unitatem illa competat.* Quidam Pinc. = *ex aequo*, alii = *exemplari*, alii = *struxit.* Cod. Lips. = *nec enim ex omnibus quae heco vel ex quo.* Lips. ci. = *nec enim omnibus, quae velut exemplaria struxit, formam sui impressit, ut in veritatem illam competant.* 𝔄𝔈1. — 𝔅1. = *posse, si* [𝔄 — *si*] *magni viri* [𝔄 + *ennii*]. *nec enim omnibus quae ex quoque* [𝔄 = *quae heco.* 𝔈1. = *quae ex quo*] *velut exemplaria traxit* [𝔄 = *struxit*] *formam suam impressit, ut unitatem cum illa petant* [𝔐 — 𝔅1. = *ut in unitatem illa competant*]. 𝔑 — 𝔅 = *si* [𝔅 + *est*] *magni viri Enni* [𝔗𝔅 = *Ennii*]. *nec enim omnibus quae ex quo velut exemplaria struxit formam suam impressit, ut in unitatem illa* [𝔅 = *illam*] *petant* [𝔅 = *competant*]. 𝔑𝔲 𝔐𝔞 ex ci.

inpressit, ut in unitatem illa conpetant. Non uides quam mul- 9
torum uocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus
redditur: aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media.
accedunt uiris feminae, interponuntur tibiae. singulorum illic
latent uoces, omnium adparent. De choro dico quem ueteres
philosophi nouerant. In commissionibus nostris plus cantorum
est quam in theatris olim spectatorum fuit. cum omnes uias or- 10
do canentium inpleuit et cauea aeneatoribus cincta est et ex pul-
pito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concen-
tus ex dissonis. Talem animum esse nostrum uolo, ut multae
in illo artes, multa praecepta sint, multarum aetatum exempla,
sed in unum conspirata. Quomodo, inquis, hoc effici poterit?
Adsidua intentione: si nihil egerimus nisi ratione suadente.
Hanc si audire uolueris, dicet tibi: Relinque ista iamdudum ad 11
quae discurritur. relinque diuitias, aut periculum possidentium
aut onus. relinque corporis atque animi uoluptates: molliunt

Ruhk. = *si magni Virgilii: nec enim omnibus, quae ex quo velut exemplari traxit, formam* ∾. Postea Ruhk. scribi voluit *si magni Virgilii ingenium omnibus* etc. Censor ed. Ruhk. (Diar. Litt. Ien. a. 1813. m. Iun. p. 407.) ci. = *si magni viri ingenium omnibus quae ex quoque velut exemplari traxit formam* etc. Erm. ci. = *si magni viri: nec enim ex omnibus exemplaria traxit* vel *traxerit.* Si quis miretur ex *ingenium* facta esse *nec enim*, *nicenii*, *Ennii*, alia: consideret vetustam scripturam INCENIUM, ex qua primum factum NCENIUM absorpta I ab eadem littera praecedenti: deinde orta sunt reliqua.

9. r = *Non vides quod multorum.* r = *una tamen ex omnibus.* PrG (s∾) Arg.b P1. 3. 4. tres Ops, 𝔄 — *sonus.* Arg.b = *reddit.*

G(m∾) P1. 3. = *singulorum illi dant voces.* P2. = *singulorum illis dant voces.* Pro *philosophi* Lips. ci. *philodi.* r = *In commixtionibus.* Unus Ops. = *commessionibus.* RwP3. Col. 𝔄ℜ — 𝔐 = *in commessationibus.* Arg.b = *In consessionibus.* αεημν ∾: rell. ρρ = *commessationibus, comestionibus, commixtionibus.*

10. G = *omnis vias.* G = *et caduca a venatoribus sita est.* R𝔄ℜ — 𝔈2. = *et cavea venatoribus.* μ nonn. alii ρρ = *et cavea a venatoribus.* P2. = *et cavea a venatoribus evicta est.* Arg.b = *et cavea cantoribus.* γδ = *et cavea a viatoribus.* P1. 3. = ∾ *sita est.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. ∾. GGr. 𝔄ℜ — 𝔅 — *ut* ante *multae.* Arg.b — *multae* ante *in illo artes* et + *multa in illo praecepta* et = *multarum gentium exemplar.* GP1. 2. 3. Col. = *praecepta sunt.* Grut. ci. = *sunto.* r = *si nihil egerimus fusa ratione suadenti cesserimus, hanc si.* Arg.b = *egerimus fusi ratione.* γδη = *egerimus frustra ratione.* G = *si nil senserimus nisi rationi suadenti.* ζμ𝔄ℜ — 𝔅 = *nisi* [ζμ𝔄 = *si*] *rationi cesserimus suadenti.* PArg.b = *ratione suadenti.* ευ = *nisi cesserimus rationi suadenti.* γ addit etiam *nihil vitaverimus nisi ratione suadente:* sed notat haec non in omnibus exemplaribus legi.

11. Gℜ — 𝔅 = *aut animi vo-*

et eneruant. relinque ambitum: tumida res est, uana, uentosa. nullum habet terminum. tam sollicita est ne quem ante se uideat quam ne post se. laborat inuidia et quidem duplici: ui-
12 des autem quam miser sit, si is cui inuidetur et inuidet. Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa rixa salutantium limina? multum habent contumeliarum, ut intres, plus, cum intraueris. Praeteri istos gradus diuitum et magno adgestu suspensa uestibula: non in praerupto tantum illic stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige tranquillissimasque
13 res eius et simul amplissimas pete. Quaecumque uidentur eminere in rebus humanis, quamuis pusilla sint et conparatione humillimorum exstent, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis uia est. At si conscendere hunc uerticem libet cui se fortuna submisit, omnia quidem sub te quae pro excelsissimis habentur adspicies, sed tamen uenies ad summa per planum. Uale.

EPISTULA LXXXV.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Peperceram tibi et quicquid nodosi adhuc supererat praeterieram contentus quasi gustum tibi dare eorum quae a nostris dicuntur, ut probetur *uirtus ad explendam beatam uitam*

luptates. P1. = *aut animi voluntates.* P3. + *relinque corporis voluptates aut animi voluntates.* Gw P1. 3. = *timida res est.*

quam ne post se = ηϑϰμνο quidam Pinc. Probat Grut. Pinc. v. l. 𝔈𝔊 + *quam ne alium post se.* 𝔏 — 𝔖 + *quam ne post se alium.* R mG ρρ (exc. ηϑϰμνο) P2. Col. 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔐 + *quam ne* [R p.m. = *nec*] *se post alium.* P3. = *quam ne se posse altum.* PrGw Arg.b V P1. 4. — *post.* G(s∾) = *invidiae.*

12. w = *illas potentum.* G = *illas potentias domus.* r + *multum enim habent.* G = *Praeter istos.* P = *magno adiestu.* w = *ad gesta.* R = *magno gestu.* r = *magno usu.* mG ℜ — 𝔗 = *magno aggressu.*

illic stabis = rGw ℜ — 𝔅. R𝔈1. — 𝔖 = *istic stabis.* 𝔄 = *istic stabilis.* P — *illic stabis — potius te.* Rell. n. l. R = *Hac potius te.*

res eius = mss. etiam Pinc. P2. Col. Pr.b Sc 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a — *eius.* P1. = *tranq. quaere et simul ampl. pete.* P3. = *tranquillissimasque eius et simul ampl. pete.*

13 R + *et in comparatione.*

GP1. = *Transfugosa in fastigium.* P3. = *Transfragosa.* 𝔄 = *hanc verticem.* r = *pro excellentissimis.* P = *adspicias.* G = *adspiceres haberentur.* ℜ — 𝔅 = *prospicies.*

Ep. LXXXV.

V pauca tantum huius epistolae continet. Arg.b — *adhuc.* G = *praeteriram.* GP1. 3. = *ut prohibetur.* GP 1. 3. Col. = *virtus ad exemplundam.*

sola satis efficax. Iubes me quicquid est interrogationum aut
nostrarum aut ad traductionem nostram excogitatarum conpren-
dere: quod si facere uoluero, non erit epistula, sed liber. Illud
totiens testor hoc me argumentorum genere non delectari. Pu-
det in aciem descendere pro dis hominibusque susceptam subula
armatum. *Qui prudens est et temperans est. qui tempe-* 2
*rans est et constans. qui constans est inperturbatus est.
qui inperturbatus est sine tristitia est. qui sine tristitia est
beatus est: ergo prudens beatus est et prudentia ad beatam
uitam satis est.* Huic collectioni hoc modo Peripateticorum
quidam respondent, ut inperturbatum et constantem et sine tri-
stitia sic interpretentur, tamquam *inperturbatus* dicatur qui raro
perturbatur et modice, non qui numquam. item *sine tristitia* 3
eum dici aiunt qui non est obnoxius tristitiae nec frequens ni-
miusue in hoc uitio: illud enim humanam naturam negare ali-
cuius animum inmunem esse tristitia. sapientem non uinci moe-
rore, ceterum tangi. et cetera in hunc modum sectae suae re-
spondentia. Non his tollunt adfectus, sed temperant. Quan-
tulum autem sapienti damus, si inbecillissimis fortior est et
moestissimis laetior et effrenatissimis moderatior et humillimis
maior? Quid, si miretur uelocitatem suam laudans ad claudos 4
debilesque respiciens?

𝔄 = *Iube me.* R = *a traditione nostra excog.* νορ 𝔄𝔈 1. — 𝔐 = *ad traditionem.* Sw malebat *ad traductionem nostrorum.* G (s∾) = *excogitare comprehendere.* Nonn. recc. ρρ = *excogitatum.* 𝔄 = *Istud totiens.* r = *argumenti genere.* 𝔑 — 𝔗 = *Puderet in aciem.* G = *pro hiis omnibusque susceptam.* γδη = *suscepta subula.* mγ = *susceptis subula.* 𝔄 = *suscipiam subulu.*

2. 𝔄 — *et* ante *temperans est.* 𝔑 — 𝔅 = *constans est* om. *et.* GArg.b + *et constans est.* 𝔈1. — 𝔖 + *et inperturbatus est.* P = *qui perturbatus est.* r — *ergo prudens beatus est.* P3. — *hoc modo.* R (lit.) rG P1. 3. 4. 𝔗𝔅 = *Peripatetici quidam.* 𝔑 = *Peripatetici quiddam.* w = *Peripatetici quaedam.* P1. 3. 4. = *responderunt.*

3. G(m∾) = *iam sine tristitia.* R = *nec frequens nimis.* ε𝔑 — 𝔅 + *illud enim esset hum.* Nonn. alii ρρ + *illud enim est hum.* 𝔈1. = *Illum enim hum.* 𝔑 — 𝔅 = *humanam vitam.* Rr = *immunem esse tristitiae.* *Non his tollunt* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐. 𝔏2. — 𝔖 = *Non hi tollunt.* Sed in nota 𝔏2. habet *his.* 𝔑 — 𝔅 = *Quantum autem sapienti.* *inbecillissimis* = mss. (exc. P Arg.bσ P1. 4. P3. p.m.) etiam Gr. Ops. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. σ (Arg.b P1. 4.) P3. p.m. 𝔈1. — 𝔐a = *imbecillimis.* P = *inbecillimi.* r = *et effeminatissimis moderatior.*

4. r = *Quid si quis iret velocitatem.* 𝔐 — 𝔅1. ex ci. Lips. = *velocitatem suam Ladas* (de *Lada* cursore celeberrimo cf. praeter alios Fr. Jacobs ad Anall. III, 2. p. 58.) et confirmari videtur Lipsii coniectura codd. αγδ = *vel. suam lau-*

Illa uel intactae segetis per summa uolaret
Gramina nec cursu teneras laesisset aristas,
Uel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter celeres nec tingeret aequore plantas.

Haec est pernicitas per se aestimata, non quae tardissimorum conlatione laudatur. Quid, si *sanum* uoces leuiter febri-
5 citantem? non est bona ualitudo mediocritas morbi. Sic, inquit, sapiens *inperturbatus* dicitur, quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Falsum est. Non enim diminutionem malorum in bono uiro intellego, sed uacationem: nulla debent esse, non parua: nam si ulla sunt, crescent et interim inpedient. Quomodo oculos maior et perfe-
6 cta suffusio excaecat, sic modica turbat. Si das aliquos adfectus sapienti, inpar illis erit ratio et uelut torrente quodam auferetur, praesertim cum illi non unum adfectum, sed uniuersum adfectuum coetum relinquis cum quo conluctetur. Sed omnis plus potest quamuis mediocrium turba quam posset unius magni uiolentia. Habet pecuniae cupiditatem, sed modicam. habet ambitionem, sed non concitatam. habet iracundiam, sed placabilem. habet inconstantiam, sed minus uagam ac mobilem. ha-
7 bet libidinem, non insanam. Melius cum illo ageretur qui unum uitium integrum haberet quam cum eo qui leuiora quidem, sed omnia. Deinde nihil interest quam magnus sit adfectus: quan-

das. At reliqui libri omnes ∾, et facile, quod monet Ruhk., ex superioribus suppletur *sapiens.* Arg.b = *fluctum suspensa.* Pr = *tingueret.* Arg.b 𝔄𝔈1. 2. = *Quod si sanum.*

5. P = *apirina.* rw ρρ = *aprina.* GR𝔄 = *a primu.* 𝔑 = *a priva.* Col. rell. 𝔈1. — 𝔈 ∾.

𝔑 — 𝔗 = *sed evacuationem.*

𝔈1. — 𝔐a = *Nam si ulla sint* contra mstos. r = *crescunt.*

Gζℑφ = *iterum impedient.* o = *iter impedient.*

6. G(s∾) *torrente quadam.*

𝔑—𝔗 𝔈2. — 𝔅1. — *adfectum* post *unum.* P = *non unum adfectum, sed universum adfectuum, sed cum quo conluctetur* rell. om. rγδη ℑνοσφ = *cum illi non unus affectus sit cum quo colluctetur* rell. om. GwArg.b = *illi non unum affectum, sed cum quo colluctetur* rell. om. P1. = *illi non unum affectum, sed cum quo reluctetur.* (R = ∾ *recolluctetur*). P3. = *illi non unum affectum cum quo colluctetur* rell. om. P4. = *non unum affectum des, sed eum cum quo colluctetur.* Grut. ci. = *non unum des affectum cum quo colluctetur* rell. om. Rell. ∾.

Sed omnis plus potest = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a — *Sed omnis.* 𝔐 — *posset* ante *unius magni.* Arg.b = *minus magni.* r = *si placabilem.*

non insanam = Pμν alii ρρ duo Ops. mG. Ambian. 𝔄𝔖 + *sed non insanam.* r = *sed non insaniam.* GwR𝔑 — 𝔐a = *non insaniam.*

7. r + *Melius autem cum illo.* w = *cum eo.* G + *sed levia omnia.*

tuscumque est parere nescit, consilium non accipit. Quemad-
modum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, non do-
mesticum et mite: (natura enim illorum est surda suadenti:)
sic non sequuntur, non audiunt adfectus quantulicumque sunt.
Tigres leonesque numquam feritatem exuunt, aliquando sub- 8
mittunt. et cum minime exspectaueris, exasperatur toruitas
mitigata. numquam bona fide uitia mansuescunt. Deinde, si
ratio proficit, ne incipient quidem adfectus: si inuita ratione
coeperint, inuita perseuerabunt. Facilius est enim initia illorum
prohibere quam inpetum regere. Falsa est itaque ista *mediocri-* 9
tas et inutilis, eodem loco habenda quo, si quis diceret modice
insaniendum, modice aegrotandum. Sola uirtus habet (non
recipiunt animi mala) temperamentum: facilius sustuleris illa
quam rexeris. Numquid dubium est quin uitia mentis humanae
inueterata et dura quae *morbos* uocamus inmoderata sint ut
auaritia, ut crudelitas, ut inpotentia, inpietas? Ergo inmode-
rati sunt et adfectus: ab his enim ad illa transitur. Deinde si 10
das aliquid iuris tristitiae, timori, cupiditati ceterisque moti-
bus prauis, non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra
nos sunt quibus inritantur. Itaque crescent, prout magnas ha-
buerint minoresue causas quibus concitentur. Maior erit timor,
si plus quo exterreatur aut propius adspexerit, acrior cupiditas
quo illam amplioris rei spes euocauerit. Si in nostra potestate 11
non est an sint adfectus, ne illud quidem est quanti sint: si ipsis
permisisti incipere, cum causis suis crescent tantique erunt

c = *non domitum et mite.* Arg.b — *est* ante *surda.* Gwr ℜ = *secuntur.* *quantulicumque sunt* = Pr. Gw R 𝔄ℜ — 𝔖 = *q. sint.* Rell. n. l.

8. Rw mG Arg. b recc. nonn. ϱϱ ℜ — 𝔅 + *feritatem suam.* GP1. 3. = *et cum ovem exspectaveris.* P = *torvitas mitigat.* G(m∾) = *vitia marcescunt.* r = *invita ratio.* rArg.b = *vitia illorum.*

9. P4. = *Falsa est enim.* 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *Falsa est utique.* *eodem loco* = PGR r meliores Ss. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. w𝔈1. — 𝔐a + *eodemque loco.* 𝔄 — *modice aegrotandum.* sR recc. ϱϱ nonn. P2. Col. = *Solida virtus.* RP3. = *habeat.* wGr. (?) = *non recipiunt animalia.* GP1. 3. 𝔄ℜ — 𝔗 = *mala temperamenta.* w = *vocamus inveterata.* G = *et innocentia impietas.* Prw = *ut innocentia inpietas.* Arg.b μν alii recc. ϱϱ 𝔄 = *ut nocentia.* 𝔈1. = *et nocentia impietas.* 𝔈2. — 𝔐a + *ut impietas.* r = *ergo moderati sunt.* Gw — *et* ante *adfectus.*

10. G𝔄 = *ceteris* om. *que.* Rr 𝔄ℜ — 𝔐 = *si moribus praris.* w𝔄 = *Ita crescent.* *crescent* = Prw Arg.b μν fere omnes alii ϱϱ Sc 𝔄𝔖. RGℜ — 𝔐a = *crescunt.* G (m∾) = *maior enim timor.* GP1. 3. = *si plus quo exerceatur.* P4. = *si plus aequo exterreatur.*

11. r = *crescunt.*

quanto fient. Adice nunc quod ista, quamuis exigua sint, in
maius excedunt: numquam perniciosa seruant modum. Quam-
uis leuia initia morborum serpunt et aegra corpora minima inter-
dum mergit accessio. Illud uero cuius dementiae est credere
quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt
12 earum nostri esse arbitrii terminos? Quomodo ad id finiendum
satis ualeo ad quod prohibendum parum ualui, cum facilius sit
excludere quam admissa conprimere? Quidam ita distinxerunt,
ut dicerent: *Temperans ac prudens positione quidem mentis
et habitu tranquillus est, euentu non est. Nam quantum
ad habitum mentis suae non perturbatur nec contristatur
nec timet: sed multae extrinsecus causae incidunt quae illi
13 perturbationem adferant.* Tale est quod uolunt dicere: ira-
cundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando. et
timidum quidem non esse, timere tamen aliquando, id est uitio
timoris carere, adfectu non carere. Quod si recipitur, usu fre-
quenti timor transibit in uitium et ira in animum admissa habitum
illum ira carentis animi retexet. Praeterea si non contemnit
uenientes extrinsecus causas et aliquid timet, cum fortiter eun-
dum erit aduersus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate,
cunctanter exibit et animo recedente. Non cadit autem in sa-
14 pientem haec diuersitas mentis. Illud praeterea iudico obser-
uandum, ne duo quae separatim probanda sunt misceamus. Per
se enim colligitur unum bonum esse quod honestum, per se rur-

quanto fient = PGw𝔄ℜ — 𝔗. Rr𝔅 — 𝔖 = *quanti fient.* Rell. n. l. 𝔈1. — 𝔐a = *quantumvis exigua* contra mstos etiam Sc. R = *in maius excedent.* G(m∾) = *vitia morborum.* w = *interdum mersit.* 𝔄 = *mergit accersio.*

ν nonn. alii ρρ = *Illud ergo cuius dem.* G (s∾) 𝔄 = *dementia est.* 𝔄 — *principia.*

12. 𝔄 = *Quomodo ad id sumendum.* w(s∾) = *Quidam ita dixerunt ut.* ζϑτ = *prudens bonae quidem mentis habitu* om. *et.* Etiam G P1. 3. = *bonae quidem mentis* (ortum hoc ex *pōne* i. e. *positione*). sGαβειντ + *eventu vero non est.* Gw = *causae accidunt.*

13. 𝔄 — *et timidum — aliquando.* Arg.b — *quidem* post *timidum.* Arg.bℜ — 𝔅 = *timere autem aliquando.* PArg.b ρρ (exc. λ) 𝔄ℜ — 𝔗 = *Quod si recipit.* G = *Quod si non recipit.* w = *Quod si recepit.*

transibit — retexet = Pr λν nonn. alii ρρ 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. R Arg.b 𝔄 = *transibit — retexit.* G = *transibit — recessit.* w𝔈1. — 𝔐a = *transit — retexit.* P = *venientis extrinsecus.* Recc. ρρ + *tela ignesque* vel *tela et ignes.* w = *constanter exibit.*

14. GArg.b P1. 4. = *iudicio observandum.* Col. + *iudico non observandum.* r + *quod honestum est.* P1. P3.(n.) + *quod honestum omnes concedunt ad beate vivendum. Rursus per se.* w — *per se rursus — honestum.*

sus ad uitam beatam satis esse uirtutem. Si unum bonum est
quod honestum, omnes concedunt ad beate uiuendum sufficere
uirtutem: e contrario non remittetur, si beatum sola uirtus fa-
cit, unum bonum esse quod honestum est. Xenocrates et Speu- 15
sippus putant *beatum uel sola uirtute fieri posse, non tamen
unum bonum esse quod honestum est.* Epicurus quoque iudi-
cat, *cum uirtutem habeat, beatum esse, sed ipsam uirtutem
non satis esse ad beatam uitam, quia beatam efficiat uolu-
ptas quae ex uirtute est, non ipsa uirtus.* Inepta distinctio:
idem enim negat *umquam uirtutem esse sine uoluptate.* Ita
si ei iuncta semper est atque inseparabilis, et sola satis est:
habet enim secum uoluptatem sine qua non est, etiam cum sola
est. Illud autem absurdum est quod dicitur *beatum* quidem fu- 16
turum uel sola uirtute, non futurum autem *perfecte beatum.*
quod quemadmodum fieri possit non reperio. Beata enim uita
bonum in se perfectum habet, inexsuperabile. quod si est, per-
fecte beata est. Si deorum uita nihil habet maius aut melius,
beata autem uita diuina est: nihil habet in quod amplius possit
adtolli. Praeterea si beata uita nullius est indigens, omnis beata
uita perfecta est eademque est et beata et beatissima. Numquid 17
dubitas quin beata uita summum bonum sit? ergo si summum
bonum habet, summe beata est. Quemadmodum summum adie-
ctionem non recipit: (quid enim supra summum erit?) ita ne
beata quidem uita quae sine summo bono non est. Quod si ali-
quem magis beatum induxeris, et multo magis innumerabilia dis-

R = *Si enim unum bonum esse quod honestum est.* 𝔑 — 𝔙 + *Si enim unum bonum est quod honestum est.* R = *virtus faciat.*

15. r = *Senocrates.* 𝔛 — *Xenocrates — quod honestum est.* R — *est* post *honestum.* r = *cum virtute habeat.* β𝔏λ + *cum qui virtutem habeat.* Arg.b = *et beatum efficiat.* PG = *efficiat voluntus.* Arg.b = *id est enim negatum quum virtutem esse.* Etiam G P1. = *negatum quam.* P2. 4. Col. 𝔛ℜ — 𝔈𝔩. = *negat numquam virtutem.* R = *etiam sola satis est.*

16. w — *autem* ante *absurdum.*

w = *perfectum habet inexpugnabile.* rG = *perfecta beata est.* P1. 4. Col. = *perfecta est, beata est.* P3. = *perfecta est beata vita.* w(s∾) = *perfecte bona est.* RG (s∾) = *maius vel melius.* Arg.b = *maius aut levius.* Gw = *in quo amplius possit attolli.*

17. RrwmG P2. Col. sP3. ℜ — 𝔙 + *Quemadmodum summum bonum.* 𝔖 + *Q. s. [bonum].* P4. — *summum.* RrGwφχ et fere omnes ϱϱ Ops. Gr. 𝔛ℜ — 𝔙𝔖 + *induxeris, induces.* X + *induxeris aut induces.* PArg.b 𝔛𝔈1. — 𝔐a ∾. rφχ = *et multos et magis.*

crimina summi boni facies, cum *summum bonum* intellegam
18 quod supra se gradum non habet. Si est aliquis minus beatus quam alius, sequitur ut hic alterius uitam beatioris magis concupiscat quam suam. Beatus autem nihil suae praefert. Utrumlibet ex his incredibile est: aut aliquid beato restare quod esse quam quod est malit, aut id illum non malle quod illo melius est. Utique enim quo prudentior est hoc magis se ad id quod est optimum extendet et id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est qui cupere etiamnunc potest, immo qui
19 debet? Dicam quid sit ex quo ueniat hic error. Nesciunt beatam uitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in aequo est longa et breuis, diffusa et angustior, in multa loca multasque partes distributa et in unum coacta. Qui illam numero aestimat et mensura et partibus id illi quod habet eximium eripit. Quid autem est in beata uita eximium? quod plena est. Finis, ut puto, edendi bibendique satietas est. Hic plus edit, ille minus: quid refert? uterque iam satur est. hic plus bibit, ille minus: quid refert? uterque
20 non sitit. hic pluribus annis uixit, hic paucioribus: nihil interest, si tam illum multi anni beatum fecerunt quam hunc pauci. Ille quem tu minus beatum uocas non est beatus: non potest nomen inminui. *Qui fortis est sine timore est. qui sine timore est sine tristitia est. qui sine tristitia est beatus est.* Nostrorum haec interrogatio est. Aduersus hanc sic respondere conantur: *falsam nos rem et controuersiosam pro confessa*

β = *summum bonum facies.* RP2. (s∾) 𝔖 — *facies.* In λπσ *facies* est expunctum. Rell. omnes ∾.

Recc. ρρ plerique = *cum summum bonum intelligas.*

18. w = *Si est alius minus.*

Arg.b — *nihil* ante *suae praefert.*

R(s∾) 𝔑 — 𝔗 — *id* aute *illum non malle.* r + *quod illud illo melius.* ν = *quod ille melior est.* 𝔄 = *quod illa melius est.* r = *quoque prudentior est.* r = *optimum extendit.* G(m∾) = *etiamnunc premio qui debet.*

19. r = *beatam vitam bonum unum esse.* γδυ = *b. vitam unum esse.*

id illi quod habet eximium = mss. (exc. Sc) 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. Sc — *id.* 𝔐 — 𝔐a = *iam illi q. h. ex.*

Finis, ut puto = mss. etiam Ops. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔏4. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a (exc. 𝔏4.) = *Finis, ut puta.* o = *edenti bibentique.* G = *ille minus quidem, uterque.* ι = *utrique iam satis est.* G(s∾) — *iam.*

20. R = *multi anni* [s *beatum*] *fecerint.* Etiam w = *fecerint.*

sR = *numen imminui.* P2. Col. P3. (s.m.) = *numen minui.* π = *numerus imminui.* r = *Quid fortis est?* R + *Nostrorum autem haec.* Arg.b = *Adversus hanc respondere sic conantur.*

RGw P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔗 = *et controversiam.* 𝔐 — 𝔅1. = *et controversam.* Rell. etiam ssR P2. 3. ∾.

uindicare. cum qui fortis est sine timore esse. Quid ergo? 21
inquit, fortis inminentia mala non timebit? istud dementis alie-
natique, non fortis est. Ille uero, inquit, moderatissime timet:
sed in totum extra metum non est. Qui hoc dicunt rursus in
idem reuoluuntur, ut illis uirtutum loco sint minora uitia. Nam
qui timet quidem, sed rarius et minus, non caret malitia, sed
leuiore uexatur. At enim dementem puto qui mala inminentia
non extimescit. Uerum est quod dicis, si mala sunt: sed si 22
scit mala illa non esse et unam tantum turpitudinem malum iudi-
cat, debebit secure pericula adspicere et aliis timenda contemne-
re. aut si stulti et amentis est mala non timere, quo quis pru-
dentior est hoc timebit magis. Ut uobis, inquit, uidetur, prae-
bebit se periculis fortis. Minime: non timebit illa, sed uitabit:
cautio illum decet, timor non decet. Quid ergo? inquit: mor- 23
tem, uincula, ignes, alia tela fortunae non timebit? Non:
scit enim illa non esse mala, sed uideri. omnia ista humanae
uitae formidines putat. Describe captiuitatem, uerbera, cate-
nas, egestatem et membrorum lacerationes uel per morbum uel
per iniuriam et quicquid aliud adtuleris: inter lymphaticos metus
numerat. Ista timidis timenda sunt. An id existimas malum
ad quod aliquando nobis nostra sponte ueniendum est? Quaeris
quid sit malum? Cedere his quae mala uocantur et illis liber-
tatem suam dedere pro qua cuncta patienda sunt. Perit liber- 24

vindicare = mss. (exc. w recc. ρρ P2.) etiam Gr. Ops. 𝔖. w recc. ρρ P2. 𝔄ℜ — 𝔊 = *indicare.* 𝔐 — 𝔐a = *inducere* ex ing. Mur.

21. G recc. ρρ nonn. = *Quid ergo, inquis.* w(s∾) = *eminentia mala.* r = *istuc dementis.*
G = *in toto extra metum.* νυ = *ex toto extra metum.*

Qui hoc dicunt = mss. 𝔄ℜ — 𝔖 = *Qui haec dicunt.* R = *resolvuntur ut in illis.* r = *Et enim dementem.* G (s∾) = *non pertimescit.*

22. *Verum est quod dicis* = mss. etiam Sc 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a = *dicit.* r = *et unum tantum turpitudinem.* R Pinc. v. l. 𝔈𝔊 = *at si stulti et amentis.*
P = *prudentior est ob timebit magis.* r = *Ut inquit nobis videtur.* GGr. = *Ut nobis inquit vid.* Arg.b — *inquit.* R = *sed evitabit.* w = *si vitabit.*
𝔍u — *timor non decet.*

23. *Quid ergo, inquit* = mss. 𝔄𝔅𝔖 (P = *inquid*). ℜ — 𝔐a (exc. 𝔅) = *inquis.* w = *vincla.*
G𝔄ℜ = *Describere captivitatem.* rG = *egestates.* Arg.b = *lacerationem.* γδηθικλμνοπσυ Ops. = *lymphatos metus.* P1. 4. = *limphatos metus.* P2. Col. 𝔄 = *lymphaticos metuentes.* r𝔈1. 2. = *numera.* Arg.bσ = *enumerat.* 𝔄 = *Ipsa timidis.* 𝔄𝔈1. — 𝔐a — *nobis* post *aliquando* contra mstos etiam Ops. Gr. P4. — *aliquando.* P1. — *sponte.* r = *sponte nostra.* 𝔄 = *Credere usque mala vocuntur.* PG = *iis quae mala.* ℜ = *libertatem suam debere.*

tas, nisi illa contemnimus quae nobis iugum inponunt. Non dubitarent quid conueniret forti uiro, si scirent quid esset *fortitudo.* Non est enim inconsulta temeritas nec periculorum amor nec formidabilium adpetitio: scientia est distinguendi quid sit malum et quid non sit. Diligentissima in tutela sui fortitudo est et eadem patientissima eorum quibus falsa species malorum
25 est. Quid ergo? si ferrum intemptatur ceruicibus uiri fortis, si pars subinde alia atque alia subfoditur, si uiscera sua in sinu suo uidit, si ex interuallo, quo magis tormenta sentiat, repetitur et per adsiccata uiscera recens dimittitur sanguis: non timere istum tu dices nec dolere? Iste uero dolet: sensum enim hominis nulla exuit uirtus. sed non timet: inuictus ex alto dolores suos spectat. Quaeris quis tunc animus illi sit?
26 Qui aegrum amicum adhortantibus. *Quod malum est nocet. quod nocet deteriorem facit. dolor et paupertas deteriorem non faciunt: ergo mala non sunt.* Falsum est, inquit, quod proponitis: non enim, si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tempestas et procella nocent gubernatori, non tamen illum deteriorem faciunt. Quidam Stoici ita aduersus hoc respondent: Deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id quod proposuit efficere nec tenere cursum

24. G(m∾) P1. 3. 4. Col. = *nisi illa contempserimus.* P = *enim consulta.* r = *quod sit malum et quod non sit.* PG (s∾) = *in tutela vi.* RP3. = *in tutelam sui.* „quod mihi ambrosia omni dulcius." Grut. r = *in tutelam levi fort.* Arg.b — *sui.*
Arg.b — *est* post *species malorum.*
25. P1. Col. = *viscera nostra.* P3. = *viscera ipsa.* Rμ nonn. alii pp P2. 3. = *in sinu suo videt.* 𝔑 — 𝔅 = *in sinu suo viderit.* Arg.b = *commenta sentiat.* Pinc. ci. = *referitur* pro *repetitur.* w + *et si per adsiccata.* 𝔈1. — 𝔅1. = *per siccata viscera.* Quidam Pinc. = *per exsiccata v.* Rell. etiam Pinc. Gr. Gron. ∾. Gron. ci. = *per adsiccata vulnera.* (P3.) 𝔈 — 𝔐a = *demittitur* ex ci. Pinc. r = *demittetur singulis non.* Arg.b = *demittatur.* w = *remittitur.* G𝔑 — 𝔅 = *nec timere.* Prw Arg.b μν et fere omnes pp 𝔄𝔑 — 𝔗 = *non timet?* 𝔑 — 𝔗 + *Istum tu dices nec timere nec dolere.* Arg.b = *dicis.*
nec dolere = mss. 𝔑 — 𝔅. 𝔄 𝔈1. — 𝔖 = *non dolere.* mG αει λπτ 𝔑 — 𝔗 + *Eya qui aegrum amicum.* μ + *Eia qui aegr. am.* 𝔄 = *Eya aegrum amicum.*
26. P + *Falsum est ergo.* r + *sed dolor et paup.* P4. = *quod propositis.* wCol. = *quod proponis.* 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *quod proponitur.* Rell. etiam Gr. Ops. ∾.
Arg.b — *Tempestas — faciunt.*
nocent — faciunt = Prw. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *nocet — facit.* Rell. n. l. Arg.b = *Stoicis ita.*
R recc. pp nonn. 𝔑 — 𝔅 = *adversus haec.* P = *adversus hoc res deteriorem.* P = *tempestatem ac procella.* w = *tempestate et procella.* Arg.b = *proposuit perficere.*

suum: deteriorem illum in arte sua non fieri, in opere fieri.
Quibus Peripateticus: Ergo, inquit, et sapientem deteriorem
faciet paupertas, dolor et quicquid aliud tale fuerit: uirtutem
enim illi non eripiet, sed opera eius inpediet. Hoc recte dice-
retur, nisi dissimilis esset gubernatoris condicio et sapientis.
Huic enim propositum est in uita agenda non utique quod tem-
ptat efficere, sed omnia recte facere. gubernatori propositum
est utique nauem in portum perducere. Artes ministrae sunt, 28
praestare debent quod promittunt: sapientia domina rectrixque
est. Artes seruiunt uitae, sapientia imperat. Ego aliter re-
spondendum indico: nec artem gubernatoris deteriorem ulla tem-
pestate fieri nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi
non felicitatem promisit, sed utilem operam et nauis regendae
scientiam: haec eo magis adparet quo illi magis aliqua fortuita
uis obstitit. Qui hoc potuit dicere, *Neptune, numquam hanc* 29
nauem nisi rectam! arti satisfecit: tempestas non opus guber-
natoris inpedit, sed successum. Quid ergo? inquit, non nocet
gubernatori ea res quae illum tenere portum uetat? quae cona-
tus eius irritos efficit? quae aut refert illum aut detinet et ex-
armat? Non tamquam gubernatori, sed tamquam nauiganti no-
cet. Alioquin gubernatoris artem adeo non inpedit, ut osten-
dat: tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Naui- 30
gio ista obsunt, non rectori eius, qua rector est. Duas perso-

27. G𝔛 = *deteriorem faciat.*

𝔈 1. — 𝔐a + *paupertas et dolor.* 𝔖 = *virtutem* [*enim*] ratione non reddita. r = *Si recte diceretur.* 𝔑 = *Huic ergo propositum est.* R = *non utique quid temptat.* GP 1. 3. = *quod contempnat efficere.* sG = *quod temperat efficere.* r𝔛 = *omnia recta facere.* 𝔛𝔑 — 𝔅 = *navim.* r = *in portum deducere.* 𝔛 = *producere.*

28. G (m∾) P 1. 3. = *sapientia dominatrix est.* G𝔶 nonn. alii ρϡ = *Ergo aliter resp.* w = *deteriorem ulla potestate fieri.* m𝔈2. = *sed fidelem operam.*

P = *regendae scientia.* R𝔅 = *hoc eo magis apparet.* r = *Nec ego magis.* Pr = *quod illi magis.* 𝔑 — 𝔗 = *hoc magis in eo app.* G(m∾) P1. 4. P3 (p.m.) = *fort. vis resistit.* βϙ Col. = *restitit.* o = *obsistit.*

29. GR𝔛 = *hanc navim.* Rαβει λσπϙ Col. P3. (s.m.) + *nisi rectam videbis.* P2. + *nisi rectam videbit.*

Quid ergo? inquit = mss. 𝔖 (P = *inquid*). 𝔛 — *inquit.* 𝔑 — 𝔐a = *inquis.* 𝔶 = *irritos facit.* 𝔛 = *irritos fecit.* w = *quae autem refert.* rGw P1. 3. Col. = *aut exarmat.* quod Grutero valde placuit. (P 1. 3.) 𝔖 = *Alioqui* contra omnes libros. G (n.) P 1. 3. + *Alioquin artem ponit gub.*

R = *ut offendat.* Arg.b — *quilibet.* 𝔛 = *cuilibet gubernatori* om. *est.*

30. RrG (lit.) w𝔛𝔅𝔈 1. = *quia rector est.*

nas habet gubernator: alteram communem cum omnibus qui eamdem conscenderunt nauem, qua ipse quoque uector est, alteram propriam, qua gubernator est. Tempestas tamquam uectori nocet, non tamquam gubernatori. Deinde gubernatoris ars alienum bonum est: ad eos quos uehit pertinet, quomodo medici ad eos quos curat. Sapientia commune bonum est et eorum
31 cum quibus uiuit et proprium ipsius. Itaque gubernatori fortasse noceat cuius ministerium aliis promissum tempestate inpeditur: sapienti non nocetur a paupertate, non a dolore, non ab aliis tempestatibus uitae. Non enim prohibentur opera eius omnia, sed tantum ad alios pertinentia: ipse semper in actu est, non in effectu, tunc maximus, cum illi fortuna se obposuit: tunc ipsius sapientiae negotium agit quam diximus et alienum
32 bonum esse et suum. Praeterea ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur, cum illum aliquae necessitates premunt. Propter paupertatem prohibetur docere quemadmodum tractanda respublica sit: at illud docet quemadmodum sit tractanda paupertas.

R = *alter a communem.* R𝔄 = *nav i m.* sR recc. ρρ 𝔅𝔖 + *i n qua ipse.* rG(n.) = *q u a m ipse quoque.* PArg.b — *qua* ante *ipse quoque.* G plerique ρρ — *quoque.* μν alii ρρ 𝔄ℜ — 𝔗 = *qua q u e ipse vector est.* γδι + *qua q u e ipse quoque vector est.* P + *d u a s p e r s o n a s, alteram propriam.* r = *qua gubernator i s* om. *est.*

Rβιπ (P2. 4. Col.) 𝔅 — 𝔖 + *quomodo medici a r s.* Haec vox facile suppletur ex superioribus. ℜ — 𝔗 = *quos cur a n t.*

Sapientia = sR sλ (P2. 4. Col.?) 𝔄 𝔈2. — 𝔖. Rell. — *Sapientia.* quod abesse omnino non debet. GP1. 3. = *et eorum cum quibus u n u m.* P1. = *et i p s u m ipsius.* R = *et proprium e i u s.*

31. *fortasse noce a t* = mss. etiam Ss. 𝔄ℜ — 𝔈1. Durius quidem intelligitur *tempestas:* sed contra mstorum consensum non audeo cum Swo scribere *noceat u r.* 𝔈2. — 𝔐a = *noc e t u r.* R(s∞) = *cuius minister i o.* P = *a b i i s promissum.* G = *a b h i i s prom.* Arg.b = *a b h i s prom.* r + *a b aliis prom..* RmG ℜ — 𝔅 + *a b e o aliis prom.* 𝔄 = *a b e o prom.* r = *ab aliis i n c o m m o d i s vitae.*

ℜ — 𝔗 — *omnia* post *opera eius.* Arg.b = *ad i l l o s pertinentia.*

non in effectu = w (antiqq. ρρ) ℜ — 𝔅 𝔈2. 𝔏 — 𝔐a. PRr nonn. recc. ρρ Ops. 𝔄𝔈1. — *non.* sR alii recc. ρρ P2. Col. = *e t in effectu.* 𝔖 = [*et in effectu*]. G Pinc. P1. 3. 4. 𝔈𝔊 = *in actu est.* *In effect u m tunc.* Explicatur illud *non in effectu* verbis quae supra §. 27. leguntur: *Huic* [sapienti] *enim propositum est — n o n utique — e f f i c e r e, sed omnia recte facere.* Neque tamen multum abfuit, quin cum Mureto ea abiicerem, cum *non* in paucis tantum appareret et reliqua ad explicandum *in actu* addita esse viderentur. ℜ — 𝔗 — *tunc maximus.* R + *tunc e n i m ipsius.*

wμν nonn. alii ρρ ℜ — 𝔗 = *q u o d diximus et alienum.* 𝔄 = *q u o m o d o diximus.* P — *et* ante *alienum.*

32. R — *ne* ante *aliis quidem.* sR ℜ — 𝔅 = *n e c.* 𝔄 = *m e aliis q.* sG Arg.b = *prodesse p e r hibetur.* w = *p e r hibetur docere.* ℜ — 𝔅 = *q u o m o d o sit tractanda.* r = *a d illud docet.*

per totam uitam opus eius extenditur. Ita nulla fortuna, nulla
res actus sapientis excludit: id enim ipsum agit quo alia agere
prohibetur. Ad utrosque casus aptus est, bonorum rector et
malorum uictor. Sic, inquam, se exercuit, ut uirtutem tam 33
in secundis quam in aduersis exhiberet nec materiam eius, sed
ipsam intueretur. Itaque nec paupertas illum nec dolor nec
quicquid aliud inperitos auertit et praecipites agit prohibet. Tu
illum premi putas malis? utitur. Non ex ebore tantum Phidias 34
sciebat facere simulacra, faciebat ex aere: si marmor illi, si
adhuc uiliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illa fieri
optimum posset. Sic sapiens uirtutem, si licebit, in diuitiis
explicabit, si minus, in paupertate. si poterit, in patria, si
minus, in exilio. si poterit, imperator, si minus, miles. si
poterit, integer, si minus, debilis. Quamcumque fortunam
acceperit aliquid ex illa memorabile efficiet. Certi sunt domito- 35
res ferarum qui saeuissima animalia et ad occursum expauescentia hominem cogunt sub iugum nec asperitatem excussisse con-

𝔅1. = *Id nulla fortuna.* mG αβειστπ + *casus vitae aptus est.* ℜ — 𝔗 — *rector.* GwRr ρρ ℜ — 𝔗 = *est malorum victor.*

33. G(m∾) = *Sic inquit.* *exhiberet — intueretur* = mss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *exhibeat — intueatur.*

nec quicquid aliud = PRrGw𝔄. ℜ — 𝔅 + ∾ *aliud quod.* 𝔈1. = *nec quicquam aliud imperitos.* 𝔈2. — 𝔖 = *nec quicquam aliud quod.* P = *avertat.* r = *Tu illum premit.*

34. ℜ — 𝔅 = *Nec ex ebore.* ℜ — 𝔅 + *si adhuc illi viliorem.* rw = *optulisses.* P3. mP1. = *memoriale efficiet.*

35. *expavescentia hominem* = Pr antiquiores et probatiores ρρ duo Ops. Pr.abd Sc𝔄. wArg.b recc. ρρ Erl. Herb. unus Ops. P1. 3. 4. ℜ — 𝔗 = *expaventia hominem.* quod probat Ianus l. l. GP2. Col. 𝔅 = *expaventia hominum.* R Norimb. = *hominum expaventia.* Unus Ops. 𝔈1. — 𝔊 ℜu — 𝔖 = *expavefacientia hominem.* quod probat Lips. m𝔈1. 𝔐 — 𝔅1. = *exterrentia hominem* ex ci. Ermi. Lips. ci. = *expaventi ea homine.* Bene Ianus laudat ad hunc locum illustrandum Plin. N. H. VIII, 4. (5.) *Immo vero cur vel ipsius* [hominis] *conspectum paveant* [elephanti, tigres] *tanto viribus, magnitudine, velocitate praestantiores? Nimirum haec est natura rerum, haec potentia eius saevissimas ferarum numquam vidisse quod debeant timere, et statim intelligere quod debeant timere.*

cogunt sub iugum = R mG ci. Grou. ℜu𝔐a. ζϰ P4. 𝔖 = *cogunt pati iugum.* PG Arg.b P3. Nor. Herb. = *pati sub iugum.* rφ = *docent pati sub iugum.* mβ = *cogunt pati suum iugum.* quod defendet fortasse quispiam. w = *pati iugum.* νσ = *sub iugum* om. *cogunt.* Rell. ρρ P2. Col. 𝔄ℜ — 𝔅 + *cogunt pati sub iugum.* P1. = *parati sub iugum.* Erl. = *faci sub iugum.* unde Ianus ci. = *facile subigunt.* 𝔈1. = *cogunt pati sub iugum.* 𝔈2. — 𝔊 = *cogant pati iugum.* mm 𝔈1. — 𝔈 𝔐 — 𝔅1. = *docent pati iugum.* Recte docet Sw duas scripturas *cogunt sub iugum* et *cogunt pa-*

tenti usque in contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat. osculatur tigrim suus custos. elephantem minimus Aethiops iubet subsidere in genua et ambulare per funem. Sic sapiens artifex est domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium et ubique horrenda, cum ad hunc peruenere, mansueta sunt. Uale.

EPISTULA LXXXVI.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

In ipsa Scipionis Africani uilla iacens haec tibi scribo adoratis manibus eius et ara quam sepulcrum esse tanti uiri suspicor. Animum quidem eius in coelum ex quo erat redisse persuadeo mihi, non quia magnos exercitus duxit (hos enim et Cambyses furiosus ac furore feliciter usus habuit), sed ob egregiam moderationem pietatemque quam magis in illo admiror, cum reliquit patriam, quam cum defendit. Aut Scipio Romae
2 deesse debebat aut Roma in libertate. *Nihil,* inquit, *uolo*

ti iugum in unam a plerisque libris esse confusas quibusdam omissis.

P = *manum inserat.* r = *manum inserit.* ℜ — 𝔗 = *manus magister inserit.* 𝔅 = *manus magister insertat.* 𝔄 = *tigrida suum.* Etiam Sc = *tigrida.* Herb. = *tigris.* Norimb. = *tygrim.* ζ = *tigris suum custodem.* 𝔍π P1. 4. P3. (p.m.) = *osculantur tigres suum custodem.* Quidam Pinc. = *osculantur tigres suos custodes.* Arg.b = *eius custos.* r Nor. Erl. Herb. = *elephantum.* P1. 3. = *elefantum.* Rell. etiam Gr. ∾. 𝔐 = *mimus Aethiops.* 𝔈1. 2. + *et Aethiops* et — *et* ante *ambulare.* RGw ρρ 𝔖 — *et* ante *ubique.* r Pinc. = *exilium quaecumque horrida* [Pinc. = *horrenda*] *ad hunc perv.* Col. = *et cetera quaeque horrenda ubi ad hunc.* V = *et cetera horrenda ubi.* 𝔐 = *et cetera horrenda, cum.* 𝔏 — 𝔐a = *et ubicunque horrenda* Lips. ci. = *et cuicumque horrenda.* Rell. etiam Gr. ∾. PrG w Arg.b μν — *cum.* γδ = *si ad hunc.*

Ep. LXXXVI.

r = *hoc tibi scribo.* Gβ = *et archa.* P1. 3. mCol. cod. Lips. mm𝔈1. 2. 𝔈 𝔊ro — 𝔐a = *et arca.* Rell. etiam Gr. Ss. ∾. w = *tanti viri esse iudico.* R = *animam quidem.* V𝔐 = *unde erat redisse.* R = *rediisse.* P = *duxit ose et Cambyses.* 𝔐 = *hoc enim et Camb.* r = *et furore.*

quam magis in illo admiror = rγδφ. PG ρρ, qui non nominatim laudantur, Pr.abd P1. 3. = *quam magis in illo admirabilem.* w = *quam magis illo admirabilem iudico.* R mG αβεηικλπτ P 2. 4. Col. Sc 𝔄ℜ — 𝔅 = *quam magis in illo admirabilem iudico.* 𝔈1. — 𝔖 = *magis in illo admirabilem* nulla mstorum auctoritate. Cum *admirabilem* adscriptum esset vocibus *quam — admiror*, posteriorem exturbavit: quae scriptura quoniam sensu carebat, commovit quosdam, ut adderent *iudico*, quod in recentioribus tantum conspicitur et in ρρ plerumque est adiectum s.m.: *quam* vero mss. ad unum omnes servant.

aut Roma in libertate = PrArg.b ρρ (exc. γλ) Ops. Pr.abd P1. 2. 4. Col. 𝔈1. — 𝔊. Supple *esse*, quod addunt quidam ρρ. P3. = *aut Roma*

*derogare legibus, nihil institutis: aequum inter omnes ci-
ues ius sit. utere sine me beneficio meo, patria. causa
tibi libertatis fui, ero et argumentum. Exeo, si plus tibi
quam expedit creui.* Quidni ego admirer hanc magnitudinem
animi qua in exilium uoluntarium secessit et ciuitatem exone-
rauit? Eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni aut Sci-
pio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat: itaque locum
dedit legibus et se Liternum recepit tam suum exilium reipu-
blicae inputaturus quam Hannibalis. Uidi uillam structam lapi- 3
de quadrato, murum circumdatum siluae, turres quoque in
propugnaculum uillae utrimque subrectas, cisternam aedificiis
ac uiridibus subditam quae sufficere in usum uel exercitus pos-
set, balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine anti-
qua (non uidebatur maioribus nostris caldum nisi obscurum).
magna ergo me uoluptas subiit contemplantem mores Scipionis 4
ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror cui Roma
debet, quod tantum semel capta est, abluebat corpus laboribus
rusticis fessum: exercebat enim opere se terramque, ut mos
fuit priscis, ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido ste-
tit. hoc illum pauimentum tam uile sustinuit. At nunc quis 5

libertate. RGw = *aut Romae in libertate.* sR ci. Gron. 𝔑u 𝔐a = *aut Romani libertati.* γλ Otho Frising. 𝔖 = *aut Roma libertati.* Antiquus cod. Pinc. = *esse non debebat aut* ∾. Sc quidam Pinc. 𝔄 = *aut Roma sine libertate.* 𝔑 — 𝔅 + *aut Roma esse in libertate non poterat.*

2. αβξμτ + *causa tibi libertatis fui: tuus semper fui, semper ero et arg.* ζ + *tuus semper sum et ero arg.* 𝔄𝔑 — 𝔅 + *fui, tuus semper ero et arg.* P = *libertatis fuero et arg.*

Arg. b = *quam in exilium.* Unus Ops. = *quod in exilium.* 𝔈1. — 𝔊 — *qua.* ν nonn. alii ρρ 𝔄 + *Eo enim perducta.* Vetustiores ρρ 𝔄 = *Ita dedit locum.* P = *et solitus num recepit.* r = *et saliternum recepit.* R (m∾) Col. = *et se Veliternum rec.* GP1. = *et salicernum rec.* P2. = *et sene Liternum rec.* P3. = *et se Linternum rec.* P4. = *et se Biterrium rec.* 𝔄 = *recipit.*

G (m∾) = *suum exilium reip. mutaturus.* Rw fere omnes ρρ P2. 𝔑 — 𝔈1. *quam Hannibali.* 𝔖 = *quam Hannibal.* Rell. ∾.

3. P = *in structam.* G(s∾) fere omnes ρρ P2. (s.m.) ci. Matth. 𝔄 = *circumdatum silva.* P3. — *villae.*

R(s∾) 𝔄 = *utrimque subiectas.* G recc. ρρ = *subreptas.* P = *Cisterna aedificiis.* Rtλ P2. 4. = *vitibus subditam.* rγδ = *viridibus subductam.* o = *viribus subductam.* Gw 𝔄𝔑 — 𝔗 = *tenebrosum.* RG (s∾) 𝔄𝔑 — 𝔊 = *calidum.*

4. *subiit* = PGwRr vetustiores ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *subit.*

w — *ac* ante *nostros.* 𝔄 + *ille vel Carthag. horror an Roma.*

G(cr. ∾) = *abluebat caput.*

𝔅1. — 𝔐a = *enim operae se* librarii errore. P = *operam se.*

r — *terramque.* P = *ipse subiebat.*

est qui sic lauari sustineat? pauper sibi uidetur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt, nisi illis undique operosa et in picturae modum uariata circumlitio praetexitur, nisi uitro absconditur camera, nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdedit in quas multa sudatione corpora exsaniata demittimus,
6 nisi aquam argentea epitonia fuderunt. Et adhuc plebeias fistulas loquor: quid, cum ad balnea libertinorum peruenero? quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum inpensae causa! quantum aquarum per gradus cum fragore labentium! Eo deliciarum peruenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minimae sunt rimae magis quam fenestrae muro lapideo
7 exsectae, ut sine iniuria munimenti lumen admitterent: at nunc blattaria uocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant, nisi et lauantur simul et colorantur, nisi ex solio agros et maria prospiciunt.

5. G(cr.∾) = *aut sordidus.* w = *scrutis distincta.* rw = *distincta sint.* P = *circumlicio.* 𝔄𝔈1. = *vitro conditur.*

P = *Tasius lapis.* R = *Tassius.* 𝔑 = *Tursius.* sR nonn. recc. ρρ Col. + *Thasius vel Parius lapis.* P2. P3. (s.m.) + *Thasius velque Parius lapis.* w = *condam rarum.* w + *corpora nostra.*

exsaniata = Pr mP2. melioresLips. duo Ops. defendit Lips. Elect. I, 16. R𝔑 = *exanimata.* G(m∾) Arg.b 𝔗𝔅 = *examinata.* Gr. partim = *examinuta*, partim = *exanimata*, partim = *exsanita.* Recc. ρρ = *corpora exanimata, examinata, examata, exsaniata.* mCol. 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *exinanita.* RG(s∾) = *dimittimus.* r = *dimittemus.*

epitonia = wArg.b Put. alter 𝔑 Cuiacius ad Pauli Sentt. l. III. Brissonius de vbb. Sign. l. V. s. h. v. P𝔗𝔅 = *epitoma.* r = *ephitonia.* G(lit.) = *epythomia.* R(lit.) = *p ito a.* Cod. Iur. = *epytonia.* ρρ = *epithomia, epythomia, epithomya.* P1. = *epythomica.* P2. 𝔄𝔈1. 2. = *epitomia.* P3. 4. = *epithamica.* Col. = *epithomia.* 𝔈 — 𝔖 = *epistomia.* Apparet *epitonia* (proprie sunt verticulae, quibus chordae fidesque instrumentorum musicorum intenduntur) propter similitudinem etiam pro *epistomiis* potuisse dici: ideoque apud Varr. quoque R. R. III, 5, 16. et Vitruv. X, 8, 3. (ed. Schn.) al. ex mstis restituendum censeo *epitonia*, quamvis Schneider utroque loco contra disputet. cf. etiam Steph. Thes. Gr. L. ed. Paris. s. vv. ἐπιστόμιον et ἐπιτόνιον.

6. Arg.b = *calcare velimus.*

P = *lapideo et sectae.* r = *lapideo sectae.* 𝔄 = *non sine iniuria.* G(m∾) w — *lumen.*

7. G(s.m.) R 𝔄𝔑 = *blactaria.* Pw P2. Col. = *blutaria.* G (p.m.) P1. 3. = *baltaria.* P4. = *balctaria.* G(s∾) P1. = *apta sunt.* ηλ P3. m𝔈2. = *aperta sunt.* r = *recipiant, ut laventur simul et colorentur.* GP1. 2. 3. Col. = *et colantur.* νɔ + *agros simul et maria.* RGw𝔑 — 𝔅 = *ac maria.* Arg.b = *aut maria.* w = *prospi-*

Itaque quae concursum et admirationem habuerant, cum dedicarentur, in antiquorum numerum reiciuntur, cum aliquid noui luxuria commenta est quo ipsa se obrueret. At olim et pauca 8
erant balnea nec ullo cultu exornata: cur enim ornaretur res quadrantaria et in usum, non oblectamentum reperta? Non subfundebatur aqua nec recens semper uelut ex calido fonte currebat, nec referre credebant in quam perlucida sordes deponerent. Sed, di boni, quam iuuat illa balnea intrare obscura et gregali tectorio inducta quae scires Catonem tibi aedilem aut Fabium Maximum aut ex Corneliis aliquem manu sua temperasse? Nam hoc quoque nobilissimi aediles fungebantur 9
officio intrandi ea loca quae populum receptabant exigendique munditias et utilem ac salubrem temperaturam, non hanc quae nuper inuenta est similis incendio adeo quidem, ut conuictum in aliquo scelere seruum uiuum lauari oporteat. Nihil mihi uidetur iam interesse ardeat balneum an caleat. Quantae nunc aliquis rusticitatis damnat Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat? quod non in multa luce decoquebatur et exspectabat, ut in balneo concoqueret. O hominem 10

ciant. w = *non dedicarentur.* P2. Col. — *antiquorum.* Grut. ci. = *antiquatorum.* Pr wArg.b P1. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔈1. + *et in antiquorum.* G𝔈2. — 𝔐a + *haec in ant.* r + *recipientur reiciuntur.* 𝔑 = *commentata est.* Gr𝔑 = *quod ipsa.* 𝔑 = *re obrueret.* P = *obruerat.*

8. r = *cum nullo cultu.*

RArg.b ρϸ 𝔑𝔄 — 𝔅 = *exornaretur.* RG(m∾) ρϸ (exc. γδζητ ∾) unus Ops. Pall. 𝔄𝔑 — 𝔈2. = *res quadrutoria.* Col. = *res quadrataria.* sR w𝔄𝔑 — 𝔅 + *in oblectamentum.* 𝔈1. — 𝔊 = *in oblectamenta.* G(s∾) = *recepta.*

G(s∾) = *de calido fonte.* 𝔑 = *credebatur in aquam* et = *deponentur.* Pall. 𝔅 = *deponerentur.*

quam iuvat = mss. etiam Sc 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *quam iuvabat.* P = *intra obscura.* G P1. 3. = *grecali erectorio.* P4. Col. = *gretali tectorio.* 𝔑 = *græcali tectorio.* G(m∾) P1. = *aut Cornelius aliquem.* P3. = *aut Cornelium aliquem.* verum putat Grut. et pro *Corneliorum* dictum.

9. 𝔄 = *illa loca.* w = *salubrem temperantiam.* 𝔄 = *adeo equidem.*

vivum lavari = mss. 𝔄𝔅 — 𝔅1. 𝔖. 𝔑 = *vitium lavari.* 𝔑𝔗 m𝔈2. (Erm. utebatur exemplo ed. 𝔗, quod Rod. Agricola passim emendaverat) 𝔑u𝔐a = *invitum lavari.* w = *ardebat.* G = *ardeant balnea aut caleant.* P1. 3. 4. Col. = *ardeant balnea an caleant.* m𝔈2. = *algeat balneum.*

aliquis rust. damnat = PRrG wArg.b v et plerique ρϸ fere omnes Gr. 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *aliqui rust. damnant.* r = *quod nunc in caldarium.* r = *diem admisit.* Rrw 𝔄𝔑 — 𝔐 = *et spectabat.* quod editum voluit Sw. Sed facile *ex* poterat omitti propter praecedens *et* atque solent fere inter se confundi *spectare* et *exspectare.* G P1. = *et spectat.* P3. = *et expectat.* GRμ nonn. alii ρϸ = *concoqueretur.* Pr.a = *non coqueretur.* Sc𝔄𝔑 — 𝔗𝔖 = *coquere-*

calamitosum! nescit uiuere. non saccata aqua lauabatur, sed saepe turbida et, cum plueret uehementius, paene lutulenta. nec multum eius intererat an sic lauaretur: ueniebat enim ut sudorem illic ablueret, non ut unguentum. Quas nunc quorumdam futuras uoces credis? Non inuideo Scipioni: uere in exilio uixit qui sic lauabatur. Immo, si scias, non cotidie
11 lauabatur. Nam, ut aiunt qui priscos mores Urbis tradiderunt, brachia et crura cotidie abluebant quae scilicet sordes opere collegerant: ceterum toti nundinis lauabantur. Hoc loco dicet aliquis: Liquet mihi inmundissimos fuisse. Quid putas illos oluisse? Militiam, laborem, uirum. Postquam munda balnea
12 inuenta sunt, spurciores sunt. Describturus infamem et nimis notabilem deliciis Horatius Flaccus quid ait?

Pastillos Rufillus olet.

Dares nunc Rufillum: perinde esset, ac si hircum oleret. Gor-

tur. 𝔈 1. = *coquaeretur.* Rell. ∾: et bene habet scriptura vulgata. Iam enim Seneca non id notat, quod aequales calidiore aqua lavabantur (*decoquebantur*), sed quod in balneis longius commorabantur (*exspectabant, ut concoquerent*).

10. *nescit vivere* = mss. (etiam Gr.) 𝔄𝔑 — 𝔐. 𝔏 — 𝔖 ex ci. Dion. Gothofr. = *nesciit vivere.*

saccata = PR (p.m.)v nonn. alii ρρ duo Ops. P1. 3. 4. mCol. cod. Iur. 𝔅 𝔊ro𝔑u — 𝔖. G = *sacruta.* Arg.b = *sacata.* Cod. Colvii = *soccata.* w = *succata.* rγδ unus Ops. = *siccata.* R(s.m.) = *paccata.* 𝔄𝔈1. — 𝔅 1. (exc. 𝔊ro) = *pacata.* 𝔑 — 𝔗 = *apaccata.* G(m∾) P1. 3. 4. — *eius* ante *intererat.* r = *eius multum.* Arg.b + *veniebat enim ille.* Arg.b = *Quas sic quorumdam.* PG(s∾) = *non invideo Scipionis.* R(m∾) 𝔄𝔑 — 𝔅 — *Immo si scias, non cotidie lavabantur.* v nonn. alii ρρ = *Immo ut scias.*

11. 𝔑 = *non, ut aiunt.*

G(m∾) P 1. 2. 3. Col. = *mores verbis.* Arg.b = *Haec loco liceret aliquo liquet mihi.* P = *dicet aliquo.* 𝔄 = *quotis liquet.* 𝔑 — 𝔅 = *mihi liquet.* 𝔈 1. — 𝔅 1. (exc. 𝔊ro ∾) — *mihi* contra mstos etiam Gr.: neque supervacaneum est Pron., ut Swo videbatur. Habet potius maiorem aliquam vim, ut sit fere *mihi quidem:* quamobrem libenter scripsissem *mihi liquet.* P = *inmundissimas.* Rr GP 2. 3. 4. cod. Brit. Ermi 𝔄 𝔈 1. = *illo soluisse.* Arg b μ nonn. alii ρρ 𝔑 — 𝔅 = *illos soluisse.* 𝔈 2. = *illo dissolvisse militiae.* G(m∾) P1. cod. Brit. 𝔄𝔈1. = *malitiam.* P 3. = *molitiam.* P = *militia.* rwArg.b cod. Brit. = *militiae.* rG Col. P2. 𝔅𝔈 1. = *labore.* R mG μ nonn. alii ρρ cod. Brit. P 2. Col. 𝔑 — 𝔅 𝔈 2. + *decebat virum.* Nonn. ρρ + *sicut debebat virum.* Arg.b = *viros.* Pinc. putat etiam *vires* legi posse. P4. — *spurciores sunt.* mG P2. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *spurcitiores sunt.* GArg.b P1. = *puriores sunt.* P3. = *praviores sunt.*

12. w = *Descripturum.* 𝔏 4. = *nimiis notabilem.* G(s∾) = *nimis mutabilem.* GR = *Oratius.* R — *quid* ante *ait.* GP1. 3. Col. = *qui ait.* PRArg.b 𝔄 = *Pastillos Buccillus.* wGr. = *Bucillus* et infra = *Bucillum.* 𝔑 = *Post illos Bucillas horret.* ρρ (exc. πmo ∾) = *Buccillus* vel *Buttillus* et similiter infra. r = *Buccillus vel Buffillus olet.* re + *Gorgonius hircum.* R

gonii loco esset quem idem Horatius Rufillo obposuit. Parum est sumere unguentum, nisi bis die terque renouatur, ne euanescat in corpore. Quid, quod hoc odore tamquam suo gloriantur? Haec si tibi nimium tristia uidebuntur, uillae inputabis in 13
qua didici ab Aegialo, diligentissimo patrefamiliae (is enim huius agri nunc possessor est) quamuis uetus arbustum posse transferri. Hoc nobis senibus discere necessarium est quorum nemo non oliuetum alteri ponit: quod uidi illum arborum trimum et quadrimum fastidiendi fructus autumno deponere. Te quoque proteget illa quae 14

Tarda venit, seris factura nepotibus umbram,

ut ait Uergilius noster qui non quid uerissime, sed quid decentissime diceretur adspexit nec agricolas docere uoluit, sed

𝔛 = *Buccillum.* PGw 𝔑 = *Bucillum.* Rr𝔑𝔈1. = *proinde esset.* P = *hac si hircum.* w = *si hircum dares Gorgonii.* Arg.b = *si hircum daret Gorgonii.* P = *Gargonii.* 𝔈2. — 𝔖 + *et Gorgonii* contra mstos. w = *quod idem.*

Rufillo. Itidem ut supra errant veteres msti et imprr.

nisi bis die = mss. (exc G) 𝔛𝔑 — 𝔈1. (P = *nisi his die*). 𝔈2. — 𝔖 = *ni bis die.* G = *quin bis die.*

reno ratur = PrGArg b 𝔑 — 𝔗 = *removetur.* Rw𝔄𝔑 — 𝔖 = *renovetur.*

Quid, quod hoc odore = Pr antiqq. ϱϱ unus Ops. RP2. 4. Col. 𝔑 — 𝔅 + *Quid, quod idem hoc odore.* Recc. ϱϱ unus Ops. 𝔖 + *Quid, quod iidem hoc edore.* 𝔛 = *Quidquid iidem hoc odore.* G = *Qui quod iidem hoc edocere.* Duo Ops. = *Quid, quod idem hoc educere.* P 1. 3 = *quique idem hoc edocere.* 𝔈1. — 𝔏4. — *hoc.* 𝔊ro — 𝔐a = *Quid, quod iidem odore.* P = *tamquam sua.*

13. R plerique Gr. = *tristia videntur.* r = *abegi alio diligentissime.* w = *Aegalo.* G(p.m.) = *Agreialo.* s.m. = *Agialo.* De *Aegialo* cf. Plin. N. H. XIV, 5.

Rr = *patrefamilias.* r + *gloriosa pentesis. is enim.* 𝔛 — *nunc.* v = *vetus arbutum.* R = *Hec nobis senibus.* αεvɔ 𝔑 — 𝔅 + *olivetum alterum alteri.* 𝔛 = *alterius.* ε𝔑 — 𝔅 𝔈2. — 𝔏4. + *Quod vidi hoc dico.* o + *Quod vidi hoc loquor.* P3. (p.m.) = *quia vidi.* P3 (s m.) = *quod vili.* rGw ϱϱ P 1. P 2. (s.m.) 3. (p.m.) Col. 𝔑 — 𝔗 = *illud arborum.* R P 3. (s m.) = *in illud arborum.* 𝔈2. — 𝔊 = *illud arbustum.* 𝔐 — 𝔏4. 𝔅1. = *illud arboretum* ex ci. Lips. Elect. I, 16. PP2. (p.m.) P4. 𝔅𝔊ro𝔑u — 𝔖 ∞. λɔP3. (s.m.) 4. Col. 𝔑 — 𝔗 = *trivium et quadrivium.* 𝔐 — 𝔖 = *trimum aut quadrimum.* Rell. ∞. *trimum, quadrimum* concisas esse formas pro *trimarum, quadrimarum* vix est quod moneam. e = *faciendi fructus causa deponere.* 𝔛𝔈1. 𝔐 — 𝔅1. = *fastidienti.* 𝔈2. — 𝔊 + *haud fastidiendi. fastidiendi fructus* explicant propter malos fructus (cf. de structura Drkb ad Liv. XXI, 12, 4.): sed videtur hic latere adhuc scripturae vitium. 𝔊𝔖 = *autumo.* sed Sw correctum voluit. Pr GwArg b = *aut deponere.* P1. = *au. deponere.* P 4. = *fastidiendi fructus causa deponere.* P3.(p.m.) = *aut deponentibus quoque.*

14. Arg.b = *Tarda venit senibusve cesso nepotibus.* G = *qui numquam verissime.* G = *quod decentissime.* GP1. 3. 4. = *videretur.*

15 legentes delectare. Nam, ut alia omnia transeam, hoc quod
mihi hodie necesse fuit deprehendere adscribam:

Uere fabis satio est: tunc te quoque, medica, putres
Accipiunt sulci et milio uenit annua cura.

An uno tempore ista ponenda sint et an utriusque uerna sit
satio hinc aestimes licet. Iunius mensis est quo tibi scribo,
16 iam procliuus in Iulium: eodem die uidi fabam metentes, mi-
lium serentes. Ad oliuetum reuertar quod uidi duobus modis
dispositum. Magnarum arborum truncos circumcisis ramis et
ad unum redactis pedem cum rapo suo transtulit amputatis
radicibus relicto tantum capite ipso ex quo illae pependerant.
Hoc fimo tinctum in scrobem demisit: deinde terram non ad-
17 gessit tantum, sed calcauit et pressit. Negat quicquam esse
hac, ut ait, spissatione efficacius: uidelicet frigus excludit et
uentum. minus praeterea mouetur et ob hoc nascentes radices
prodire patitur ac solum adprehendere quas necesse est cereas

15. 𝔅1. 𝔐a — *àlia* ante *omnia.* 𝔄ℜ — 𝔖 = *omnia alia.*

deprehendere = mss. etiam Gr. 𝔄𝔅 — 𝔊𝔖. ℜ — 𝔗 = *apprehendere.* 𝔐 — 𝔐a = *reprehendere* ex ci. Lips. Elect. I, 16. Arg.b = *tunc quoque semina putres.*

e = *venit alia cura.* RArg.b vetustiores ρρ Gr. (exc. P2. 4.) 𝔄ℜ — 𝔊 = *Annuo tempore.* r recc. ρρ P2. = *An annuo tempore.* e = *An alio tempore.* Rell. etiam ex. Francisc. ∾. r = *ista deponenda.* RGw 𝔄ℜ — 𝔈2. = *ponenda sunt.* P = *hunc aestimes.* Gℜ = *existimes.* P = *unius mensis.* R e vetustiores et probatiores ρρ cod. Iur. Sc = *proclivis.* ℜ — 𝔗 = *proclivius.* Arg.b = *proclivus in milium.*

16. 𝔄 = *eadem die.*

revertar = PRGw Arg.b ρρ ℜ — 𝔅. r𝔄𝔈1. — 𝔖 = *revertor.*

dispositum = mss. 𝔄ℜ — 𝔏2. 𝔅1. et defendit Sw. ex Columella: aliud infra significat *deposuit* §. 18. vid. Ind. 𝔊ro𝔏4. ℜu — 𝔖 = *depositum.*

Arg. b = *ramos circumcisis truncis.*

cum rapo = mss. (exc. G Arg.b P1. 3.) etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. *Rapum* hic significat *caput radicum,* quod proxime legitur. GP1. 3. = *cum rapto.* Arg.b = *cum ramo.* 𝔐 — 𝔐a = *cum scapo* ex ing. Mur., sed alienum est ab hoc loco. r = *cum rapo sui.* Cuiac. Obss. XXIV, 5. verba *relicto tantum — pependerant* pro glossemate habet. Pinc. castigatior lectio unius ant. cod. = *capite uno.* r = *Haec fimo.* G(cr. ∾) = *fumo.*

tinctum = mss. 𝔄ℜ — 𝔅1. 𝔖. ℜu 𝔐a ex ci. Gron. = *tactum.* Schneider ad Colum. V, 9, 11. ex hoc loco laudat *finitum.* 𝔄 — *in scrobem — excludit et ventum.* Arg.b = *dimisit.* GP1. 3. = *tinctum dimisit in sero beata.*

17. R = *Negant.* ℜ = *Nec quicquam.* r = *esse acuta, ut ait, appositione efficius.* P = *esse acuta it spissatione.* G — *ac.* w = *ut aiunt, hac spiss.* Arg.b = *ut ait, missatione.* νη = *pissatione.* 𝔐 = *pisatione.* quod probat Steph. Prood. II, 10. οφ 𝔈1. — 𝔊 = *positione.*

et ob hoc nascentes = PRGArg.b ρρ (exc. γδν) 𝔄𝔈1. — 𝔊𝔏4. w = *obnascentes* om. *hoc.* rγδν ℜ — 𝔅𝔐 — 𝔖 (exc. 𝔏4.) = *ab hoc nasc.*

cereas = Rμ nonn. recc. ρρ P2. Col. P3. (s.m.) unus Pinc. 𝔅𝔖. Gr

adhuc et precario haerentes, leuis quoque reuellat agitatio: parum autem arboris, antequam obruat, radix. Ex omni enim materia quae nudata est, ut ait, exeunt radices nouae. Non 18
plures autem super terram eminere debet truncus quam tres aut quatuor pedes: statim enim ab imo uestietur nec magna pars quemadmodum in oliuetis ueteribus arida et retorrida erit. Alter ponendi modus hic fuit: ramos fortes nec corticis duri quales esse nouellarum arborum solent eodem genere deposuit. Hi paulo tardius surgunt: sed cum tamquam a planta processerint, nihil habent in se horridum aut triste. Illud etiamnunc uidi ui- 19
tem ex arbusto suo annosam transferri: huius capillamenta quoque, si fieri potest, colligenda sunt. deinde liberalius sternenda uitis ut etiam ex corpore radicescat. Et uidi non tantum mense Februario positas: sed etiam Martio exacto tenent et conplexae sunt non suas ulmos. Omnes autem istas arbores quae, ut ita dicam, grandiscapiae sunt ait aqua adiuuandas cisternina: quae si prodest, habemus pluuiam in nostra potestate.

w Sc 𝔛 = *ceteras.* PPinc. (exc. uno) 𝔈1. = *caeterus.* Arg.b = *ceteris.* 𝔑 — 𝔗 = *certas.* 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *teneras.* PG = *revelat agitatio.* σπ = *relevet ag.* Rβ λφχ unus Ops. P2. Col. + *parum autem valet arboris.* P3. = *valet arbori.* P = *parum autem arboribus.*

radix = mss. etiam Gr. Pinc. 𝔛𝔑 — 𝔐. 𝔏 — 𝔖 ex ci. Pinc. = *radit.* Quae recepi, hoc significant: *radices arboris nuper depositae parum valent ad eam sustentandam et a ventis defendendam, antequam is, qui deposuit, obruat et terram calcando spisset.* Referuntur haec quoque ad *spissationem* et cetera, quae modo dicta sunt. Malim tamen inter se transpositas particulas *autem* et *enim.* Si vero quis cum Pinciano scribere voluerit *radit*, is necesse erit *parum* mutet in *palum* et probet nobis hanc vocem significare posse *truncum* vel *caudicem:* tunc *radere* id esset, quod Colum. V, 9, 11. dicit *surculare.*

18. r = *Non pluris.* RP3.(s.m.) 𝔑 — 𝔗 = *retorrida exit.* 𝔛 = *rotunda erit.* r = *Ramos fortis nec cortis duri.* w = *non corticis.* G = *nullarum arborum.* P = *ad planta.* r = *ad plantam.* Arg.b = *processerunt.*

r = *in se aut abhorridum.* Tres Ops. 𝔛 = *in se abhorridum.* G ρρ Gr. (exc. P3.) 𝔑 — 𝔅𝔖 + *aut horridum.* P3. (p.m.) + *aliud horridum.* PwRArg.b ∾.

aut triste = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔛𝔈1. — 𝔐𝔞 = *nec triste.*

19. R (s∾) = *annoso.* w = *et liberius.* PArg.b = *radicescit.* Gσ = *radices sint.* γδ = *radices crescant.* r — *Et* ante *vidi.* RG ρρ (exc. γδσ) 𝔛𝔖 = *sed iam Martio.* Prwγδσ 𝔑 — 𝔐𝔞 ∾.

P = *non suas salmos.* r = *non sua psalmos.* R — *autem* post *omnes.*

grandiscapiae = Pr 𝔏 — 𝔐𝔞 ex ci. Pinc. Arbores *grandiscapiae* sunt *grandis scapi.* χ = *grandiscaniae.* υ = *grandis capite.* G wRArg.b rell. ρρ Gr. 𝔛𝔑 — 𝔐𝔞 = *grandis copiae.* unde 𝔖 = *grandiscopiae.* quod explicat: „quarum radix grandibus scopis sive scopiis, quae *capillamenta* paulo ante dixerat [sed *capillamenta* potius ad palmites refero], instructae sunt.“ P = *cisterninas.* Antiqq.

Plura te docere non cogito ne, quemadmodum Aegialus me sibi aduersarium parauit, sic ego parem te mihi. Uale.

EPISTULA LXXXVII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Naufragium antequam nauem adscenderem feci: quomodo
acciderit non adicio ne et hoc putes inter Stoica paradoxa po-
nendum quorum nullum esse falsum nec tam mirabile quam pri-
ma facie uidetur, cum uolueris, adprobabo, immo etiam si
nolueris. Interim hoc me iter docuit quam multa haberemus
superuacua et quam facile iudicio possemus deponere quae, si
2 quando necessitas abstulit, non sentimus ablata. Cum paucissi-
mis seruis quos unum capere uehiculum potuit sine ullis rebus,
nisi quae corpore nostro continebantur, ego et Maximus meus
biduum iam beatissimum agimus. Culcita in terra iacet, ego
in culcita. Ex duabus penulis altera stragulum, altera operto-
rium facta est. De prandio nihil detrahi potuit: paratum fuit
non magis hora, nusquam sine caricis, nusquam sine pugillari-
3 bus. Illae, si panem habeo, pro pulmentario sunt, si non,

ρρ 𝔄 = *cisternae.* 𝔈1. — 𝔖 + *Aegialus noster* contra mstos etiam Gr. Ops. Ss. Arg.b = *ad usurarium paravit.*

Ep. LXXXVII.

GSorb. = *navim.* P3. = *non adiiciam ne hoc putares.*

G (m∾) P1. P3. (p.m.) = *inter Stoica paria.* RmGμ plerique alii ρρ P1. 2. P3. (s.m.) Col. 𝔄 = *inter Stoica paradigmata.* Sorb. = *inter Stoica paradicinata.*

GP1. 3. = *quorum nullum erat falsum.* r = *prima facies.*

G = *volueris, apparabo.* β = *difficili iudicio.* R rell. ρρ fere omnes 𝔑 — 𝔅𝔖 = *quam facili iudicio.* 𝔈1. — 𝔊 = *et quam cum facili iudicio.* P1. 3. 4. + *quam facile iudicio non facili* (nisi Grut. scribere voluit *quam facile non facili*). Grut. ci. = *facile initio.* r = *iudico.* Vmm𝔈1. 2.𝔊𝔐 = *possemus contemnere.*

2. νCol. = *cum paucis servis.* P3. + *Nam cum pauc.* RrGw Sorb. Arg.b 𝔄𝔑 — 𝔏4. = *culcitra.* Sed P cod. Iur. recte = *culcita.*

GSorb. 𝔄𝔑 = *pennulis.* Sorb. = *altera stragula.* R = *cohopertorium.* r = *nil detrahi.*

G nonn. ρρ P1. 3. cod. Lips. = *parentium fuit.* Sorb. μν = *parentum fuit.* Nonn. recc. ρρ 𝔑 — 𝔅𝔖 = *non magna hora.* Putat Sw. *non magna hora* idem significare atque *non multa hora, non multo die.* Pro *magis* exspectaveram *amplius.* Sorb. Arg.b P2. (p.m.) Col. (p.m.) Sc 𝔄 = *non magis ora* solito vitio. Cod. quidam Mur. = *fuit sine magis ira.* unde Mur. ci. = *sine magiro.* Sanctol. ci. = *Pransum fuit non magna hora* i. e. *tarda hora,* vel *Parcum fuit non magis hora.* RArg.bμ nonn. alii ρρ 𝔑 — 𝔅𝔖 = *nunquam sine caricis.* RrG (s∾) Arg.b = *nunquam sine pug.* Sorb. = *non quam sine pug.* w = *nusquam sine pultis tribus.* Arg.b = *pugillis tribus.*

3. *si panem habebo.* PrwArg.b quinque ex recc. ρρ P2. 4. Col. + *si non habebo.* P3. = *sive pro*

pro pane. cotidie mihi annum nouum faciunt quem ego faustum
et felicem reddo bonis cogitationibus et animi magnitudine qui
numquam maior est, quam ubi aliena seposuit et fecit sibi pacem
nihil timendo, fecit sibi diuitias nihil concupiscendo. Uehicu-
lum in quod inpositus sum rusticum est. mulae uiuere ambu-
lando testantur. mulio excalceatus, non propter aestatem.
Uix a me obtineo ut hoc uehiculum uelim uideri meum: durat 4
adhuc peruersa recti uerecundia. Quotiens in aliquem comita-
tum lautiorem incidimus, inuitus erubesco quod argumentum
est ista quae probo, quae laudo, nondum habere certam sedem
et inmobilem. Qui sordido uehiculo erubescit pretioso gloria-
bitur. Parum adhuc profeci. nondum audeo frugalitatem palam
ferre. etiamnunc curo opiniones uiatorum. Contra totius ge- 5
neris humani opiniones mittenda uox erat: Insanitis, erratis,
stupetis ad superuacua, neminem aestimatis suo. Cum ad pa-
trimonium uentum est, diligentissimi conputatores sic rationem
ponitis singulorum quibus aut pecuniam credituri estis aut bene-
ficia (nam haec quoque iam expensa fertis): *Late possidet,
sed multum debet. habet domum formosam, sed alienis
nummis paratam. familiam nemo cito speciosiorem produ-
cet, sed nominibus non respondet. si creditoribus soluerit,
nihil illi supererit.* Idem in reliquis quoque facere debebitis, 6

pane. Sorb. G 𝔑 — 𝔅 = *quae numquam.* PG = *numquam maiorem quam.* r = *nil timendo.* Arg.b = *nihil ex concupiscendo.* G (n.) + *fecit.* G quatuor ex recc. ϱϱ 𝔄 = *in quod positus sum.* 𝔑 — 𝔅𝔖 = *in quo positus sum.*

vivere ambulando testantur = PG Sorb. (p.m.) μν plerique alii ϱϱ. w + *se vivere amb. test.* Rr 𝔄𝔑 — 𝔖 + *vivere se amb. test.* mπ = *non propter egestatem.* P = *non propter statem.*

4. Sorb. G = *optineo.* PGArg.b ϱϱ (exc. λ) 𝔑 — 𝔅 = *videri nolim.* w = *videre nolim.* Arg.b = *Dura adhuc.* r = *perverse recti.* R Sorb. Arg.b + *et quotiens.*

P = *in aliquem commutatum lau incidimus.* R + *et quae laudo.*

sedem et inmobilem = PRrw Arg.bγοσφχ P3.(s.m.) 𝔈1. — 𝔅1. G rell. ϱϱ Gr. 𝔑 — 𝔅 𝔑u — 𝔖 = *fidem et imm.* 𝔐 — 𝔐a (exc. 𝔏4.) = *gloriatur* contra mstos. Arg.b = *adhuc perfeci.* Quidam Pinc. = *palum proferre.* unde Heins. (ad Vell. II, 116, 4. p. 1182. ed. Ruhnk.) ci. = *palam praeferre.* Vνσ = *palam facere.* w = *non curo.* R(s∾) = *cum curo.* Sorb = *nunc curo opinationes.*

5. r — *totius* ante *generis.* r = *insanitas.* w — *suo* post *aestimatis.* R(n.) = *sicut rationem.*

P = *ad beneficia.* Pr — *habet* ante *domum.* rArg.b — *cito* ante *speciosiorem.* 𝔄𝔑 — 𝔈 1. = *creditori solverit.* r = *nil illi supererit.*

6. *debebitis* = Pr Sorb. Arg.b ϱϱ (exc. γδηϑιλσφ) Col. P4. 𝔄𝔑 — 𝔊. Gw RVγδηϑιλσφ P 1. 2. 3. = *debetis.* 𝔐 — 𝔖 = *debebatis.*

excutere quantum proprii quisque habeat. Diuitem illum putas, quia aurea supellex etiam in uia sequitur, quia in omnibus prouinciis arat, quia magnus calendarii liber uoluitur, quia tantum suburbani agri possidet quantum inuidiose in desertis Apuliae possideret. Cum omnia dixeris, pauper est. Quare? Quia debet. Quantum? inquis. Omnia. nisi forte iudicas interes-
7 se utrum aliquis ab homine an a fortuna mutuum sumpserit. Quid ad rem pertinent mulae saginatae unius omnes coloris? Quid ista uehicula caelata?

Instrati ostro alipedes pictisque tapetis,
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Ista nec dominum meliorem possunt facere nec mulam. M. Cato Censorius quem tam e republica fuit nasci quam Scipionem (alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) canterio uehebatur et hippoperis quidem inpositis, ut secum

in via sequitur = P Sorb. GArg.b 𝔄. Rrw ℜ — 𝔖 + *eum sequitur.* Rell. n. l. Pinc. v. l. 𝔐 = *liber evolvitur.* Sed rell. etiam Gr. Mod. ∾. w = *quantum in numidie in desertis Apuliae.* R (lit.) P3. (s.m.) = *in desertis Arabiae.*

Rℭ1.2. 𝔐 — 𝔐a + *et cum omnia dixeris* contra mstos etiam Pinc. Gr. r = *ni forte.*

iudicas = Prw. GR Sorb. Gr. 𝔄ℜ — 𝔖 = *iudices.* V cod. quidam Ermi = *nisi forte tu dices.*

R — *a* ante *fortuna.* G (m∾) P1. 2. P3. (s∾) Col. = *mutuum susceperit.* P4. = *mutuum suscepit.*

7. w = *unius omnes scolaris.*

Pγ = *instratos nostro.* wArg.b = *instratos ostro.* Sorb. μ = *infracto rostro.* G = *inferrato rostro.* Nonn. ρρ ℜ = *instrati rostro.* 𝔄 = *instratos alipedes* om. *ostro.* r = *alapedes.* ℜ = *alipidis.* ℜ — 𝔗 + *collo pendent.* Sorb. Vαεμντ 𝔍u = *facere nec malum.* G = *facere quam malum.* R𝔄 = *Censorinus.*

quem tam e republica fuit nasci = P pars Ops. cod. Iur. ci. Grut. 𝔏4. + *quem tam e rep. hercule fuit nasci.* Pars Ops. = *quem tamerei. p. fuit nasci.* r = *quem tam in republica fuit nasci.* wPinc. = *quem tam r. p. fuit nasci.* G plerique ρρ pars Ops. P1. 4. Heins. Erfurt. ℜu — 𝔖 = *quem tam reipublicae fuit nasci.* Col. = *qui tam reipub. fuit nasci.* Arg.b = *quem tam republica profuit (?) nasci.* R = *quem tam hercule reipublicae profuit nasci.* V = *quem tam utile reipublicae nasci fuit.* ιπ = *quem tam reipublicae utile fuit nasci.* Ex ρρ solus λ habet *hercule* s.m. adiectum. φ quoddam ex Pinc. P3. = *quem tam reipublicae profuit nasci.* P2. = *quem tamen reipub. fuit utilius nasci.* 𝔄 = *quem tam hercle profuit nasci.* ℜ — 𝔅 = *quem tam necessarium R. P. fuit nasci.* ℭ1. 2. = *quem tam necessarium Romano populo hercule profuit nasci.* ℭ — 𝔐 = *quem tam Romano populo hercule profuit nasci.* 𝔏 — 𝔅1. (exc. 𝔏4.) = *quem tam reipublicae hercule profuit nasci.* R(s∾)ℜ = *cauterio vehebatur.* r = *cantoria veh.* w = *chanterio veh.* P2. = *causatio veh.* 𝔐 = *cantelio veh.* 𝔄 = *canthera veh.* Rell. ∾ (sed G Gr. 𝔐a alii = *cantherio*). r = *et ipoperis.* w =

utilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex 8
his trossulis in uia diuitibus cursores et Numidas et multum ante se pulueris agentem! Hic sine dubio cultior comitatiorque quam M. Cato uideretur, hic qui inter illos adparatus delicatos cummaxime dubitat utrum se ad gladium locet an ad cultrum. O quantum erat seculi decus imperatorem triumphalem, censorium, quod super omnia haec est Catonem uno caballo esse contentum et ne toto quidem! partem enim sarcinae ab utroque latere 9
dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis et asturconibus et tolutariis praeferres unicum illum equum ab ipso Catone defrictum? Uideo non futurum finem in ista materia ullum, nisi quem ipse mihi fecero. Hic itaque conticescam, quantum ad ista quae sine dubio talia diuinauit futura qualia nunc sunt qui primus adpellauit *inpedimenta.* Nunc uolo paucissi- 10
mas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere ad uirtutem pertinentes quam satisfacere uitae beatae contendimus. *Quod bonum est bonos facit. nam et in arte musica quod bonum est facit musicum. fortuita bonum non faciunt: ergo non sunt bona.* Aduersus hoc sic repondent Peripatetici, ut quod

et yp operis. Sorb. = *utilia portare.* G (m∾) — *utilia.* Pinc. ci. = *utensilia portaret.* cf. Pricaeus ad Appul. III, 183. b ed. Oud.

8. r = *ex his grossulis.* G(p.m.) 𝔖στ = *ex his trophulis.* Lips. (Elect. II, 1.) suspectum habet *divitibus.* Pinc. emendatissimum ex. = *ante se pulveris agentibus.*

G(cr.∾) P3. = *Hoc sine dubio cultior.*

hic qui inter illos adparatus delicatos cummaxime = Pr wε τσ. RGr. rell. ρρ ℜ — 𝔅𝔖 = ∾ *delicatus* ∾. GSorb: 𝔛𝔈 1. = *hic inter illos app. delicatus cumm.* Arg.b = *hic inter apparatus delicatos qui cumm.* 𝔈 2. — 𝔐𝔞 = *hic inter illos app. delicatos* [𝔈 2. — 𝔊 = *delicatus*] *qui cumm.* Nonn. ρρ = *tum maxime.* R𝔅 — 𝔖 + *et quod super omnia.* w𝔍u = *cabello.*

9. r — *non* ante *omnibus obesis.* Sorb. = *obesis mannuis.* 𝔛 = *obesis manibus.* ℜ = *obesis inanis.* P = *ad asturconibus.* r = *et curconibus.* P1. = *et astuicatibus et tolutariis praeferentes.* P2. = *et abstrucionibus et coluptariis.* P3. = *et astructionibus et collucariis praeferentes.* P4. = *et austurcionibus et colutariis.* Col. (ut videbatur) 𝔛 = *et colutariis.* R = *et collitariis praeferens.* Sorb. = *et toluttariis.* ℜ = *et colutaribus.* w = *praefers.* G(cr. ∾) = *praeferens.* rφ = *ab ipso Catone confrictum.* G(cr.∾) Pinc. P1. 4. (ut videbatur) = *destrictum.* γδ = *detritum.* 𝔖x = *districtum.* P = *Video ne.* r = *finem in istis ullum.* R = *nisi quem ipsemet fecero.* rcφ = *Hic itaque faciam quantum.* r = *ad istam materiam quae.* P + *ad ista* [*materia*]. GP1. 3. — *futura.* w = *qui prius appellavit.*

10. ζ + *per quam satisfacere.* γδ = *per quas satisf.* τ = *quas satisf.* Arg.b — *et* ante *in arte musica.* ℜ — 𝔅 + *bonum facit musicum.* 𝔖σ = *bonos musicos facit.* P 1. 3. 4. Col. = *fortuita bonos non faciunt.*

11 primum proponimus falsum esse dicant. *Ab eo,* inquiunt, *quod*
est bonum, non utique fiunt boni. In musica est aliquid
bonum tamquam tibia aut chorda aut organum aliquod
aptatum ad usus canendi. nihil tamen horum facit musicum.
Hic respondebimus: Non intellegitis quomodo posuerimus *quod*
bonum est in musica. Non enim id dicimus quod instruit mu-
sicum, sed quod facit: tu ad supellectilem artis, non ad artem
12 uenis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est, id utique
musicum faciet. Etiamnunc facere id planius uolo. Bonum
in arte musica duobus modis dicitur: altero quo effectus musici
adiuuatur, altero quo ars. Ad effectum pertinent instrumenta,
tibiae et organa et chordae, ad artem ipsam non pertinent. Est
enim artifex etiam sine istis: uti forsitan non potest arte. Hoc
non est aeque duplex in homine: idem enim bonum et hominis
13 et uitae. *Quod contemptissimo cuique contingere ac turpis-*
simo potest bonum non est. opes autem et lenoni et lani-
stae contingunt: ergo non sunt bona. Falsum est, inquiunt,
quod proponitis. Nam et in grammatice et in arte medendi aut
gubernandi uidemus humillimis quibusque bona contingere. Sed
istae artes non sunt magnitudinem animi professae, non consur-
14 gunt in altum nec fortuita fastidiunt. Uirtus extollit hominem

11. 𝔄𝔈1. 2. = *Ab eo, inquit.* 𝔄 = *non itaque fuit boni.*

In musica aliquid bonum = Pr w Sorb. 𝔄. R = *aliquid boni.* G 𝔑 — 𝔖 = *aliquod bonum.* r = *tamquam ut chorda* om. *tibia.*

r — *ad usus.* 𝔑 = *ad usum canendi.* αβειπ 𝔑 — 𝔅𝔍u = *Hic respondemus.* G = *Non intelligimus quomodo.*

quod bonum est in musica = mss. etiam Pinc. Gr. Sc 𝔑—𝔅𝔏4.𝔖. 𝔄 = *in musico.* 𝔈1. — 𝔐a (exc. 𝔏4.) = *q. b. e. musico.* 𝔄 = *quod instituit musicum.* w = *non ad rem venis.*

12. P = *Etiamnunc facere his me planus volo.* wArg.b P 3. 4. Col. 𝔄𝔈1. 2. = *Et. facere his me planius volo.* G = *Et. facere is me planius volo.* γδ = *Et. facere me his planum volo.* r = *Et. facere his me planum volo.* R = *Et.* [s *facere*] *me hiis planius volo.* Sorb. P 1. 2. = *Et. me facere his planius volo.* Rell. ρρ (exc. φ∾) 𝔑 — 𝔅 = *Et. facere me his planius volo.* r = *alterum quo effectus artis adiuvatur, alterum quo ars.* P = *alterum* ∾ *alterum.* w = *musici iuvatur.*

Rr Sorb. — *et* ante *chordae.* r = *Etenim artifex sine istis.* r — *non* ante *potest arte.* R + *Idem enim bonum est.* sG wμν nonn. alii ρρ + *Idem est enim bonum.* Arg.b = *id est enim bonum.*

13. 𝔄𝔑 = *bonum est: opes autem* om. *non.*

inquiunt, quod proponitis = mss. etiam Iur. Ops. Gr. 𝔑 — 𝔅 𝔏4. 𝔖. 𝔄𝔈 1. — 𝔐a (exc. 𝔏 4.) = *quod proponitur.* Sorb. — *et* ante *in grammatice.*

in grammatice = Pμν meliores Ops. Gw Rr 𝔄𝔑 — 𝔖 = *in grammatica.* Sorb. = *et in arte madendi.* Sorb. = *Sed istae arte non sunt.* r = *magnitudini animi promissae.* P = *professa.*

et supra cara mortalibus conlocat: nec ea quae bona nec ea quae mala uocantur aut cupit nimis aut expauescit. Chelidon, unus ex Cleopatrae mollibus, patrimonium grande possedit. Nuper Natalis tam inprobae linguae quam inpurae in cuius ore feminae purgabantur et multorum heres fuit et multos habuit heredes. Quid ergo? utrum illum pecunia inpurum effecit an ipse pecuniam inspurcauit? quae sic in quosdam homines quomodo denarius in cloacam cadit. Uirtus super ista consistit. suo aere censetur. 15
nihil ex istis quolibit incurrentibus bonum iudicat. Medicina et gubernatio non interdicit sibi ac suis admiratione talium rerum. Qui non est uir bonus potest nihilominus medicus esse, potest gubernator, potest grammaticus tam mehercules quam coquus. Cui contigit habere rem non quamlibet hunc non quemlibet dixeris. Qualia quisque habet talis est. Fiscus tanti est quantum habet: immo in accessionem eius uenit quod habet. Quis 16
pleno sacculo ullum pretium ponit, nisi quod pecuniae in eo conditae numerus effecit? Idem euenit magnorum dominis patri-

14. Gw vetustiores ρρ 𝔑 — 𝔅 = *super cara.* R rell. ρρ P2. P3. (s.m.) Col. = *superiorem mortalibus.*

w + *nec ea quae bona sunt.*

r — *vocantur.* 𝔄𝔈 1. 2. = *nec cupit nimis nec expavescit.* w𝔑 — 𝔅 = *Celidon unus.* G = *Celidonius ex Cleop.* Vett. ρρ et nonn. alii P 1. 3. 𝔈 2. = *Chelidonius ex Cleop.* P 3. = *Thelidonius ex Cleop.* Col. = *Theleodan unus ex Cleop.* P 2. = *Cheleodon unus.* Aliqui Pinc. = *Chelédon unus.* P = *ex deo parte mollibus.* G (s∾) Sorb. = *ex Cleop. mobilibus.* w = *feminae purgantur.* P = *pecunia partum effecit.* 𝔐 ed. Tauchn. = *purum effecit.*

inspurcavit = PRr mG w Arg.b ρρ cod. Iur. Col. Prr. 𝔑 — 𝔗𝔖. 𝔅 — 𝔐 = *conspurcuvit.* 𝔄 = *inspurgavit.* G = *impugnavit.* Sorb. P1. 2. 3. = *impurgavit.* P4. = *inspurcat.* 𝔏 — 𝔐a = *impuravit* ex ci. Grut. v = *in cloacam vadit.*

15. Arg.bP4. = *suo ore censetur.* GP1. 3. = *suo herede censetur.*

quolibet = PRr GwArg.b vett. ρρ Iur. P2. Col. 𝔄. Sorb. P1. 3. 4. = *quodlibet.* (Recc. ρρ) 𝔑 — 𝔖 = *quomodolibet.* w = *et suis admirat.*

admiratione = P cod. Iur. vid. Ind. s. v. *Interdico.* Gw Rr Sorb. 𝔄𝔑 — 𝔖 = *admirationem.* RP3. = *administrationem.* Gron. ci. = *admixtionem.* R𝔄 = *mehercule.* v nonn. alii ρρ 𝔑 — 𝔅 + *mehercules esse.* R Sorb. Gr. 𝔑 — 𝔈1. 𝔖 = *Cui contingit.*

rem non quamlibet = Pw mG Arg.b recc. ρρ 𝔈2. — 𝔐. 𝔑 — 𝔗 = *rem non quemlibet.* 𝔅 = *rem non quelibet.* 𝔄𝔈1. = *habere non quolibet.* (Antiqq. ρρ) Pinc. v. l. P2. 3. Col. 𝔏 — 𝔖 = *habere non quaelibet* (Sed Gr. = *Non quaelibet.*) Sorb. = *habere non quemlibet.* P 1. = *non esse habere. Non quaelibet.* Col. (s.m.) = *et habet non quemlibet.* P4. = *habere rem quamlibet, hunc non quamlibet.* P1. 2. 3. Col. + *et hunc non quemlibet.* Sorb. = *Phiscus tanti est.* 𝔄 = *Fiscus talis est.*

G𝔄𝔈 1. — 𝔐 = *in accessione eius.* Dalecb. ci. + *quod non habet.*

16. wArg.b recc. nonn. ρρ = *efficit.* P = *Idem venit ma-*

moniorum: accessiones illorum et appendices sunt. Quare ergo sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Uerum est ergo *quod contemptissimo cuique contingit bonum non esse.* Itaque indolentiam numquam bonum dicam: habet illam cicada,
17 habet pulex. Ne quietem quidem et molestia uacare bonum dicam: quid est otiosius uerme? Quaeris quae res sapientem faciat? Quae deum. Des oportet illi aliquid diuinum, aliquid coeleste, magnificum. Non in omnes bonum cadit nec quemlibet possessorem patitur. Uide

Et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.
Hic segetes, illic ueniunt felicius uuae.
Arborei fetus alibi atque iniussa uirescunt
Gramina. Nonne uides croceos ut Tmolus odores,
India mittat ebur, molles sua tura Sabaei?
At Chalybes nudi ferrum.

18 Ista in regiones descripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si inuicem alius aliquid ab alio peteret. Summum illud bonum habet et ipsum suam sedem, non nascitur ubi ebur nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus quaeris? Animus. Hic, nisi purus ac sanctus est, deum non capit. *Bonum ex malo non fit. diuitiae autem fiunt ex*

gnorum. GP1. 3. = *accessiones ille et app.* Grut. ci. = *accessiones illi et app.* Sorb. antiqq. ρρ — *est* post *sapiens magnus.* 𝔈1. — *ergo* post *Verum est.* r — *esse* post *bonum non.* P = *bonum non est.* 𝔄 = *bonum est* om. *non.*

r = *indolentiam unquam.* 𝔏2, — 𝔖 = *bon am dicam.*

17. Rr = *Nec quietem quidem.* G(s∾) = *Inquietem q.* 𝔄 = *Ire quiete quidem.* 𝔑 — 𝔚 = *Ne quidem quiete.* 𝔑 — 𝔚 = *et molestia vacare bonum est.* P1. 3. Col. + *Quid enim otiosius est.* r + *otiosius vermibus.*

In P verba *Quaeris quae res* — §. 27. *Posidonius, ut ego existimo* non leguntur: nam excidit folium unum. P1. 3. = *quae res sapientem faciat? Quae caeteri.* P4. + *Quae deum ceteri.* GRVGr. Ops. 𝔑 — 𝔚𝔖 — *aliquid* ante *divinum.* Sorb. Arg.b ρρ — *aliquid* ante *coeleste.* G(m∾) P1. 3. — *cadit.*

G(s∾) Arg.b V — *Et* ante *quid quaeque ferat.* 𝔑 — 𝔚 — *et* ante *quid quaeque recuset.* 𝔑 — 𝔗 — *ut* ante *Tmolus.* G — *ut Tmolus odores.* Sorb. 𝔄 — *ut Tmolus.* ρρ cod. Iur. = *ut Thmolus.* w = *ut tractus.* r𝔚 = *ut molus odores.* Arg.b = *ut Timus.* Oberl. ci. = *ut Tinnus.* Sorb. = *colores* pro *odores.*

India mittat. = w Sorb. Iur. cod. Medic. ap. Virg. (Ge. I, 57.). RrG𝔄𝔑 — 𝔖 edd. Virg. = *mittit.* R Sorb. = *Et Chalybes.* 𝔄 = *Ac Chalybes.*

18. V = *in regiones distincta.* RP3. (s.m.) = *Summum istud bonum.* r + *Summum illud bonum habet.* w = *non ubi ferrum.* G = *Qui sit summi boni.* P1. 3. = *Hunc nisi purus deum non capit.* P4. = *Hic nisi purus ac sanctus est de non* om. *capit.* RSorb. = *purus et sanctus.* G(n.) + *Bonum autem ex malo.* Gw Sorb. ρρ (exc. αε) aliquot Gr. (sed

auaritia: diuitiae ergo non sunt bonum. Non est, inquit, 19
uerum bonum ex malo non nasci: ex sacrilegio enim et furto
pecunia nascitur. Itaque malum quidem est sacrilegium et fur-
tum: sed ideo, quia plura mala facit quam bona: dat enim lu-
crum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis et animi et cor-
poris. Quisquis hoc dicit necesse est recipiat sacrilegium sicut
malum sit, quia multa mala facit, ita bonum quoque ex aliqua
parte esse, quia aliquid boni facit: quo quid fieri portentosius
potest? Quamquam sacrilegium, furtum, adulterium inter bona 20
haberi prorsus persuasimus. Quam multi furto non erubescunt,
quam multi adulterio gloriantur? Nam sacrilegia minuta puni-
untur, magna in triumphis feruntur. Adice nunc quod sacrile-
gium, si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum
erit et recte factum uocabitur: nostra enim actio est. quod nul-
lius mortalium cogitatio recipit. Ergo bona nasci ex malo non
possunt. Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malum 21
est, quia multum mali adfert, si remiseris illi supplicia, si
securitatem spoponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximum
scelerum supplicium in ipsis est. Erras, inquam, si illa ad
carnificem aut ad carcerem differs: statim puniuntur cum facta
sunt, immo dum fiunt. Non nascitur itaque ex malo bonum,
non magis quam ficus ex olea. Ad semen nata respondent:
bona degenerare non possunt. Quemadmodum ex turpi hone- 22

P2. 3. n.) ℜ — 𝔖 + *ex malo non fit. divitiae fiunt: fiunt autem.* αε + *ex malo non fit. divitiae ex malo fiunt: fiunt autem.* 𝔐 = *non fit: divitiae fiunt ex avaritia: divitiae ergo non.* ν ℜ — 𝔅 = *divitiae ergo non sunt bonae.*

19. Arg.b — *quidem* post *itaque malum.* r = *facit quam bonum.* 𝔄 + *in sollicitudine.* wSorb.Arg.b — *et* post *tormentis.* G(n.) P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔈1. 2. + *ut recipit.* GSorb. P1. = *fieri oportuniosius potest.* R mG rArg.b P3. (s.m.) 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔈2. = *portentuosius.*

20. RSorb. ρρ 𝔄ℜ — 𝔐 = *Quam sacrilegium, furtum.* ℜ — 𝔖 + *et adulterium* contra mstos. Pinc. ci. = *prorsus persuasi sumus.* μ𝔄 = *Quod multi furto* et *quod multi adulterio.* r — *in* ante *triumphis.* GSorb. P1. 3. 4. Col. = *nostra quoque actio est.* P2. = *quod tamen nullius mortalium cognitio recipit.* R = *nasci ex illo non possunt.*

21. Rw Sorb. Arg.b vett. ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔈1. = *Nam sicut dicitis.* r = *Nam si, ut dicis.* P1. 3. = *sacril. ex hoc.* ℜ — 𝔗 — *ob.* Sorb. = *multum mali afferit.* w — *mali.* G(cr. ∾) = *afferes.* Sorb. μ nonn. alii ρρ P2. Col. Sc 𝔄ℜ — 𝔅𝔖 = *si remiseritis — spoponderitis.* P1. 3. — *si.* P1. = *remissis.* r = *sposponderis.* Cod. Iur. = *a carnifice aut a carcere.* Sorb. = *ad artificem.* Gw — *ad* ante *carcerem.* G = *differes.* Gw RArg.b ℜ — 𝔅 = *ex bono malum.* G(s∾)r Sorb. 𝔄 = *ficus ex oleo.*

stum non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum: nam idem
est honestum et bonum. Quidam ex nostris aduersus hoc sic
respondent: *Putemus pecuniam bonum esse undecumque
sumptam: non tamen ideo ex sacrilegio pecunia est, etiam
si ex sacrilegio sumitur.* Hoc sic intellege. In eadem urna
et aurum est et uipera: si aurum ex urna sustuleris, quia illic
et uipera est, non ideo, inquam, mihi urna aurum dat, quia
23 uiperam habet, sed aurum dat, cum et uiperam habeat. Eodem
modo ex sacrilegio lucrum fit, non quia turpe et sceleratum est
sacrilegium, sed quia et lucrum habet. Quemadmodum in illa
urna uipera malum est, non aurum quod cum uipera iacet, sic
in sacrilegio malum est scelus, non lucrum. A quibus dissen-
tio: dissimillima enim utriusque rei condicio est. Illic aurum
possum sine uipera tollere. illic lucrum sine sacrilegio facere
non possum. Lucrum illud non est adpositum sceleri, sed
24 inmixtum. *Quod dum consequi uolumus, in multa mala
incidimus id bonum non est. dum diuitias autem consequi
uolumus, in multa mala incidimus: ergo diuitiae bonum non
sunt.* Duas, inquit, significationes habet propositio uestra:
unam *dum diuitias consequi uolumus, in multa nos mala
incidere.* in multa autem mala incidimus, et dum uirtutem

22. wArg.b = *n e c ex malo q.* G = *n e exemplo quidem.* w = *n o n idem est honestum.* r — *et bonum.* G(s∾) Sorb. (s∾) vett. ρρ 𝔄 — *s i c* ante *respondent.* R + *ex sacrilegio p e c u n i a sumitur.* Gw = *s u b stuleris.* G Sorb. — *est* post *vipera.*

inquam = Rr Sorb. Arg.b Ops. P2. P3. (r. m.) Sc 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. w s G = *inqu i t.* G rell. Gr. 𝔈1. — 𝔐𝔞 — *inquam.* r = *quia viperam ha b e a t.* rG (s∾) = *cum et viperam hab e t.* Sorb. = *cum et vip e r a habet.*

23. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *non q u a turpe — sed q u a lucrum* contra mstos etiam Gr. Ss. 𝔈1. — 𝔐𝔞 — *et* ante *lucrum* contra mstos. R + *Quemadmodum e t in illa urna.* 𝔄 hic et supra pro *urna* scribit *v e n a.*

A quibus dissentio = ϰP4. 𝔖. r = *S e d quibusd a m dissimillima.* wϑνοσ P1. 3. Pr.bd = *a quibus dissimillima.* G (lit.) R Sorb. sλ sυ P2. Col. Sc Pr.a 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 = *Quibus o p p o n i t u r dissim.* Arg.b = *A quibus e n i m dissimillima.* λτυ = *quibus dissim.* mmγδη = *S e d dissimillima utriusque conditio est.* Apparet propter similitudinem verborum *dissentio* et *dissimillima* illud excidisse et mox locum amplius esse corruptum. Pinc. Pr.bd 𝔐 — 𝔖 — *enim* post *dissimillima.* P2. ℜ — 𝔅 + *diss. enim e i u s.*

i l l i c lucrum = mss. (exc. RP4.) etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔈 2. RP 4. P 3. (s.m.) Pinc. ci. 𝔈 — 𝔖 = *h i c lucrum.*

Lucrum i l l u d = mss. 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *Lucrum i s t u d.*

24. r + *id q u o d bonum non est.*

dum divitias a u t e m = mss. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐𝔞 — *autem.*

RArg.b Gr. (exc. P4., qui hic plura omittit) 𝔄𝔈1. = *propositio n o stra.* Aliqui codd. Pinc. — *vestra.*

consequi uolumus. Aliquis, dum nauigat studii causa, naufra-
gium fecit, aliquis captus est. Altera significatio talis est: *Per* 25
quod in mala incidimus bonum non est. Huic propositioni
non erit consequens per diuitias nos aut per uoluptates in mala
incidere: aut si per diuitias in multa mala incidimus, non tan-
tum bonum diuitiae non sunt, sed malum sunt. Uos autem
tantum *illas* dicitis *bonum non esse.* Praeterea, inquit, con-
ceditis diuitias habere aliquid usus. inter *commoda* illas numera-
tis. Atqui eadem ratione ne commodum quidem erunt: per illas
enim multa nobis incommoda eueniunt. His quidam hoc respon- 26
dent: Erratis qui incommoda diuitiis inputatis. Illae neminem
laedunt: aut sua nocet cuique stultitia aut aliena nequitia, sic
quemadmodum gladius qui neminem occidit occidentis telum est.
Non ideo diuitiae tibi nocent, si propter diuitias tibi nocetur.
Posidonius, ut ego existimo, melius: qui ait *diuitias esse cau-* 27
*sam malorum, non quia ipsae faciunt aliquid, sed quia
facturos inritant.* Alia est enim causa efficiens quae protinus
necesse est noceat, alia praecedens: hanc praecedentem causam
diuitiae habent. Inflant animos, superbiam pariunt, inuidiam

25. P1. = *per quod mala incendimus bonum est.* P3. 𝔄 = *per quod in mala incidimus bonum est* om. *non.* G Sorb. P2. Col. — *id* ante *bonum non est.* G(cr.∾) Pr.bd = *Huic propositio.* unde Sw. suspicatur = *proposito.* ν = *et per voluptates.* rν nonn. alii ρρ — *sunt* post *sed malum.* G (cr.∾) P1. 3. = *inquit, concedimus.* Gwr Gr. 𝔑 — 𝔅 = *atque eadem ratione.* R = *ne commoda quidem.* Sorb. μνσσυ 𝔄𝔈 1. = *ratione commodum quidem non erunt.* P 3. (s.m.) = *ratione commoda quidem non erunt.* rw sG Arg.b rell. ρρ P4. 𝔑 — 𝔅 = *incommodum quidem erunt.* Col. = *incommode quidem erunt.* G = *ratione commodum quidem emetuerunt.* P 1. = *ratione commodum quod emetuere.* P2. = *ratione incommodum emetuerunt.* P3. = *ratione commodum quod emetuerunt.* Excidit *ne* propter similem syllabam in *ratione:* deinde cum desideraretur negatio, vel *in* ante *commodum* suppleverunt librarii vel *non* ante *erunt,* vel alio modo aberrarunt.

26. G (s∾) Arg.b P 1. 3. = *qui commoda divitiis.* ν nonn. alii ρρ + *Illae enim neminem.* Sorb. = *neminem ludunt.* G (s∾) Sorb. μν 𝔑 — 𝔗 = *ac sua nocet.* Nonn. alii ρρ P1. 3. = 𝔅 = *At sua nocet.* 𝔄𝔈 1. 2. = *et sua cuique nocet.*

sua nocet cuique = mss. 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔈 1. — 𝔐𝔞 = *sua cuique nocet.* 𝔖 = *nocet sua cuique.* G Arg.b 𝔑 — 𝔅 — *qui* ante *neminem occidit.* G P 1. 𝔑 — 𝔅 + *et occidentis.* P3. 4. Col. + *sed occidentis.* Unus Ops. + *occidentis tamen.*

Gw Arg.b = *sed propter divitias.*

27. ν = *Possidonium ego existimo melius.*

quia ipsae faciunt = mss. 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔈 1. — 𝔖 = *faciunt.*

Nonn. ex recc. ρρ = *sed quia factores irritant.* w = *inflammant animos.* ν = *in vitia*

contrahunt et usque eo mentem alienant, ut fama pecuniae nos
28 etiam nocitura delectet. Bona autem omnia carere culpa decet:
pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant. extollunt
quidem et dilatant, sed sine tumore. Quae bona sunt fiduciam
faciunt, diuitiae audaciam. quae bona sunt magnitudinem animi
dant, diuitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam
species magnitudinis falsa. Isto modo, inquit, etiam malum
29 sunt diuitiae, non tantum bonum non sunt. Essent malum, si
per se nocerent, si, ut dixi, haberent efficientem causam: nunc
praecedentem habent et quidem non inritantem tantum animos,
sed adtrahentem. Speciem enim boni obfundunt uerisimilem ac
30 plerisque credibilem. Habet uirtus quoque praecedentem causam
ad inuidiam: multis enim propter sapientiam, multis propter
iustitiam inuidetur: sed nec ex se hanc causam habet nec ueri-
similem. Contra enim uerisimilior illa species hominum animis
obicitur a uirtute quae illos in amorem et admirationem uocet.
31 Posidonius sic interrogandum ait: *Quae neque magnitudinem
animo dant nec fiduciam nec securitatem non sunt bona.
diuitiae autem et bona ualitudo et similia his nihil horum
faciunt: ergo non sunt bona.* Hanc interrogationem magis
32 etiamnunc hoc modo intendit: *Quae neque magnitudinem
animo dant nec fiduciam nec securitatem, contra autem*

contrahunt. r = *contrahunt in usque eo.* Arg.b = *nocitura delectent.*

28. *Bona autem omnia* = mss. (etiam Gr.) 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔖 = *Bona autem omni* ex ing. Ermi. Hoc retinuissem, si liceret per mstos. P 1. 4. = *culpa docet.* P3. = *culpa docent.* r = *non compungunt animos.* R (s∾ 𝔄𝔑 = *sed sine timore.* Gw sSorb. ρϼ (exc. γδλ) Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *magnitudinis falsae.* Sorb. = *m. falso.*

Isto modo, inquit = mss. etiam Prr. 𝔑 — 𝔅𝔖 (P = *inquid*). 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *inquis.* P1. 3. = *non tamen bonum non sunt.* s.m. + *sed etiam malum.* P2. = *nec tamen bonum non sunt, sed etiam malum.* Col. 𝔑 — 𝔅 = *nec tantum bonum non sunt, sed etiam malum.* R Sorb. 𝔄 + *non sunt, sed etiam malum.*

29. RGw Sorb. Arg.b ρϼ Pinc. v. l. Gr. Prr. 𝔅 = *si ipsae nocerent.* 𝔑 — 𝔗 = *si ipsi nocerent.* w — *boni* post *Speciem enim.*

obfundunt (*off.*) = Pw Arg.b ν. μυ = *offendunt.* GRr Sorb. (rell. ρϼ) 𝔄𝔑 — 𝔖 = *ostendunt.*

30. P = *addi invidiam.* Sorb. — *enim* post *multis.* Pr G(m∾) Sorb. Arg.b = *sed necesse hanc causam.* 𝔄 = *ne verisimilem.*

r — *enim* post *Contra.* G = *vocat.*

31. 𝔄 + *sic ad interrogandum.* P + *animo non dant.* R(s∾) = *animi dant.* w = *neque fid. neque secur.* Arg.b — *non sunt bona* — *nec fiduciam nec securitatem* §. 32. w — *divitiae autem* — *ergo non sunt bona.* r = *nihil horum conferunt.*

32. w = *animi dant.*

insolentiam, tumorem, arrogantium creant mala sunt. a fortuitis autem in haec inpellimur: ergo non sunt bona. Hac, inquit, ratione ne commoda quidem ista erunt. Alia est 33
commodorum condicio, alia bonorum. Commodum est quod plus usus habet quam molestiae. bonum sincerum esse debet et ab omni parte innoxium. Non est id bonum quod plus prodest, sed quod tantum prodest. Praeterea commodum et ad animalia pertinet et ad inperfectos homines et ad stultos. Itaque potest ei esse incommodum mixtum. sed commodum dicitur a maiore sui parte aestimatum. Bonum ad unum sapientem pertinet. inuiolatum esse oportet. Bonum animum habe. Unus tibi nodus, sed Herculaneus restat. *Ex malis bonum non fit. ex* 34
multis paupertatibus diuitiae fiunt: ergo diuitiae bonum non sunt. Hanc interrogationem nostri non agnoscunt: Peripatetici et fingunt illam et soluunt. Ait autem Posidonius hoc sophisma per omnes dialecticorum scholas iactatum sic ab Antipatro refelli: *Paupertas non per positionem dicitur, sed per detra-* 35
ctionem uel, ut antiqui dixerunt, *per orbationem* (Graeci κατὰ στέρησιν dicunt). *non quod habeat dicitur, sed quod non habeat. Itaque ex multis inanibus nihil inpleri potest: diuitias multae res faciunt, non multae inopiae. Aliter,* inquit,

R(s∞)𝔑—𝔅 = *insolentiam timorem.* G𝔑—𝔅 = *in hoc impellimur.* RArg.b 𝔑 — 𝔅 = *nec commoda quidem.* Arg.b = *ista essent.*
33. *Praeterea commodum* = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a = *Propterea c.* r = *incommodum.* Arg.b — *ad* ante *stultos.* 𝔑 — 𝔅 = *Itaque potest esse eis.* GP1. 3. 4. Col. = *eis esse.* P = *incommodo mixtum.* 𝔄 = *si commodum dicatur.*
a maiore sui parte = mss. 𝔄𝔑 — 𝔏4. 𝔏2. = *suae parte*). 𝔊ro — 𝔖 = *sua parte.* Sorb. (cr. ∞) = *aestimandum.* P4. = *inviolatum est.* GwR Sorb. Arg.b ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *bonum animum habere.* Sed Pr. Pinc. v. l. ∞.
34. P = *Haec interrogationem.* r = *interrogationem nostrum non noscunt.* Cod. Iur. = *Peripatetici effingunt illam.* w — *dialecticorum.* 𝔑 = *ab Antipatre.*
35. Gw Sorb. Arg.b ρρ Iur. P2. 4. Col. Ss. (?) 𝔄𝔅𝔈1. 𝔖 = *non per possessionem.* (Sw. putat Senecam hac voce interpretatum esse Graecam ἕξιν.) P1. 3. = *non propter possessionem.* 𝔑 — 𝔗 = *non per possessorem.* PRr𝔈2. — 𝔐a ∞. Gw Sorb. — *per* ante *orbationem.* R + *quod Graeci dicunt.*
κατὰ στέρησιν = Prw 𝔈 — 𝔖. G = *tactpuem.* mG = KATACTHPHCYN. Sorb. = ταc. τ. ρησιν. Arg.b = *kata ctephein.* 𝔑𝔅 — κατὰ. R𝔄𝔑𝔗 pro his vocibus habent spatium vacuum. 𝔈1. 2. = στέῤῥησιν *cum dicunt.* ultima sunt ex 𝔄 petita. Arg.b ν nonn. alii ρρ Sc Pr.bd Pinc. 𝔄 = *non quod habeat dicit.* 𝔑 — 𝔅𝔖 = *n. quod h. dicta.*
Aliter inquit = mss. (exc. P1.) etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔖. Pinc. v. l. 𝔈𝔊 + *Aliter enim inquit.* P1. = *Aliter enim* om. *inquit.* 𝔐 — 𝔐a — *inquit.*

36 *quam debes paupertatem intellegis. Paupertas enim est non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet. Ita non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest.* Facilius quod uolo exprimerem, si Latinum uerbum esset quo ἀνυπαρξία significatur. Hanc paupertati Antipater adsignat. Ego non uideo quid aliud sit *paupertas* quam *parui possessio.*
37 De isto uidebimus, si quando ualde uacabit, quae sit diuitiarum, quae paupertatis substantia: sed tunc quoque considerabimus numquid satius sit paupertatem permulcere, diuitiis demere supercilium quam litigare de uerbis, quasi iam de rebus iudicatum
38 sit. Putemus nos ad concionem uocatos. Lex de abolendis diuitiis fertur: his interrogationibus suasuri aut dissuasuri sumus? his effecturi, ut populus Romanus paupertatem, fundamentum et causam imperii sui, requirat ac laudet, diuitias autem suas timeat? ut cogitet has se apud uictos reperisse, hinc ambitum et largitiones et tumultus in Urbem sanctissimam temperantissimamque inrupisse, nimis luxuriose ostentari gentium spolia, quod unus populus eripuerit omnibus facilius ab omnibus uni eripi posse. Haec satius est suadere et expugnare adfectus, non circumscribere. Si possumus, fortius loquamur: si minus, apertius. Uale.

36. *Paupertas enim est* = mss. 𝔑—𝔙. 𝔛𝔈1. — 𝔖 — *enim.* r = *dicitur qui habet.* 𝔑 — 𝔗 = *quod sibi deest.*

ἀνυπαρξία = P 𝔊ro𝔖. wεηµνφ Ops. Prr. = ΑΝΗΥΠΑΡΞΙΑ. (H est aspirationis nota.) G = ΑΝΗΧΤΙ*apyeta.* Sorb. = ΑΝΘΥΠΑΡ*etiam.* π = ολιγαργυρια. e = *an nptrapȝια.* Rr 𝔛 habent spatium vacuum. 𝔑 — 𝔙 = *Arnynupicia.* In rell. ρρ et Gr. adeo est corrupta scriptura, ut nihil potuerit elici. Ex portentosa autem scriptura, quam exhibebat Sc, Sw. ci. = ἀναυτάρκεια. 𝔈1. — 𝔐a (exc. 𝔊ro) = ἀπορία ex ing. Ermi. G = *quam par ca possessio.*

37. GP 1. 3. 4. = *paupertatem promulcere.* w = *quamvis iam de rebus.* ṙ = *Mutemus nos ad concionem.* R = *ad contemntionem.* G (cr. ∾) w Sorb. Arg.b ρρ (exc. φ) Pall. mCol. 𝔛𝔑 — 𝔙 = *ad contentionem.* PrCol. φ ∾.

38. Sorb. = *aut desuasuri sumus.* r = *requiretur.* rw = *ac laudes.* GSorb. = *et laudes.*

r — *ut cogitet.* r + *has apud se.* Gw Sorb. P1. 3. 4. = *apud victores.* GSorb. 𝔑 — 𝔙 = *hunc ambitum.* R = *et temperantissimam.* G + *set temperantissimamque.* 𝔛𝔈1. = *temperatissimamque.* 𝔙 = *et temperatissimam.* 𝔑 — 𝔗 — *temperantissimamque.*

GP 1. 2. Col. P 3. (p.m.) = *ostensuri gentium.* Grut. ci. = *ostensum iri gentium.* R recc. ρρ P2. Col. 𝔑 — 𝔙 = *eripuit omnibus.*

Pw vett. ρρ et rell. maior pars 𝔛𝔙 = *Hanc satius est.* (Referebant enim ad *paupertatem.*) Rell. ρρ = *Hoc, Hinc, Hac satius est.* 𝔑 — 𝔗 = *Hanc satis est.* G = *Hunc facilius est suadere.*

σ = *refrenare affectus.* mε = *expurgare aff.* w = *si possimus, fortius.*

EPISTULA LXXXVIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

De *liberalibus studiis* quid sentiam scire desideras. Nul-
lum suspicio, nullum in bonis numero quod ad aes exit. Me-
ritoria artificia sunt, hactenus utilia, si praeparant ingenium,
non detinent. Tamdiu enim istis inmorandum est quamdiu nihil
animus agere maius potest: rudimenta sunt nostra, non opera.
Quare *liberalia studia* dicta sint uides: quia homine libero
digna sunt. Ceterum unum studium uere liberale est quod libe-
rum facit. hoc sapientiae, sublime, forte, magnanimum: ce-
tera pusilla et puerilia sunt. An tu quicquam in istis credis esse 2
boni quorum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos
cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Quidam il-
lud de liberalibus studiis quaerendum iudicauerunt an uirum bo-
num facerent. Ne promittunt quidem nec huius rei scientiam
adfectant. *Grammaticus* circa curam sermonis uersatur et, si
latius euagari uult, circa historias, iam, ut longissime fines
suos proferat, circa carmina. Quid horum ad uirtutem uiam 3
sternit? syllabarum enarratio et uerborum diligentia et fabularum

Ep. LXXXVIII.

Gγδζϑλστ P1. 3. 4. omittunt hanc epistolam: sed λστ P3. eam exhibent post Ep. 124., GP4. post librum de Remediis Fortuitorum. Etiam Erasmus monet eam deesse in quibusdam libris, et Grut. narrat legi in vetere cod. Palatino, qui M. Senecae Declamationes habebat, et inscribi *L. An. Senecae de septem liberalibus artibus incipit feliciter:* idem titulus est in GP4. In R praefiguntur haec: *De septem liberalibus artibus ubi docet his singulis quod animum ad virtutem non perducunt sed praeparant.* Similem praescriptionem etiam in aliis libris habet. In 𝔅 bis legitur, suo loco et post librum de Brevitate Vitae his praemissis: *Lucii Annei Senecae Ad Liberalem De Studiis Liberalibus.*

r = *quod adhesit malis.* P5. = *quod adhaesit magis.* P4. = *quod adhaeserit meritoria.* 𝔓 = *quod adesit malis.* P2. = *quod ades exit mentoria.* Grut. ci. = *quod ab his exit.* H. Aug. Zeibich (Verm. Betrachtungen etc. Leipz. u. Schleiz 1774. III, 3. p. 192.) ci. = *ad aes adhaesit.* Mur. ci. = *Militaria artificia.*

e vett. ρρ Ss.(?) ℜ — 𝔊𝔖 = *praeparent ing., non detineant.* 𝔄𝔓 = *praeparent* ∾. r — *enim* post *Tamdiu.* r + *maius non potest.* Rrw = *dicta sunt vides.* Arg b — *dicta.* wArg.b — *vere* ante *liberale est.* w = *quod liberos facit hoc est sapere.* P4. ci. Dalech. = *hoc est sapientem, fortem, sublimem.* 𝔐 + *hoc sapientiae studium est sublime.* Tres Ops. 𝔏 — 𝔅1. — *est* ante *sapientiae.*

2. r — *turpissimos.* 𝔅1. ℜu 𝔐a ed. Tauchn. = *debemus istas* ex librarii errore. αισℜ — 𝔅 = *ista, sed dediscere.* Rν = *Quidam istud de lib.* R recc. ρρ + *Sed ne promittunt quidem.* 𝔄ℜ = *Nec prom. q.*

3. P4.𝔄𝔓.𝔈1. = *viam struit.* εηο ci. Pinc. = *Syllabarum enumeratio.*

memoria et uersuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat? Ad geometriam transeamus et ad musicen: nihil apud illas inuenies quod uetet timere, uetet cupere. Quisquis haec ignorat alia frustra scit. Uidendum utrum doceant isti uirtutem an non: si non docent,
4 ne tradunt quidem. si docent, philosophi sunt. Uis scire quam non ad docendam uirtutem consederint? adspice quam dissimilia inter se omnium studia sint: atqui similitudo esset idem docentium. Nisi forte tibi Homerum philosophum fuisse persuadeant, cum his ipsis quibus colligunt negent. Nam modo Stoicum illum faciunt uirtutem solam probantem et uoluptates refugientem et ab honesto ne inmortalitatis quidem pretio recedentem, modo Epicureum laudantem statum quietae ciuitatis et inter conuiuia cantusque uitam exigentis, modo Peripateticum bonorum genera
5 inducentem, modo Academicum omnia incerta dicentem. Adparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt: ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum philosophum fuisse. Nempe sapiens factus est, antequam carmina ulla cognosceret: ergo illa discamus quae Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quaerere uter maior aetate fuerit Homerus an Hesiodus non magis ad rem pertinet quam scire, cum minor Hecuba fuerit

r = *cupiditatem exprimit.* 𝔍 = *cup. exemit, lib. fremit.* e𝔑 — 𝔅 = *lib. refrenat.*

musicen = P vett. ρρ. Rrw𝔑 — 𝔖 = *musicam.*

Quisquis haec ignorat = PRe ρρ (exc. φχ) 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. rwArg.b𝔓 — *haec.* φχ𝔐 — 𝔐a = *quae quisquis ignorat.* rwArg.b — *Videndum.*

ne tradunt quidem = Pr Arg.b 𝔖. Rw𝔄𝔓𝔑 — 𝔐a = *nec tr. q.*

4. Arg.b nonn. recc. ρρ 𝔓 = *Vis scire quod.* Alii recc. ρρ = *Vis scire quoniam.* 𝔄𝔓𝔈 1. — 𝔊 = *ad docendum virtutem.* e𝔑 — 𝔗 = *considerint.* 𝔄 = *cum sederint.* R(s∾) = *omnia studia.* e = *atque similitudo.*

persuadeant = RPr Gr. w𝔄𝔑 — 𝔖 = *persuadent.* γπ = *his quibus ipsi.* e — *his.* 𝔄𝔓 = *voluptatem refug.* w = *voluptates fugientem.* R(s∾)e𝔑 — 𝔗 = *Epicurum.* r = *solatium quietae cecitatis.* 𝔑 — 𝔗 = *nec inter convivia.* 𝔅 = *ut inter conv.* w — *vitam.* γτP4. 5. Col. = *vitam exigentem.* P = *Peripatetici.*

R + *tria bonorum genera.* 𝔑 — 𝔖 + *bonorum tria genera.* Arg.b = *bonorum gratiam inducentem.* Rell. etiam Ops. ∾.

5. RP3. = *in illo qui omnia sumit.* γϰπ = *cui omnia sunt.* τP4. 5. Col. 𝔊ro — 𝔐a = *cui omnia insunt.* r — *me* ante *quaerere.*

w = *Homerum fecerunt.*

uter maior = PRr μν plerique alii ρρ. 𝔑 — 𝔅 = *videtur: aetate fuerit maior.* quod ex *uter* ortum, non ex *utrum* = w𝔄𝔓𝔈1. — 𝔖. 𝔅 = *quaerere verum: aetate fuerit maior.* γτP4. 5. Col. = *maioris aetatis.*

cum minor Hecuba = Pr. Cod. Iur. = *cum maior Hec.* Rw

quam Helena, quare tam male contulerit aetatem. Quid? in- 6
quam, annos Patrocli et Achillis inquirere ad rem existimas per-
tinere? Quaeris Ulixes ubi errauerit potius quam efficias ne nos
semper erremus? Non uacat audire utrum inter Italiam et Si-
ciliam iactatus sit an extra notum nobis orbem: neque enim po-
tuit in tam angusto error esse tam longus. Tempestates nos 7
animi cotidie iactant et nequitia in omnia Ulixis mala inpellit.
Non deest forma quae sollicitet oculos, non hostis: hinc mon-
stra effera et humano cruore gaudentia, hinc insidiosa blandi-
menta aurium, hinc naufragia et tot uarietates malorum. Hoc
me doce quomodo patriam amem, quomodo uxorem, quomodo
patrem, quomodo ad haec tam honesta uel naufragus nauigem.
Quid inquiris an Penelope inpudica fuerit, an uerba seculo suo
dederit? an Ulixem illum esse quem uidebat, antequam sciret,
suspicata sit? Doce me quid sit pudicitia et quantum in ea bo- 8
num, in corpore an in animo posita sit. Ad *musicum* transeo.
Doces me quomodo inter se acutae ac graues uoces consonent,
quomodo neruorum disparem reddentium sonum fiat concordia:
fac potius quomodo animus secum meus consonet nec consilia
mea discrepent. Monstras mihi qui sint modi flebiles: monstra
potius quomodo inter aduersa non emittam flebilem uocem.

𝔑—𝔅 𝔐—𝔖 = *an minor Hec.* Sc 𝔄𝔈1. — 𝔊 = *an maior Hec.* P4. Col. = *an iunior Hec.* 𝔈1. — 𝔐a + *et quare tam male* contra mstos. 𝔅 = *quae tam male.*

contulerit aetatem = e𝔑—𝔗𝔖. quod ad Homerum referri cum non intellexissent, mutarunt in *tulerit aetatem* = PRrw 𝔄𝔓𝔅 — 𝔐a. Rell. n. 1.

6. r — *Non* ante *vacat audire.*

R = *intra Italiam.* sRβλπχ P3. 𝔅 + *tam angusto mari.* P2. = *in tam angusto mari tam longos errores.* rβπχmυ = *errores pati tam longos.* εγιπχ 𝔑—𝔗 = *angustos errores seu in tam longas tempestates.* 𝔓𝔈1. = *angusto pati tam longos errores seu tam longas tempestates.*

7. Pr = *Tempestas animi.* r = *iactat.* R = *Hic me doce.*

r — *quomodo patrem.* w(s.m.) recc. ρρ P2. 4. 𝔓 = *vel naufragiis.* Unus ρρ = *veluti naufragus.* Col. = *vel sine naufragiis.* r = *Quid inquires.* rμφχ 𝔐 — 𝔐a = *Penelopa.* φχ = *pudica fuerit.* ν = *casta fuerit.* r = *an miraculum seculo suo.* In P ante *seculo* est *p* erasum. w — *suo.* P — *dederit.* φχ + *dederit et miraculum seculo suo.*

8. w = *in anima posita sit.*

Recc. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔊 𝔖 = *Ad musicam transeo.* w = *graves et acutae.* 𝔑—𝔗 = *acutae et voces graves.* RwArg.bV vett. ρρ et plerique alii, cod. Iur. — *voces.* 𝔈1. 2. = *numerorum disparem.*

r = *fit concordia.* P = *Monstra mihi qui sint modi flebilem vocem* rell. om. r + *flebilem vocem emittentes flebiles.* R + *flebiles vocem emittentes.* φχ + *modi flebiles voces emittentes.* w = *inter diversa.* r = *inter adversa non emittam.*

9 Metiri me *geometres* docet latifundia potius quam doceat quomodo metiar quantum homini sit satis. Numerare docet me *arithmetica* et auaritiae commodat digitos potius quam doceat nihil ad rem pertinere istas conputationes, non esse feliciorem cuius patrimonium tabularios lassat: immo, quam superuacua possideat qui infelicissimus futurus est, si quantum habeat per se conputare cogetur. Quid mihi prodest scire agellum in partes
10 diuidere, si nescio cum fratre diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri et conprehendere, etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit uicinus inpotens et aliquid ex meo abradens? Docet qnomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego doceri uolo quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro et auito, inquit, expellor. Quid? ante auum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, sed populi fuerit ex-
11 pedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? si bene tecum agitur, heredis. Negant iurisconsulti quicquam usucapi quod publicum est: publicum est hoc quod

Geometres docet quomodo metiar latifundia.

9. P = *Metri me geom.* Arg.b = *geometes.* Sc𝔄𝔍 = *geometer.* 𝔑 — 𝔅𝔖 = *geometria.* Rell. ∾. V = *docet late fundos.*

potius quam doceat = mss. (exc. πψ) etiam P2. [male apud Gruterum legitur P1., in quo haec ep. omnino non reperitur: unde coniecit Sw. in P2. a Grutero non commemorato exstare vulgatam] P3. 4. 5. Col. Sc Pr.abd𝔄𝔍𝔓 𝔑 — 𝔅. πψ𝔈1. — 𝔖 — *quam.* r + *satis sit numerare. Numerare.* Pw Arg.bV 𝔄 — *arithmetica*, ut possit suspecta esse haec vox. 𝔑 — 𝔗 = *aris metrica.* r — *et* ante *avaritiae.*

ν nonn. alii ρρ 𝔄𝔈1. = *commendat digitos.* 𝔑 — 𝔅 = *accommodat dig.* 𝔈2. — 𝔖 = *commodare digitos.*

potius quam doceat. Eadem est huius scripturae ratio atque supra.

V = *cuius possessio tabularios.* P𝔄𝔑 — 𝔅 = *tabularius.* r = *tribularius.* w = *tabellarios.* R recc. ρρ fere omnes 𝔑 — 𝔅 = *laxat.* w — *est* post *futurus.* Videtur scribendum *ipse conputare.*

cogetur = mss. (exc. Rα) 𝔄𝔑 — 𝔅. R(s.m.)α𝔈1. — 𝔖 = *cogatur.* R(p.m.) = *cogitatur.* R — *mihi* ante *prodest.*

10. Rγν + *Quid mihi prodest.*

Recc. ρρ 𝔑 — 𝔗 = *decempedes.* Vett. ρρ = *decempedem.* Ex ρρ soli λχψ ∾. R = *effugerit.* P5. = *pedes iugerum.*

vicinus inpotens = Pw Arg.b ν nonn. alii ρρ Pinc. v. l. Norimb. Erlang. et probant Pinc. Ianus. vid. Ind. s. h. v. Recc. nonn. ρρ P4. 5. Col. quidam Pinc. = *vicinus praepotens.* RrP 2. 3. 𝔄𝔑 — 𝔖 = *vicinus potens.*

Docet quomodo = PRrw Arg.b. ρρ (?) 𝔄𝔖 + *Docet me q.* 𝔅 — 𝔐a = *Doces me q.* 𝔑 — 𝔗 = *Doceto quom.* r = *quomodo mihi perdam.* Arg.b = *de finibus meis.*

Steph. (Prood. II, 5.) ci. = *Paterno, inquis.* μν = *ante aevum tuum.* 𝔑 — 𝔗 = *ante annum tuum.* sR fere omnes recc. ρρ Gr. + *expedire non potes.*

11. R = *Non dominus ista.*

quicquam usucapi quod publicum est: publicum est hoc quod tenes,

tenes. quod tuum dicis publicum est et quidem generis humani. O egregiam artem! scis rotunda metiri. in quadratum redigis quamcumque acceperis formam. interualla siderum dicis. nihil est quod in mensuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum. dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis quae recta sit linea: quid tibi prodest, si quid in uita rectum sit ignoras? Uenio nunc ad illum qui *coelestium noti-* 12
tia gloriatur:

Frigida Saturni sese quo stella receptet,
Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.

Hoc scire quid proderit? ut sollicitus sim, cum Saturnus et Mars ex contrario stabunt aut cum Mercurius uespertinum faciet occasum uidente Saturno, potius quam hoc discam ubicumque
sunt ista propitia esse nec posse mutari? Agit illa continuus 13
ordo fatorum et ineuitabilis cursus. per statas uices remeant. Et effectus rerum omnium aut mouent aut notant. Sed siue quicquid euenit faciunt, quid inmutabilis rei notitia proficiet?

quod tuum dicis: publicum est et quidem = PCol. ed. Tauchn. Rr𝔄 = *quicquam usucapi quod publicum est et quidem* [r = *et quod*] *generis h.* w = *quicquam usucapi. publicum quidem generis humani.* Arg.b = *quicquam publicum usucapi. publicum quidem est generis hum.* ελπφ = *quicquam usucapi publicum. Hoc quod tenes, quod tuum dicis publicum est et quidem gen. h.* 𝔖 = *quidquam publicum usucapi: publicum est hoc quod tenes; quod tuum dicis publicum est, et quidem g. h.* Rell. ρρ P2. 4. = *quicquam usucapi. publicum est et quidem gen. hum.* P5. = *quicquam usucapi quod publicum est. publicum hoc quod tenes, quod tuum dicis, publicum est quidem gen. h.* mR P3. = *quicquam usucapi quod publicum est: hoc quod tenes, quod tuum dicis publicum et quidem gen. hum.* 𝔑 — 𝔅 = *quicquam publicum usucapi. Publicum est et quidem gen. h.* 𝔈1. — 𝔐a = *quicquam usucapi quod publicum est, publicum est hoc quod tenes et quidem g. h.* P = *egregiam artes.*

𝔑 — 𝔗 = *dic* ante *quam pusillus sit.*

12. 𝔈1. — 𝔐a = *quo sese stella* contra mstos et Virg. (Ge. I, 336.) Arg.b = *Frigida Saturni sessio. Hoc scire quid.* rell. om. R = *Quos signis coeli.* w = *signi coeli.* γψ𝔈1. = *segnis coeli.* Rell. ρρ (exc. υχ ∾) promiscue = *Quos signis* vel cum 𝔑 — 𝔗 = *Quot signis coeli.* γπ + *ut scilicet sollicitus sim.* ν = *ut quid sollicitus sum.* P = *stabant aut tum Mercurius.*

potius quam = mss. (exc. αχ) etiam Gr. Ss. 𝔄𝔓𝔑 — 𝔅. αχ𝔈1. — 𝔖 — *quam.* rw = *ubicumque sint.* mɔ ci. Matth. = *ista perpetua esse.*

nec posse mutari = PRr recc. ρρ 𝔑 — 𝔅. w (antiqq. ρρ) 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *non posse mutari.*

13. rcυφχ = *inevitabili cursu.* w recc. ρρ nonn. 𝔑 — 𝔅 = *immutabilis cursus.* RV ρρ Gr. Ss. (?) 𝔑 — 𝔗𝔖 = *per statutas vices.* 𝔅 = *per statuas vices.* Sed PrwArg.b ∾.

Et effectus = mss. etiam Gr 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔈1. — 𝔖 — *Et.* R(s∾) duo recc. ρρ = *aut movent aut vocant.* r = *aut mutant.* P4. = *notitia proficient.* Pinc. ci. = *proficiam,*

siue significant, quid refert prouidere quod effugere non possis? Scias ista; nescias, fient.

Si uero solem ad rapidum stellasque sequentes
Ordine respicies, numquam te crastina fallet
Hora nec insidiis noctis capiere serenae.

14 Satis abundeque prouisum est, ut ab insidiis tutus essem. Numquid crastina non fallit hora? fallit enim quod nescienti euenit. Ego quid futurum sit nescio, quid fieri possit scio. Ex hoc nihil desperabo, totum exspecto: si quid remittitur, boni consulo. Fallit me hora, si parcit: sed ne sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio et non utique

15 casura. Utique secunda exspecto, malis paratus sum. In illo feras me necesse est non per praescriptam euntem. Non enim abducor, ut in numerum liberalium artium *pictores* recipiam, non magis quam *statuarios* aut marmorarios aut ceteros luxuriae ministros. Aeque luctatores et totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus: aut et unguentarios recipiam et coquos et ceteros uoluptatibus nostris ingenia adcommodantes sua. Quid enim, oro te, liberale habent isti ieiuni uomitores quorum corpora in sagina, animi in macie et ueter-

ut *notitia* sit Abl. ανσυφχ 𝔑 — 𝔅 + *aut nescias.*

solem ad rapidum = mss. (exc. α) 𝔑 — 𝔊ro𝔏4. Virg. Ge. I, 424. 𝔅1. — 𝔖 — *ad.* α = *solem occiduum.*

respicies = PArg.b 𝔛 Virg. Ge. I, 425. w = *respiciet.* Rr𝔈2. — 𝔖 = *respicias.* 𝔑 — 𝔅 = *prospicies.* Rell. n. l. Arg.b = *crastina fallit* et = *Hoc si diis noctis.* w = *non insidiis.* rεφψ = *noctis capieris opacae.* P = *capiere serante.*

14. γμτυψ P5. + *Sed ante satis abundeque.* Rνχ + *Numquid non crastina me fallit hora?* w𝔛 𝔑 — 𝔖 + *Numquid me crastina.* P4. = *Numquid me crastina fallit hora?* P5. = *Numquid me crastina non fallit? fallit enim* sine *hora.* Pinc. + *tutus esses. Numquid te crastina non fallit hora nec insidiis noctis capieris opacae. fallit enim.* 𝔛 = *quod me nesciente venit.* mo = *Si quid revertitur.* τ = *hora, si partitur.* o = *si percurrit.* P𝔅 = *sed ne siquidem.* rArg.b — *et* post *sic scio.* o𝔖 ex ing. = *Itaque secunda.* Rell. ∾.

15. Rrλχ P3. = *In nullo feras me.* βειπ P2. = *In nullo ferias me.* w = *In illa speras* [s∾] *me.* 𝔑 — 𝔅 — *In illo.*

non per praescriptam euntem = Pr. intellige *lineam.* Rw P2. 3. Col. 𝔏 — 𝔖 = *non per praescriptum euntem.* 𝔑 — 𝔅 = *non per praescriptionem euntem.* 𝔈1. — 𝔐 = *ad praescriptum.* Vett. ρρ 𝔛 = *non praescriptum euntem.* mι mP2. = *non per cryptam euntem.* P4. = *non proprium scriptum euntem.* Rrλπφχ = *an et unguentarios.* quod placet, modo ut ponatur interrogationis nota. μυ = *haud unguentarios.* Rw𝔑 — 𝔗 = *et ceteris voluptatibus.* 𝔛 = *ceteris vol.* om. *et.* Grut. ex 𝔐 laudat *ingenia commodantes,* quod ibi non legitur. xmπ = *in macie et venere.* γψ = *in macie et veneno.*

no sunt? An liberale studium istuc esse iuuentuti nostrae cre- 16
dimus quam maiores nostri rectam exercuerunt hastilia iacere,
sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos
suos docebant quod discendum esset iacentibus. Sed nec haec
nec illa edocent aluntue uirtutem. Quid enim prodest equum
regere et cursum eius freno temperare, adfectibus effrenatissimis
abstrahi? Quid prodest multos uincere luctatione uel caestu,
ab iracundia uinci? Quid ergo? nihil nobis liberalia conferunt 17
studia? Ad alia multum, ad uirtutem nihil. Nam et hae ui-
les ex professo artes quae manu constant ad instrumenta uitae
plurimum conferunt, tamen ad uirtutem non pertinent. Quare
ergo liberalibus studiis filios erudimus? Non quia uirtutem dare
possunt, sed quia animum ad accipiendam uirtutem praeparant.
Quemadmodum *prima* illa, ut antiqui uocabant, *literatura* 18
per quam pueris elementa traduntur non docet liberales artes,
sed mox percipiendis locum parat, sic liberales artes non perdu-
cunt animum ad uirtutem, sed expediunt. *Quatuor* ait esse
Posidonius *artium genera:* sunt *uolgares et sordidae,* sunt
ludicrae, sunt *pueriles,* sunt *liberales.* *Uolgares* opificum
quae manu constant et ad instruendam uitam occupatae sunt, in
quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. *Ludicrae* 19
sunt, quae ad uoluptatem oculorum atque aurium tendunt. His
adnumeres licet machinatores qui pegmata per se surgentia ex-
cogitant et tabulata tacite in sublime crescentia et alias ex ino-

16. *istuc* = Pr. Rw𝔄ℜ — 𝔖 = *istud.* Rell. n. l. RP3. = *recta exercuerunt.* Cod. Lips. = *rectum exerc.*

sed nec haec nec illa edocent = Pr. R = ∾ *docent.* w𝔄ℜ — 𝔐a = *sed nec hae nec* [𝔄 — *nec*] *illae* [𝔗 = *illi*] *docent.* 𝔖 = *sed nec hae* [*artes*] *nec illae docent* ex ing. Rell. n. l.

ℜ — 𝔅 + *affectibus autem.* ℜ — 𝔅 + *Quid enim prodest.*

17. r + *bona liberalia* et — *nobis.* P = *magnū constunt.* r = *quae magno constant.* P = *ad instrumenta unae plurimum.* P = *non pertinet.* ℜ — 𝔅 = *praeparent.* In e annectuntur verba Ep. 89, 20. *sinum litus curvabitur* usque ad finem Ep. 89.

18. P = *non decet liberales artes.* 𝔏 — 𝔖 (exc. 𝔏4. ∾) = *sed mox praecipiendis.* Recc. ρρ nonn. + *Quatuor enim artium genera esse Possidonius ait.* R + *Sunt vulgares opificum.* ℜ — 𝔅 + *Vulgares sunt op.* η = *simi-latio est.* mρ = *similitudo est.*

19. r = *qui petĩata per se surgentia.* Arg. b = *epigmata.* r = *et tabula tacite.* r = *in sublime excrescentia.* w = *et alias inopinatas varietates.* Arg. b Iur. = *exopinatas var.* (Iur. = *voluptates?*) ℜ — 𝔅 = *ex inopinatis.* 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *ex inopi-*

pinato uarietates aut dehiscentibus quae cohaerebant aut his quae
distabant sua sponte coeuntibus aut his quae eminebant paulatim
in se residentibus: his inperitorum feriuntur oculi omnia sub-
20 ita, quia causas non nouere, mirantium. *Pueriles* sunt et
aliquid habentes liberalibus simile hae artes quas ἐγκυκλίους
Graeci, nostri *liberales* uocant. Solae autem *liberales* sunt,
immo, ut dicam uerius, *liberae* quibus curae uirtus est. Quem-
admodum, inquit, est aliqua pars philosophiae naturalis, est
aliqua moralis, est aliqua rationalis, sic et haec quoque libera-
lium artium turba locum sibi in philosophia uindicat. cum uen-
tum est ad naturales quaestiones, *geometriae* testimonio statur.
21 Ergo, quia adiuuat, pars est. Multa adiuuant nos nec ideo
partes nostrae sunt: immo si partes essent, non adiuuarent.
cibus adiutorium corporis est, non tamen pars est. Aliquid no-
bis praestat geometriae ministerium. sic philosophiae necessa-
ria est quomodo ipsi faber: sed nec hic geometriae pars est nec
illa philosophiae. Praeterea utraque fines suos habet. Sapiens
causas naturalium et quaerit et nouit quorum numeros mensu-
22 rasque geometres persequitur et subputat. Qua ratione constent
coelestia, quae illis sit uis quaeue natura sapiens scit: cursus et

nato voluptates. 𝔑 — 𝔗 — *aut his quae distabant.*

w = *sua sponte choeuntibus.*

20. Pinc. ci. = *Pueriles sunt, sed aliquid.* π = *Has artes* ελευτερας *Graeci, nostri liberales.* P = *quas* ενκυκλισυσ *Graeci.* r = *quas enkikyc Graeci.* w = *quas enkiklioyc Gr.* Rell. ρρ = εν-κυκλυους. 𝔑 = ειγκυκολιον. 𝔅 = ετ-κυλιους. 𝔈1. — 𝔊 = ἐλευθερίας. 𝔐 ἐλευθέρας. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

PRrwArg.b αειλμστυφ 𝔄𝔑 — 𝔅 + *nostri has liberales*, ut legendum videatur *nostri artes liberales.*

r + *Quemadmodum autem, inquit.* 𝔏 — 𝔐a (exc. 𝔏4.) + *est animi aliqua pars.* Quidam codd. Pinc. — *est aliqua moralis.* ν nonn. alii ρρ bis — *est* ante *aliqua.* 𝔄𝔈1. 2. = *hic quoque liberalium.*

21. *Ergo quia adiuvat pars est* = r. PRwArg.b = *Ergo quam adiuvat pars est.* Vett. ρρ 𝔑 — 𝔅𝔖 = *Ergo quam adiuvat pars eius est.* 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *Ergo eius quam adiuvat pars est.* R + *Cibus est adiutorium.* r + *adiutorium corporis est.* Ex. Fac. et Prim. P5. = *Aliquod nobis praestat geom. min.* w = *Aliquod* ∾ *geometria misterium.* r = *Alioquin nobis praestat.* υ = *Aliquid nobis praestat geometria* om. *ministerium.* r = *Sic philosophia.* P 4. 5. Col. = *necessarium est.* Pr = *ipse faber.* Arg.b — *ipsi.* ανσυ = *ipse faber ei.* r = *sed nec hic geometriae minister est.*

Sapiens causas = Pr. Rw𝔄𝔈1. — 𝔖 + *Sapiens enim causas.* 𝔑 𝔅 + *Sapiens autem causas.* Rell. n. l. R — *et* ante *quaerit.*

geometres = PRr 𝔈1. — 𝔐a. wSc 𝔄𝔑 — 𝔅 𝔖 = *geometer.* Rell. n. l. w(cr. ∾) = *pers. et suspicat.*

22. r = *constant coelestia.*

R + *quae in illis vis sit.* μ = *quae illis sit nunc vis, quae ventura.* υ𝔄 = *quae illis sit*

recursus et quasdam obseruationes per quas descendunt et adle-
uantur ac speciem interdum stantium praebent, cum coelestibus
stare non liceat, colligit *mathematicus.* Quae causa in speculo
imagines exprimat sciet sapiens: illud tibi geometres potest di-
cere quantum abesse debeat corpus ab imagine et qualis forma
speculi quales imagines reddat. Magnum esse solem philosophus 23
probabit, quantus sit mathematicus qui usu quodam et exercita-
tione procedit: sed ut procedat, inpetranda illi quaedam princi-
pia sunt. non est autem ars sui iuris cui precarium fundamen-
tum est. Philosophia nil ab alio petit, totum opus a solo exci-
tat. *Mathematice,* ut ita dicam, superficiaria est, in alieno
aedificat: accipit prima quorum beneficio ad ulteriora perueniat.
si per se iret ad uerum, si totius mundi naturam posset conpre-
hendere, dicerem multum conlaturam mentibus nostris quae
tractatu coelestium crescunt trahuntque aliquid ex alto. Una 24
re consummatur animus, *scientia bonorum ac malorum* in-
mutabili quae soli *philosophiae* conpetit: nihil autem ulla ars
alia de bonis ac malis quaerit. Singulas lubet circumire uirtu-

nunc vis, quae natura. Etiam r = *quae natura* om. *ve.*

et quasdam observationes = Pr wPr. abd 𝔑 — 𝔅𝔖. R 𝔛𝔈 1. — 𝔐a — *quasdam.* 𝔛 = *descendant et alleventur.* R = *ac allevantur.* wArg.b μν nonn. alii ρϱ P4. 5. Col. = *interdum instantium.*

sciet sapiens = μν et fere omnes ρϱ P 2. 5. Col. 𝔑 — 𝔅𝔖. Pw 𝔛 = *sciens sapiens.* R P3. = *sciat sapiens.* r𝔈1. — 𝔐a = *scit sapiens.*

geometres = P. Rrw 𝔛𝔑 — 𝔖 = *geometer.* Rell. n. l. r = *reddet.*

23. R + *mathematicus scit.* νπτ = *quod non quodam.* αυψ 𝔑 — 𝔗 = *inspectanda illi quaedam.*

w (cr. ∾) = *precatorium fundamentum.* r = *Philosophia nichil ab alio.* γπτψ = *a se sola excitat.* P5. + *a se e sola excitat.* χ = *a fundamento excitat.* Col. + *a solo excitare.*

Mathematice = Pw. r = *Mathematicha.* R𝔛𝔑 — 𝔖 = *Mathematica.* Arg.b = *superficia est.*

accipit prima = mss. (exc. συ) etiam Pr.a 𝔑 — 𝔅𝔖. P2. 3. 4. Pr. bd = *accepit prima.* probat Sw. P5. Col. = *accipit praemia.* ɔ + *prima accipit principia.* Sc 𝔛 = *accipit principia.* υ𝔈 1. — 𝔐a = *aliena accipit principia.* R = *ire ad verum.* r — *nostris* post *mentibus.* r = *quae tractu coelestium.*

aliquid ex alto = ci. Grut. 𝔖. ν Pr.bd = *aliquid ex aliquo.* 𝔏 — 𝔐a = *aliquid ex illo.* Rell. etiam Gr. = *aliquid ex alio.*

24. ε = *conservatur animus.* αυσ = *confirmatur animus.* probat Sanctol. R = *quae soli competit philosophiae.* Pr Arg.b haec omittunt.

nihil autem ulla ars alia = mss. etiam Ss. 𝔛𝔑 — 𝔈 1. 𝔈2. — 𝔖 = *nulla autem ars alia.* Sed Sw. illam scripturam voluit revocatam.

Singulas lubet = ci. Mur. 𝔐 𝔑u — 𝔖. P = *Singulos habet.* Rell. = *Singulas habet.* Lips. ci. = *Singulas habeo* vel *habe.* Pithoeus ci. = *Singulas havet* et

tes. Fortitudo contemptrix timendorum est: terribilia et sub iugum libertatem nostram mittentia despicit, prouocat, frangit:
25 numquid ergo hanc liberalia studia conroborant? Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo conrumpitur praemio. Ure, inquit, caede, occide: non prodam, sed quo magis secreta quaeret dolor, hoc illa altius condam. Numquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia uoluptatibus imperat. alias odit atque abigit, alias dispensat et ad sanum modum redigit nec umquam ad illas propter ipsas uenit. Scit optimum esse modum cupitorum
26 non quantum uelis, sed quantum debeas sumere. Humanitas uetat superbum esse aduersus socios, uetat auarum. uerbis, rebus, adfectibus comem se facilemque omnibus praestat. nullum alienum malum putat. bonum autem suum ideo maxime, quod alicui bono futurum est, amat. Numquid liberalia studia hos mores praecipiunt? Non magis quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem, non magis quam frugalitatem ac parsimoniam, non magis quam clementiam quae alieno sanguini tamquam suo parcit et scit homini non esse homine prodige uten-
27 dum. Cum dicatis, inquit, sine liberalibus studiis ad uirtutem non perueniri, quemadmodum negatis illa nihil conferre uirtuti? Quia nec sine cibo ad uirtutem peruenitur, cibus tamen ad uir-

Sw. editurus erat *Singulas avet*, nisi desiderarentur exempla huius verbi impersonaliter usurpati. Rr ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *circuire.* w = *libertatem nostram missura.* R + *et frangit.*

25. R — *est* post *pectoris bonum.* Ambian. = *humani generis bonum est.* r = *Vere, inquit, caede.* 𝔑 = 𝔗 — *caede.* sP = *quaerit dolor.* R = *hoc ilio altius condet.* οπσ 𝔄𝔑 — 𝔈 1. = *haec illa altius condet.* P 4. = *hic ille altius condet.* Rell. ρρ (exc. χ ∾) rell. Gr. = *hoc illa altius condet.* 𝔈 2. = *hoc illa altius condent.* Arg.b = *hoc illa altius credam.* Rell. etiam Pinc. ∾.

R = *alios odit.* P = *alia sedit.* rφχ = *alias sedat.* γεχ = *ad sanum modum perducit.*

r = *esse mundum cupitorum.* R = *esse modum cupidorum.* P = *esse modum cupitorem.*

26. Arg.b cod. Iur. = *apud socios.* R + *vetat esse avarum.*

rArg.b plerique ρρ (exc. υ) cod. Iur. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *affectibus communem.* r — *se* ante *facilemque.*

r = *nullum autem eternum malum putat.*

ideo maxime = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *id maxime.* γεουφ = *alicui bonum futurum est.* μν — *simplicitatem, quam modestiam ac.* 𝔛 — *simplicitatem — non magis quam* ante *frugalitatem.* 𝔈 1. — 𝔏 4. = *ac modestiam* et — *moderationem non magis quam* contra mstos etiam cod. Fabri. Col. = *ac modum et rationem.* P 5. Col. = *hominis esse homine pr. utendum.*

27. r = *Cum dicitis.* r = *nihil illa conferre.* 𝔐 — *nihil.* 𝔏 — 𝔐a = *illa nil conf.* r — *sine* ante *cibo.* 𝔑 — 𝔗 = *cibus autem*

tutem non pertinet. Ligna naui nihil conferunt, quamuis non fiat nauis nisi ex lignis. Non est, inquam, cur aliquid putes eius adiutorio fieri sine quo non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici sine liberalibus studiis ueniri ad sapientiam posse: quamuis enim uirtus discenda sit, tamen non per haec discitur.
Quid est autem quare existimem non futurum sapientem eum 28
qui literas nescit, cum sapientia non sit in literis? Res tradit, non uerba: et nescio an certior memoria sit quae nullum extra se subsidium habet. Magna et spatiosa res est sapientia: uacuo illi loco opus est: de diuinis humanisque discendum est, de praeteritis, de futuris, de caducis, de aeternis, de tempore de
quo uno uide quam multa quaerantur. primum an per se sit 29
aliquid. deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore. cum mundo coeperit an etiam ante mundum, quia fuerit aliquid, fuerit et tempus? Innumerabiles quaestiones sunt de animo tantum: unde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quamdiu sit. aliunde alio transeat et domicilia mutet ad alias animalium formas

ad virtutem. P4. = *quamvis non sit navis.*

nisi ex lignis = mss. (exc. Pr) etiam Ss. Gr. 𝔛𝔑 — 𝔈 1. 𝔖. P = *nisi et lignis.* Cod. Iur. = *nisi e lignis.* r 𝔈 2. — 𝔐a = *sine lignis.* r (cr. ∞) = *Non est nunquam.* Pr — *eius* ante *adiutorio.* χμνυ = *cum adiutorio.* r — *etiam* post *Potest quidem.* R — *illud.* r = *venire ad sapientiam.* 𝔑 — 𝔅 — *posse* post *sapientiam.* wμνσσυ 𝔛 𝔈 1. — 𝔊 = *quamvis etiam virtus.* R = *non per hoc discitur.* w — *non.*

28. r = *qui literas nescio.*

P3. + *Res virtus tradit.* γλψ + *Res tradit virtus.* r = *et nesciunt an certior.* w (s∞) = *certior materia sit.* m𝔈 2. m𝔈 = *Magna et speciosa res est.* w (r.m.) + *cui de divinis.* εσ𝔑 — 𝔅 + *simul discendum est.* 𝔈 1. — 𝔊 = *humanisque dicendum est.*

29. *an per se sit aliquid* = P Rr ρρ (exc. ν) Sc Pr. ab 𝔛𝔈 1. — 𝔐a. wArg. bν mσ mτ cod. Iur. Pr. d 𝔑 — 𝔅 𝔖 = *an ipsum sit aliquid.* illud Sw. pro scholio habet, sed neminem cito assentientem inveniet.

an aliquid ante tempus sine tempore. cum mundo coeperit an etiam ante mundum = P αγεημνστυ tres Ops. duo emendati codd. Pinc. 𝔑 — 𝔛𝔖. Rr rell. ρρ (exc. ψ) P2. Col. 𝔅 + *an aliquid ante tempus sit.* *an sine tempore* ∞. w = *an aliquid ante tempus sit temporale. an cum mundo inceperit* [s *an*] *ante etiam mundum, quia.* Arg. b = *an aliquid ante tempus sit, sive in tempore, sive in mundo coeperit, an etiam.* P4. = *Primum autem per se sit, sine tempore cum mundo coeperit an etiam ante mundum* rell. om. 𝔛 = *an aliquid ante tempus sit, sive tempus cum mundo coeperit, an et ante mundum.* ψ P5. 𝔈 1. — 𝔐a = *an aliquid ante tempus sit: si tempus cum mundo coepit* [P5. 𝔈 1. = *coeperit*] *an et ante mundum.*

In P rursus excidit folium unum cum verbis [*Innumera*]*biles quaestiones — satius est supervacua scire* §. 38. 𝔐 — *tantum* post *de animo.* r = *unum sit, qualis sit.* w = *unde sit, quale sit.* w — *an* ante *aliunde alio.*

domicilia mutet = Rr wArg. b ρρ cod. Iur. 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔛 = *a domicilio ad alias* om. *mutet.* 𝔈 1. —

aliasque coniectus an non amplius quam semel seruiat et emissus
30 uagetur in toto. utrum corpus sit an non sit. quid sit facturus, cum per nos aliquid facere desierit. quomodo libertate sua usurus, cum ex hac effugerit cauea. an obliuiscatur priorum et illic nosse se incipiat ubi corpori abductus in sublime secessit. Quamcumque partem rerum humanarum diuinarumque conprehenderis, ingenti copia quaerendorum ac discendorum fa-
31 tigaberis. Haec tam multa, tam magna, ut habere possint liberum hospitium, superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias uirtus: laxum spatium res magna desiderat. Expellantur omnia: totum pectus illi uacet. At enim delectat artium notitia multarum. Tantum itaque ex illis retineamus quantum necessarium est. An tu existimas reprehendendum qui superuacua usibus conparat et pretiosarum rerum pompam in domo explicat? non putas eum qui occupatus est in superuacua literarum supellectile? Plus scire uelle quam sit
32 satis intemperantiae genus est. Quid? quod ista liberalium artium consectatio molestos, uerbosos, intempestiuos, sibi placentes facit et ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt. Quatuor milia librorum Didymus grammaticus scripsit: miser erat, si tam multa superuacua legisset. In his libris de

𝔐a = *domicilium mutet.* ν = *aliasque coniectans.* Rell. ρρ (exc. λ∾) = *aliasque coniectas.*

30. ν — *sit* post *an non.* Arg.b + *et illic ne nosse se.* ευσ + *et illic nec nosse se.* P4. + *et illic non nosse se.* w = *et illic neptus esse incipiat.* 𝔄 = *priorum illi ne posse se.*

ubi corpori abductus = w. Rr Arg.b νφχ P3. = *unde corpori abductus.* ιπ = *unde de corpore eductus.* P2. = *unde de corpore vel ab eductus.* ψ = *cum de corpore eductus.* Rell. ρρ = *an de corpore* vel *unde de corpore abductus* = 𝔑 — 𝔗. P5. = *an de corpore deductus.* P4. = *an de corpore eductus.* 𝔄𝔅 — 𝔊 = *an de corpore abductus.* 𝔐 — 𝔖 = *postquam de corpore abductus* ex ing. Mur. r — *in* ante *sublime.* νσ = *inquirendorum ac discendorum.*

31. εητ + *habere possint virtutes lib. hosp.* wArg.b — *est* post *necessarium.* 𝔑 — 𝔅 = *necessarium sit.* 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *est necess.* 𝔑 — 𝔅 = *latius spatium.* w = *At tu existimas.*

supervacua usibus = RrwArg.b αβεηιλχψ P2. 3. cod. Iur. 𝔑 — 𝔅. probat Grut. πφ Col. + *superv. usibus sibi.* ο = *supervacua usui comp.* (Rell. ρρ) P4. 5. 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *supervacua usu sibi comp.*

w = *velle quam satis est.* r + *Nempe intemperantiae.*

32. r = *liberalium artium ostentatio molestos, intempestivos, sibi placentes, intumescentes, non necessaria et supervacua didicerunt.* χ = *facit, dum non necessaria, sed supervacua.*

miser erat = Rwλ P3. 5. 𝔈1. — 𝔊. Arg.b plerique ρρ P4. duo Ops. Sc Pr. abd. 𝔄 = *misererer.* r = *si tam multa supervacua legisset, homini, si praesens esset, misererer.* βιπχ P2. Col. = *mise-*

patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre uera, in his
libidinosior Anacreon an ebriosior uixerit, in his an Sappho
publica fuerit et alia quae erant dediscenda, si scires. I nunc 33
et longam esse uitam nega. Sed ad nostros quoque cum perue-
neris, ostendam multa securibus recidenda. Magno inpendio
temporum, magna alienarum aurium molestia laudatio haec con-
stat *O hominem literatum!* Simus hoc titulo rusticiore con-
tenti *O uirum bonum!* Itane est? annales euoluam omnium
gentium et quis primus carmina scripserit quaeram? quantum
temporis inter Orphea intersit et Homerum, cum fastos non ha-
beam, conputabo? et Aristarchi ineptias quibus aliena carmina
conpinxit recognoscam et aetatem in syllabis conteram? Itane 34
in geometriae puluere haerebo? Adeo mihi praeceptum illud
salutare excidit *Tempori parce?* Haec sciam? et quid igno-
rem? Appion grammaticus qui sub C. Caesare tota circumla-
tus est Graecia et in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus ado-
ptatus aiebat *Homerum utraque materia consummata, et
Odyssea et Iliade, principium adiecisse operi suo quo bellum*

r e r e r h o m i n i, si tam multa. ℜ — 𝔅 = *mise r̃ e r e; si tam multa.* Unus Ops. = *m i r a r e r, si tam multa.* Aliqui Pinc. 𝔐ℜ — 𝔖 = *miser, si tam multa* om. *erat.*

r = *de patria Homeri i n v e n i e s, de matre Aeneae veru.* 𝔛 = *de patria h o m i n u m quaeritur.* αναℜ — 𝔗 + *de Aen. matre q u a e r i t u r vera.* Rw P2. 3. 5. Col. = *libidinosior a n a c r i o r an ebriosior.* ℜ — 𝔗 = *ebriosiu s.* αγιμ σ P2. 3. 4. = *an Sappho publ i a fuerit.* η = *an Sappho P a p h y a fuerit.* Onuphr. Panviu. de Sibyllis ex hoc loco laudat *an Soppho S i b y l l a fuerit.* Lat. Latin. (B. Pr. p. 46.) legit *an Sappho p u d i c a fuerit.* r = *dediscenda. scire s i n u n t et longam.*

33. ℜ — 𝔗 = *L e g e nunc et longam.* Arg.b — *I.* r = *v i t a nega.* r — *quoque* post *nostros.* w = *securibus e x cidenda. Magno imp e r i o.* Vett. ρρ 𝔛ℜ — 𝔅 = *hoc c i r culo rustic.* r = *Itane annales* om. *est.* w = *It une est an a l e s.* 𝔛𝔈1. = *q u i primus carmina.* P2. ℜ — 𝔅 = *quis pri m u m carmina.* 𝔈2. — 𝔐 = *quis pri m a carmina.* r = *inter Orphea s i t et Hom.* w — *intersit.*

Aristarchi i n e p t i a s — conp i n xit = mss. (exc. rνσ) etiam Gr. 𝔛ℜ — 𝔈1.𝔖. r𝔈2. — 𝔐a = *Aristarchi n o t a s — comp u n xit.* νσ utramque scripturam habent ant. m. exaratam. Cod. Iur. = *E u starchi n o t a s.* Arg.b = *i d t o t u m in syllabis conteram.*

34. w = *et quid ignorem haec sciam.* m𝔈2. = *et quid ignorem h o c sciam.* P2. (p.m.) P4. = *Haec s c i e n t i a et quid ignorem.* γψ + *et quid, s i ignorem.* ενοσ = *et ignorem* om. *quid.* 𝔐 — 𝔅1. = *Haec sciam, u t quid ignorem?* ex ing. Mur. Sw. poni voluit exclamandi notam. RSc = *A p i on.* ℜ = *A p h i on.* 𝔛 = *A p y on.*

Optimus cod. Lips. ℜ — 𝔅𝔖 = *circ u latus est.* r — *est.* w = *g r a t i a e t i a m in nomen Homeri.* r = *princip i a adiecisse.* αβγ επτψ ℜ — 𝔅 + *u n u m principium adi.*

35 *Troianum conplexus est:* huius rei argumentum adferebat,
quod duas literas in primo uersu posuisset ex industria
librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet
qui multa uult scire. Non cogitas quantum tibi temporis aufe-
rat mala ualitudo, quantum occupatio publica, quantum occu-
patio priuata, quantum occupatio cotidiana, quantum somnus?
36 Metire aetatem tuam: tam multa non capit. De *liberalibus*
studiis loquor: *philosophi* quantum habent superuacui? quan-
tum ab usu recedentis? Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones
et coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt
et inuidere grammaticis, inuidere geometris. Quicquid in illo-
rum artibus superuacuum erat transtulere in suam. Sic effe-
ctum est ut diligentius scirent loqui quam uiuere. Audi quan-
37 tum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta ueritati sit. Pro-
tagoras ait *de omni re in utramque partem disputari posse*
ex aequo et de hac ipsa an omnis res in utramque partem
disputabilis sit. Nausiphanes ait *ex his quae uidentur esse*
nihil magis esse quam non esse. Parmenides ait *ex his quae*
uidentur nihil esse nisi uniuersum. Zenon Eleates omnia

35. 𝔄𝔈1. = *argumentum a s s e-rebat.* r = *Talia sci r e oportet.*

Non cogit a s quantum = w. Rr ρρ (exc. υψ) P2. 3. 4. Col. Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *non cogit a r e:* assimulaverunt enim praecedenti *scire.* υψ P5. 𝔏 — 𝔖 = *Non v i s cogit a r e.* 𝔈1. — 𝔊 = *N o l i cogit a r e.* V = *N a m cog i t a.* 𝔐 = *N u n c cogi t a.* R — *tibi.* ℜ — 𝔖 = *temporis tibi.* Pinc. v. l. = *s i b i:* ipse Pron. supervacaneum habet.

Arg.b — *quantum occupatio publica.* r — *publica — quantum occupatio* ante *privata.* αγνοπσ nonn. alii ρρ = *quantum privata, quantum quotidiana* om. *occupatio.*

36. r = *et coniuncti o n e s.* Plerique ρρ = *coniu g a t i o num ac praep.* Arg.b = *proprietates descend u n t.* roφχ cod. Fabri = *et t a m q u a m grammaticis invid e-r e n t et geometris.* r — *in illorum artibus.* r = *transtulere in s u a.* w — *in* ante *suam.* 𝔄 + *q u a r e sic effectum est.* w = *Sicque f a c t u m est.* r = *Sic effectum est ut n e scirent s e vivere* rell. om. 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *dil. s c i a n t loqui.*

37. *P r o tagoras* = rv 𝔈2. — 𝔖. Rw = *P i t h agoras.* Rell. ρρ 𝔗 — 𝔈1. = *P y t h agoras.* 𝔄 = *P i t a-goras.* ℜ = *P i c t agoras.* r = *in utramv i s partem.* 𝔄 — *in utramque partem.* r = *et de h o c ips o an omnis res e x q u o disputabilis sit.* Etiam οχ = *et de h o c ips o.* R(m∾) — *magis esse — videntur nihil.* mR = *ex i i s quae videntur.*

nihil esse nisi universum = ci. Gron. ℜu 𝔐a. w — *nisi.* Rr ρρ Pinc. Gr. Pr.abd 𝔈1. — 𝔊 = *nihil esse i n univer s o.* Arg.b 𝔄 = *nihil esse univer s o.* Sc = *nihil ex his quae videntur univer s o* rell. om. ℜ — 𝔅 = *nihil esse a b universo.* 𝔐 — 𝔅1. = *nihil esse i n universum.* quod fortasse ex vet. cod. duxit Mur. Nam primum videtur *nisi* in *in* corruptum: deinde propter ipsam Praep. ex *universum* fecerunt *univer s o:* denique aliis quoque modis depravatus est locus. 𝔖 ex m𝔈2. = *nihil esse a b u n o*

negotia de negotio deiecit: ait *Nihil esse.* Circa eadem fere Pyrrhonei uersantur et Megarici et Eretrici et Academici qui nouam induxerunt scientiam *nihil scire.* Haec omnia in illum 38
superuacuum studiorum liberalium gregem conice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hi spem omnis scientiae eripiunt: satius est superuacua scire quam nihil. Illi non praeferunt lumen per quod acies dirigatur ad uerum, hi oculos mihi effodiunt. Si Protagorae credo, nihil in rerum natura est nisi dubium. si Nausiphani, hoc unum certum est nihil esse certi. si Parmenidi, nihil est practer unum. si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos sumus? quid ista quae nos circumstant, 39
alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est aut inanis aut fallax. Non facile dixerim utris magis irascar, illis qui nos nihil scire uoluerunt an illis qui ne hoc quidem nobis reliquerunt nihil scire. Uale.

diversum. Lips. ci. = *videntur unum esse universum* vel *universa.* Pinc. ci. = *nihil esse nisi unum.* Respexit enim ad §. 38. *si Parmenidi, nihil est praeter unum.* r = *Zeno leantes.* w 𝔛𝔈1. = *Zenon cleantes.* 𝔑 = *Zenon Helaites.* 𝔗𝔅 = *Zenon Heleates.* Plerique Pinc. 𝔛 — *de negotio.* Ops. ci. = *omnia negotia uno negotio deiecit.* R + *et ait nihil esse.* αγπτϙ + *ait enim nihil esse.* w = *idem fere.* r — *fere.* Rrw𝔛 = *Phironei.* ρϙ (exc. ϰ) = *Pyrrhonei* vel *Phyronei.* 𝔑 — 𝔅 = *Phyrronei.* 𝔈1. — 𝔖 = *Pyrrhonii.* Sed cf. Cic. Or. III, 17, 62. Rr ρϙ (exc. βϙ) Gr. (exc. P5. qui primam syllabam non expressit) 𝔗𝔑 — 𝔊 = *M. et Cretici.* w = *M. et Chretici.* Arg.b = *M. et Greici.* βϙ = *M. et Eretici.* Pinc. ci. = *M. et Critici.* Brod. Misc. l. I. extr. ci. = *M. et Sceptici.* 𝔐𝔑 — 𝔖 ∾ ex em. Lips. Arg b = *induxere.* 𝔅1. — 𝔐𝔞 = *duxerunt scientiam.*

38. μντ recc. ρϙ fere omnes 𝔛 = *Illa mihi non profut.* R = *omni scientiae.* r — *omnis.* r = *Illi non profertur lumen.* P = *Illi non perfertur lumen.* Sanct. ci. = *Illa non praeferunt lumen.* r = *perdit acies, dirigatur.* P = *acies dirigitur.* 𝔛 = *derigatur.*

P = *Si Pytagorae.* Rw = *Si Pithagorae.* Sorb. 𝔛 = *Si Pitagorae.* 𝔑 = *Si Pictagorae.* 𝔗 — 𝔈1. = *Si Pythagorae credo.* In verba *Si Protagorae credo* exeunt Sorb. μν Pr abd, atque idem Sw. affirmat de codd. Ops.: sed unde compererit nescio. In μ reliqua huius epistolae ab alia manu sunt perscripta: in ν extrema sic leguntur: *Si Protagorae* CREDO. EXPLIC. LIB. SENECE. Sequuntur Epitaphium et Epp. Senecae et Pauli.

R = *nihil est in rerum natura nisi.* Arg b — *est* post *natura.*

𝔛 = *Nausiphanti.* R — *est* ante *praeter.* w = *praeter imum.* P = *Si Zenni.* R = *nec unum quidem.*

39. P + *umbra est atem aut inanis aut fallax.*

utris magis irascar = PRrβωλμ πϙχψ. γχτ = *quibus magis irascar.* w𝔛𝔑 — 𝔖 = *utrum magis irascar.* R = *nec hoc quidem nobis reliq.* Desinunt Prw Arg.b Ops.

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER XIV.

EPISTULA I. (89.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Rem utilem desideras et ad sapientiam properanti necessariam, *diuidi philosophiam* et ingens corpus eius in membra disponi. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Utinam quidem, quemadmodum uniuersa mundi facies in conspectum uenit, ita philosophia tota nobis posset occurrere, simillimum mundo spectaculum. Profecto enim omnes mortales in admirationem sui raperet relictis iis quae nunc magna magnorum ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non potest, sic erit a nobis adspicienda, quemadmodum mundi secreta cer-
2 nuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplectitur nec minus illam uelociter obit quam coelum acies nostra: nobis autem quibus perrumpenda caligo est et quorum uisus in proximo deficit singula quaeque ostendi facilius possunt, uniuersi nondum

Lib. XIV. Ep. 1. (89.)

Iam utimur libro praestantissimo B (Bamberg.). BG (m∾) = *et sapientem properanti.* ϑσ𝔑 — 𝔖 + *utique necessariam.* B = *in cogitationem totius.* 𝔑 — 𝔐a — *quidem* post *Utinam* contra mstos etiam Gr. Sc. Pro *quemadmodum* G (m∾) γδζϰσφ P 3. 4. Col. = *ut sicut.* P1. = *ut.* 𝔈2. — 𝔐a = *universi mundi facies* contra mstos etiam Gr. Sc. 𝔑 — 𝔈1. = *in conspectu.* 𝔄𝔑 — 𝔖 = *possit occurrere.* Pinc. antiquiss. + *simillimum vel mundo.* Probant Pinc. Grut.

relictis iis quae = B. G = *hiis.* R𝔄𝔑 — 𝔖 = *his.* επρ = *magna magistrorum.* χ = *magna maiorum.*

sic erit a nobis adspicienda = Pinc. ant. ex. πψ𝔖 — 𝔖. αϰυ = *et sic erit a nobis abscienda.* B = *sic nobis abscienda.* P1. 3. 4. = *et sic a nobis abscienda* vel *adscienda.* RGβγδεζηϑιλξοστ 𝔄𝔅𝔈1. = *et sic* [𝔄 = *sit*] *a nobis aspicienda* [G = *abstinenda*]. 𝔑 — 𝔗 = *et sic a nobis abicienda* (*abiic.*) Cod. Lips. = *abscidenda.* ρ = *Sed contingere hoc non potest: et sic a nobis hoc sciendum.*

𝔑 — 𝔗 — *mundi.*

2. πρ = *velociter ambit.* mɔ = *velociter percurrit.* G (n.) + *obit animum.* G = *prorumpenda.* τ = *universa nondum*

capacibus. Faciam ergo quod exigis et philosophiam in partes,
non in frusta diuidam: diuidi enim illam, non concidi utile est:
nam conprehendere quemadmodum maxima ita minima difficile
est. Describitur in tribus populus, in centurias exercitus.
Quicquid in maius creuit facilius agnoscitur, si discessit in par- 3
tes quas, ut dixi, innumerabiles esse et paruulas non oportet.
Idem enim uitii habet nimia quod nulla diuisio. simile confuso
est quicquid usque in puluerem sectum est. Primum itaque, sicut
uidetur, tibi dicam inter sapientiam et philosophiam quid inter-
sit. *Sapientia* perfectum bonum est mentis humanae. *philo-
sophia* sapientiae amor est et adfectatio. Haec ostendit quo
illa peruenit. Philosophia unde dicta sit adparet: ipso enim
nomine fatetur. Quidam *sapientiam* ita finierunt, ut dicerent 4
diuinorum et humanorum scientiam. Quidam ita: *Sapien-
tia est nosse diuina et humana et horum causas.* Superua-
cua mihi uidetur haec adiectio, quia *causae* diuinorum humano-
rumque pars diuinorum sunt. *Philosophiam* quoque fuerunt
qui aliter atque aliter finirent: alii *studium* illam uirtutis esse
dixerunt, alii *studium corrigendae mentis.* a quibusdam dicta
est *adpetitio rectae rationis.* Illud quasi constitit aliquid inter

capacibus. 𝔏κλ = *universis nond. cap.* BG = *in frustra* solito errore. G(m∾) — *non* ante *concidi.* ℜιπ + *ita et minima.* ℜ — 𝔅 = *in centuriones.*

3. 𝔄 = *in maius creverit.* P3. = *si descendit in partes.* G(cr.∾) P1. 3. 4. Col. = *quas, ut diximus.* 𝔄 — *esse* post *innumerabiles.*

parvulas = mss. (exc. ε) etiam Gr. Sc 𝔄𝔏 4. 𝔖. ε ℜ — 𝔐a (exc. 𝔏4.) = *parvas.* ℜ—𝔗 = *vitii habent.* 𝔅 = *vitii habetur.* ℜ — 𝔅 = *mala divisio.* R = *simile confusioni est.* BSc 𝔄 = *si ut videtur.* βδευ 𝔄 = *amor et affectio.* ℜ — 𝔗 = *dicta sit aperiet.* ρ + *nomine se fatetur.*

4. B βιυψ 𝔄 + *Quidam et sapientiam.* Rαγδεζλοπτφ ℜ — 𝔈1. + *Quidam enim sap.* B + *ita quidam finierunt.* Gαγδεζλφ ℜ — 𝔅 = *ita finxerunt.* mG rell. ρϼ (exc. ο ∾) 𝔄 = *ita diffinierunt.* e = *Quidam sapientiam dixerunt divinorum humanorumque scientiam.*

ut dicerent div. = mss. (exc. R βπχ) etiam P1. 3. 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔗. Rβπχ (P2.) 𝔅 — 𝔖 + *ut dicerent eam div.* R = *humanorumque.* 𝔄 — *Quidam ita: — divinorum humanorum* et pergit *que partes sunt.*

pars divinorum sunt = Bϼυ Pinc. ex. Francisc.. Probat Ianus et laudat Xenoph. Mem. I, 1, 15 sqq. Herb. = *quia causae divinorum, humanorum partes sunt.* GRℜ — 𝔖 = *quia causae divinorum humanorumque partes sunt.*

aliter atque aliter finirent = Bαυ 𝔄𝔖. ο = *finierunt.* Gℜ — 𝔈1. = *diffinirent.* R𝔈2. — 𝔐a = *definirent.* 𝔄 — *studium* ante *corrigendae.* mϼ = *al' appetitionem rectae rationis.*

constitit = BsGβιxϼτυP2. 4. Col. Sc Pinc. omnis emendatior lectio 𝔄 𝔖. π = *constat.* RG rell. ρϼ P1. 3. ℜ — 𝔐a = *constet.*

5 philosophiam et sapientiam interesse: neque enim fieri potest ut idem sit quod adfectatur et quod adfectat. Quomodo multum inter auaritiam et pecuniam interest, cum illa cupiat, haec concupiscatur, sic inter philosophiam et sapientiam. Haec enim illius effectus ac praemium est. illa uenit, ad hanc itur. *Sapientia* est quam Graeci σοφίαν uocant. Hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut *philosophia* nunc quoque utuntur.
6 Quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus:

Hospes resiste et sophian Dossenni lege.

Quidam ex nostris, quamuis philosophia studium uirtutis esset et haec peteretur, illa peteret, tamen non putauerunt illas distrahi posse: nam nec philosophia sine uirtute est nec sine phi-
7 losophia uirtus. Philosophia studium uirtutis est, sed per ipsam uirtutem: nec uirtus autem esse sine studio sui potest nec uirtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in iis qui aliquid ex distanti loco ferire conantur alibi est qui petit, alibi quod petitur: nec quemadmodum itinera quae ad urbem perducunt extra ipsam sunt. Ad uirtutem uenitur per ipsam. Cohaerent
8 ergo inter se philosophia uirtusque. *Philosophiae* tres *partes* esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: *moralem, naturalem, rationalem.* Prima conponit animum. secunda rerum

5. G — *enim* post *Neque.* R maior numerus ρρ 𝔄ℜ — 𝔗 = *illius affectus.*
ac praemium = BGR. 𝔄ℜ — 𝔖 = *et praemium.* ρ = *illa uenit, haec adducitur.* R = *Graeci sophiã.* G = *Graeci* CCH *vocant.* ℜ — 𝔐𝔞 = *quoque Romani* contra mstos. ℜ — 𝔗 + *in philosophia.* R = *utimur.*
6. επχ 𝔄 = *togati tibi antiqui.* 𝔄 = *et in scriptis.* B = *Dosseni* altera *n* supra posita. R = *Dossennii.* 𝔅 = *Dossemi.* G = *Dossempni.*
sophian = B. G = *sophisma.* R 𝔄𝔈 1. — 𝔖 = *sophiam.* ℜ — 𝔅 = *philosophiam.*
𝔄 — *et* ante *haec peteretur.*
ℜ — 𝔖 + *sine philosophia virtus est* contra mstos.
7. *nec virtus autem esse* = B mG ρρ (exc. αγεϑκσ) Pinc. v. l. P2. P3. (s.m.) Col. 𝔄𝔈 — 𝔖. R plerique ρρ — *autem.* Gλ (p.m.) τ (p.m.) P1. 4. P3. (p.m.) ℜ — 𝔈2. = *nec iustus homo esse.*
in iis qui aliquid = B. G = *in hiis q. al.* R 𝔄ℜ — 𝔖 = *in his q. al.* 𝔄 = *ferre conantur.* ρ = *ferire volunt.*
ad urbem — extra ipsam = fere omnes ρρ. BGℜ — 𝔊 = *ad urbes — extra ipsam.* R𝔐ℜ — 𝔖 = *ad urbes extra ipsas.* B(s∾) — *sunt.* quod antea post *virtutem* posuerat. G nonn. ρρ P1. P3. (n.) 4. ℜ — 𝔈2. + *sed ad virtutem.* Pars ρρ P2. + *sic ad virt.* Col. + *sed sic ad virt.* Primus Pinc. monuit partic. esse delendam.
Cohaerent inter se = B𝔄. GR ℜ — 𝔖 + *Cohaerent ergo inter se.*
8. *naturalem, rationalem* = BG R maior pars ρρ 𝔄. ℜ — 𝔖 + *et rationalem.* Gγδϑκλ = *rerum na-*

naturam scrutatur. tertia proprietates uerborum exigit et structuram et argumentationes, ne pro uero falsa subrepant. Ceterum inuenti sunt et qui in pauciora philosophiam et qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerunt *ciuilem*, quia propriam quamdam exercitationem deside- 9
ret et circa aliam materiam occupata sit. Quidam adiecerunt his partem quam οἰκονομικὴν uocant, *administrandae familiaris rei scientiam.* Quidam et *de generibus uitae* locum separauerunt. Nihil autem horum non illa parte morali reperitur. Epicurei duas partes philosophiae putauerunt esse, *naturalem* atque *moralem:* rationalem remouerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie ueri latentia coarguere, ipsi quoque locum quem *de iudicio et regula* adpellant alio nomine rationalem induxerunt, sed eum accessionem esse naturalis partis existimant. Cyrenaici naturalia cum ratio- 10
nalibus sustulerunt et contenti fuerunt moralibus: sed hi quoque quae remouent aliter inducunt. In quinque enim partes moralia diuidunt, ut una sit de *fugiendis et expetendis*, altera de *adfectibus*, tertia de *actionibus*, quarta de *causis*, quinta de *argumentis.* Causae rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali, actiones ex morali. Ariston Chius *non tantum* 11
superuacuas esse dixit naturalem et rationalem, sed etiam

turas. mGβειοστ = *rerum causas.* 𝔄 = *verborum naturam exigit et scrutatur et arg.* ρστ + *exigit et naturam et structuram.* RG𝔄𝔑 = *deducerent.*

B = *quartam partem adicerent.* G = *adierunt.* 𝔑 — 𝔐a = *quandam propriam.*

9. R𝔈2. — 𝔖 + *quam Graeci.* 𝔐𝔑 = *yconomicam.* 𝔗 = *iconomicam.* In G quaedam notae sunt, quae tamen extricari vix possunt.

. 𝔄 = *de gentibus vitae.* 𝔑 = *locum superaverunt.*

Nihil autem non illa parte morali reperitur = BP4.𝔄. R maior pars ρρ P2. + *non in illa parte.* G P1. 3. 𝔑 — 𝔈1. = *Nihil autem in illa parte mor. rep.* 𝔈2. — 𝔐a = *Nihil autem in illa parte mor. non reperitur.* 𝔖 errore librarii negationem habet utroque loco. B (s.m.) = *repperitur.* R ρρ P1. 2. 3. Col. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖 = *reperietur.* G = *reperiretur.* R = *et regula appellent.* R tres ex recc. ρρ 𝔑 — 𝔐 = *sed eam accessionem.* Alterum primus proposuit Pinc.

10. σ = *Cynici naturalia.*

G = *sed hiis quoque quae removent.* Sc𝔄𝔏 — 𝔐a (exc. 𝔏4.) = *sed hi quoque qui removent.*

R = *altera de effectibus.* BR (m∾) G𝔄 = *argumenta ex morali* rell. om. 𝔑 — 𝔅 — *actiones ex morali.*

11. R (lit.) = *Aristonicus non tantum.* χ = *Aristonichus non tantum.* P3. (s.m.) = *Aristonius n. t.* 𝔄 = *Aristonycus n. t.* 𝔑 — 𝔅 = *Aristonchius.* 𝔈1. = *Aristochius.* 𝔐 — 𝔐a = *Aristo Chius* contra rell. mss. etiam Gr. BG𝔄 = *naturalem et formalem.* de quo vide.

contrarias: moralem quoque quam solam reliquerat circumcidit.
Nam eum locum qui *monitiones* continet sustulit et *paedagogi*
esse dixit, non *philosophi:* tamquam quicquam aliud sit sa-
12 piens quam generis humani paedagogus. Ergo cum tripartita sit
philosophia, *moralem* eius *partem* primum incipiamus dispone-
re. quam in tria rursus diuidi placuit, ut prima esset *inspectio*
suum cuique distribuens et aestimans quanto quidque dignum
sit, maxime utilis: quid enim est tam necessarium quam pretia
rebus inponere? secunda *de actionibus*, tertia *de inpetu.*
13 Primum enim est, ut quantum quidque sit iudices: secundum,
ut inpetum ad illa capias ordinatum temperatumque: tertium, ut
inter inpetum tuum actionemque conueniat, ut in omnibus istis
tibi ipse consentias. Quicquid ex his tribus defuit turbat et ce-
tera. Quid enim prodest intus aestimata habere omnia, si sis
inpetu nimius? quid prodest inpetus repressisse et habere cupi-
ditates in tua potestate, si in ipsa rerum actione tempora igno-
res nec scias quando quidque et ubi et quemadmodum agi debeat?
14 Aliud est enim dignitates et pretia rerum nosse, aliud articulos,
aliud inpetus refrenare et ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo
uita concors sibi est ubi actio non destituit inpetum, inpetus
ex dignitate rei cuiusque concipitur proinde remissus acriorque
15 prout illa digna est peti. *Naturalis pars philosophiae* in duo
scinditur: *corporalia* et *incorporalia.* Utraque diuiduntur
in suos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos: pri-
mum in ea quae faciunt et quae ex his gignuntur: gignuntur

𝔄 = *Non enim locum qui munitiones.*

generis humani = BGR𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *humani gen.*

12. βιπσ = *ut prima eius esset species.* mR𝔄 = *ut prima eius species suum.* 𝔄 = *quid est enim?* G — *tam* ante *necessarium.*

secunda de actionibus, tertia de inpetu = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *secunda de impetu, tertia de actionibus.* quod probat ten Brink (Responsio ad Quaestionem — „Quaeritur commentatio de L. Ann. Seneca" etc. Gandavi 1827. p. 85 sq. n. 2.).

13. *quantum quidque* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *quanti quidque.* 𝔑 — 𝔅 = *actionemque convenius.* R𝔑 — 𝔐𝔞 = *tibi ipsi consentius.* 𝔄 = *assentias.*

B mGιρσυχ 𝔄 — *his* ante *tribus.* G(m∾) — *Quicquid — turbat et cetera.*

defuit = B. RGB (s.m.) 𝔄𝔑 — 𝔖 = *defuerit.* BG𝔄 = *inter aestimata.* οχ = *integre aestimata.* 𝔄 + *in impetu.* B = *in sua potestate.*

14. B(cr.∾) = *non eruere.*

𝔈2. — 𝔐𝔞 = *concipitur per inde* contra mstos etiam Gr. Sc. σ = *remissior.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *acriorve* contra mstos etiam Gr. Sc.

B = *acrior* om. *que.*

15. P2. = *Quorum locus in hos.* G(n.) P1. + *in hos primum sci-*

autem elementa. Ipse elementis locus, ut quidam putant, sim-
plex est. ut quidam, in materiam et causam omnia mouentem
et elementa diuiditur. Superest ut *rationalem partem philo-* 16
sophiae diuidam. Omnis oratio aut continua est aut inter re-
spondentem et interrogantem discissa. Hanc *διαλεκτικὴν*, illam
ῥητορικὴν placuit uocari. *Ῥητορικὴ* uerba curat et sensus et
ordinem. *Διαλεκτικὴ* in duas partes diuiditur, in uerba et signi-
ficationes, id est, in res quae dicuntur et uocabula quibus di-
cuntur. Ingens deinde sequitur utriusque diuisio. Itaque hoc
loco finem faciam

et summa sequar fastigia rerum:

alioqui, si uoluero facere partium partes, quaestionum liber fiet.
Haec, Lucili uirorum optime, quo minus legas non deterreo, 17
dummodo quicquid legeris ad mores statim referas. Illos con-
pesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia
doma, cupiditates tuas publicasque quantum potes uexa: et istis
dicentibus: *Quousque eadem?* responde: Ego debebam dicere:
Quousque eadem peccabitis? Remedia ante uultis quam uitia 18
desinere: ego uero eo magis dicam et, quia recusatis, perseue-
rabo. Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato
dolorem tactus expressit. Dicam etiam inuitis profutura. Ali-

licet gradus. P3. 4. Col. + *in hos primum gradus.*

ipse elementis locus = BGR αεζ ηικλξρστυφψ Gr. 𝔑 — 𝔈2. βγδστ Pinc. v. l. 𝔄𝔈 — 𝔖 = *ipse elementi locus.* χ = *ipse elementorum locus.* π + *ipse de elementis locus.* quod fortasse verum. R = *et elementa dividuntur.*

16. *dividam* = BG (p.m.). R𝔄 𝔑 — 𝔖 = *dividamus.* π = *opponentem et interrog.*

discissa = mss. (exc. B) etiam Gr. Sc 𝔄𝔏4. 𝔊ro 𝔖. B = *discisa.* 𝔑 — 𝔅 = *diffusa.* 𝔈1. — 𝔊 = *diffisa* (𝔈2. = *diffissa*). 𝔐 — 𝔐a (exc. 𝔏4. 𝔊ro.) = *divisa.*

Hanc διαλ., *illam* ῥητ. = BG (quamvis in hoc verba Graeca sint corrupta) ρρ Gr. (in his quoque scriptura est corrupta) Pinc. 𝔐 — 𝔖. R + *Hanc grece* διαλ. etc. In 𝔄 locus est vacuus. 𝔑𝔑 = *Analeticam* pro διαλ. 𝔗𝔅 = *Analecticam.* 𝔈1. = *Analyticam.* 𝔈2. — 𝔊 = ἀναλυτικήν. 𝔑 — 𝔊 = *Topicam* (τοπικὴν) pro ῥητ.

Ῥητορικὴ = BG (in hoc iterum scriptura est leviter corrupta) R ρρ (praeter π). π𝔑 — 𝔖 = *Haec.* Utrumque omittit 𝔄.

Διαλεκτικὴ. Eadem hic est librorum impr. varietas ac supra. 𝔄 — *deinde* post *ingens.* G (p.m.) P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔈2. = *Itaque in eo loco.* Alterum Pinc. primus proposuit. 𝔄 = *Inque hoc loco.* ρχ = *liber erit.*

17. Gγδζϑκλπσφ hinc novam epistolam incipiunt. P2. m𝔈2. = *marcentia vitae excita.* 𝔄 = *marcentia in re excita.*

debebam = BsGR pars ρρ P2. Col. (s.m.) P3. Sc 𝔄𝔖. Gγδϑκφ P1. P3. (p.m.) 4. 𝔑 — 𝔐a = *debeo.* Alii ρρ = *debeam.*

18. G(m∾) = *incipit remedia.* 𝔄 = *dolore tactus.* 𝔄 = *invitus profutura.* R = *in viciis profutura.*

quando aliqua ad uos non blanda uox ueniat, et quia uerum singuli audire non uultis, publice audite. Quousque fines possessionum propagabitis? ager uni domino qui populum cepit angustus est. Quousque arationes uestras porrigetis, ne prouinciarum quidem spatio contenti circumscribere praediorum modum?

19 Inlustrium fluminum per priuatum decursus est et amnes magni magnarumque gentium termini usque ad ostium a fonte uestri sunt. Hoc quoque parum est, nisi latifundiis uestris maria cinxistis. nisi trans Hadriam et Ionium Aegaeumque uester uillicus reguat. nisi insulae, ducum domicilia magnorum, inter uilissima rerum numerantur. Quam uultis late possidete. sit fundus quod aliquando imperium uocabatur. facite uestrum quicquid potestis, dum plus sit alieni. Nunc uobiscum loquor quorum aeque spatiose luxuria quam illorum auaritia diffunditur.

20 Uobis dico: Quousque nullus erit lacus cui non uillarum uestrarum fastigia inmineant, nullum flumen cuius non ripas aedificia uestra praetexant? Ubicumque scatebunt aquarum calentium uenae ibi noua diuersoria luxuriae excitabuntur. Ubicumque in aliquem sinum litus curuabitur uos protinus fundamenta facietis

𝔗 — 𝔐a = *blanda vox veniet* contra mstos.

arationes vestras = 𝔈2. — 𝔖. Antea edebatur *a rationibus vestris* = mss. (de P2. tacet Grut.), nisi quod partim iungunt priores voces *arationibus*, partim etiam addunt *fines vestros* = Pinc. v. l. P1. (de hoc diversa tradit Grut.) Col. R βιλοπσφ. Unde natus sit ille error, quem additamento emendare studuerunt quidam librarii, facile perspicitur et explicavit Grut. mπ = *terminum porrigetis.* G = *nec provinciarum q.*

spatio. ita emendat Ianus laud. Ep. 90, 39. *provinciarum spatium.* B(p.m.) = *statio.* B(s.m.) R ρρ Gr. ℜ — 𝔈2. = *statione.* G = *stationem.* 𝔄 = *constatione.* Pinc. ci. 𝔈 — 𝔖 = *satione.*

19. ρ = *per privata.* ℜ — 𝔐a — *est* post *decursus* contra mstos etiam Gr. Pinc. B(s∾) — *magni* post *amnes.* B (cr. ∾) P1. 3. 4. = *latifundis.* RGP2. Col. ℜ — 𝔅 = *latis fundis.* G = *circumcistis. nisi.* mGP1. 3. 4. = *circumcinxistis.* Col. = *circumstruxistis.*

Hadriam = B 𝔄𝔏4. 𝔊ro 𝔖. GR ρρ (exc. πρ) Gr. (exc. Col. v. l.) Pinc. = *Adriam.* ρ Col. = *Adriaticum.* π = *Adriacum.* mβ ℜ — 𝔐a (exc. 𝔏4. 𝔊ro) = *Adrianum* (*Hadr.*). B = *Aegeumque.* ζρ + *Aeg. mare.* B = *vilicus.*

regnat — numerantur = B𝔄. (respice ad *cinxistis*). GR Herbip. ℜ — 𝔖 = *regnet — numerentur.* ℜ — 𝔗 = *Quam multis late.* R sG 𝔄ℜ — 𝔈2. = *possidere.* Alterum primus proposuit Pinc.

ℜ — 𝔅 = *qui aliquando.* In B legitur *ndo* supra lineam. G(cr. ∾) P1. 3. 4. Col. 𝔅𝔈1. = *plus sit alienum.* Steph. (ad Dalech. Ep. 36.) ci. = *non plus sit alieni.*

20. P3. 4. = *aed. vestra praetaxantur.* P1. = *praetereant.* Grut. ci. = *ripis — praetexantur.* (cf. Gierig ad Plin. Pan. 52, 2.)

𝔐a = *deversoria.* quod etiam in B a pr. m. fuisse videtur.

e *litus curvabitur — sed ut melius* annectit ad Ep. 88. et priora huius Ep. (89.) omittit. *facietis* = mss. (exc. ρψ) etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔈1. ρψ 𝔈2. — 𝔖 = *iacietis.*

nec contenti solo, nisi quod manu feceritis, maria agetis intror-
sus. Omnibus licet locis tecta uestra resplendeant, aliubi inpo- 21
sita montibus in uastum terrarum marisque prospectum, aliubi
ex plano in altitudinem montium educta: cum multa aedificaue-
ritis, cum ingentia, tamen et singula corpora estis et paruula.
Quid prosunt multa cubicula? in uno iacetis. Non est uestrum
ubicumque non estis. Ad uos deinde transeo quorum profunda
et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras. alia ha-
mis, alia laqueis, alia retium uariis generibus cum magno labore
persequitur: nullis animalibus nisi ex fastidio pax est. Quan- 22
tulum ex istis epulis quae per tot conparatis manus fesso uo-
luptatibus ore libatis? quantulum ex ista fera periculose capta
dominus crudus ac nausians gustat? quantulum ex tot conchy-
liis tam longe aduectis per istum stomachum inexplebilem la-
bitur? Infelices ecquid intellegitis maiorem uos famem habere
quam uentrem. Haec aliis dic ut, dum dicis, audias ipse,
scribe ut, dum scribis, legas omnia ad mores et ad sedandam

GP2. 𝔑 — 𝔈2. = *non contenti.* P1. 3. = *ne contenti.* P3. = *solio nisi.* P4. = *solum nisi.*

maria = R mCol. P3. (s.m.) 𝔈2. — 𝔖. (Erm. hoc fecit ex *marinam* cuiusdam cod. scriptura.) B = *urme.* P3. (p.m.) = *arina.* GP1. plerique ρρ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *arma.* P2. = *marina.* P4. = *mare.* quod si comparo cum scriptura B, verum videtur. Erm. ci. = *arva.*

21. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *tecta vestra splendeant* contra mstos etiam Sc.

aliubi — aliubi = B. cf. Ep. 35, 4. Erl. = *alubi — alubi.* Herb. = *alyubi — alyubi.* G = *alicui* (lit.) — *aliiubi.* mG R𝔄 𝔑 — 𝔖 = *alicubi — alicubi* (hoc in R supra lineam conspicitur). Hanc scripturam esse vitiosam primus monuit Ianus. Attamen ferri posset eodem sensu, quo dicitur etiam *quidam — quidam.* αιορτχ = *Ad vos demum.* G(p.m.) = *Ad vos inde.*

G(p.m.) 𝔅 = *scrutantur.* G𝔄 𝔑 — 𝔅 = *labore prosequitur.*

22. G(m∾) — *Quantulum — libatis?*

Quantulum ex istis = Rγδζψ P1. 3. 4. probat Grut. BmG α𝔷κλφ 𝔄 + *Quantulum est ex istis.* P2. Col. + *Quantulum est quod ex istis.* βιχ tres Ottobon. = *Quantulum est quod ex his.* Pinc. + *Quantulum enim est quod ex istis.* 𝔑 — 𝔖 + *Quantulum enim ex istis.* ρ = *Quantum ex istis per tot manus comparatis.* γδζψ = *epulis quas.* 𝔑 — 𝔗 = *dominus crude.* B(cr.∾) = *crudus ac nausae angustat.* 𝔄 = *crudus et naus.* 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *nauseans.* G (p.m.) = *ex tot consiliis.* sG = *ex tot conciliis.*

Infelices ecquid intellegitis — ventrem? = 𝔏4. ex em. Gron. B = *Infelices esse quid intell.* ρ = *Infelices quid intell.* G = *Infelicem* [cr. ∾] *esse quod intell.* Rελ 𝔑 — 𝔅 = *Infelices etiam quod intell.* 𝔈1. — 𝔖 = *Infelices etiam quod non intell.* Rell. ρρ P1. 3. 4. Gron. = *Infelices esse quod intelligitis.* P2. = *Infelices vos quos intelligitis.* Col. = *Infelices estis quod non intelligitis.* B (s∾) = *Haec alias dic.*

dum scribis = mss. (exc. απ) etiam Gr. Gron. 𝔄𝔊ro — 𝔖. απ 𝔑 — 𝔏4. = *dum scripseris.*

B(pr.m.) G = *ad sedendam ra-*

rabiem adfectuum referens. Stude non ut plus aliquid scias, sed ut melius. Uale.

EPISTULA II. (90.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quis dubitare, mi Lucili, potest quin deorum inmortalium munus sit, quod uiuimus, philosophiae, quod bene uiuimus, itaque tanto plus huic nos debere quam dis, quanto maius beneficium est bona uita quam uita? Pro certo haberetur, nisi ipsam philosophiam di tribuissent cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus. Nam si hanc quoque bonum uolgare fecissent et prudentes nasceremur, sapientia quod in se optimum habet perdidisset, inter fortuita esset. Nunc enim hoc in illa pretiosum atque magnificum est, quod non obuenit, quod illam
2 sibi quisque debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes quod in philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset? Huius opus unum est de diuinis humanisque uerum inuenire: ab hac numquam recedit religio, iustitia, pietas et omnis alius comitatus uirtutum consertarum et inter se cohaerentium. Haec docuit colere diuina, humana diligere et penes deos imperium esse, inter

biem. G𝔖 = *Stude ut non plus aliquid.* 𝔅 — 𝔐 = *Stude non ut plus aliis scias.* R — *aliquid.* quod in P3. punctis est notatum. Steph. (Prood. I, 2.) ci. = *sed ut aliquid melius.* ℜ𝔑 + *Vale mi Lucili.* In η huius et sequentis ep. aliqua pars perdita est.

Lib. XIV. Ep. 2. (90.)

GP1. 𝔄 — *philosophiae — vivimus.* ℜ — ℭ2. + *philos. autem, quod.* deletum est iussu Pinc. βιλο P2. P3. (s.m.) Col. + *et pro certo.* χ = *et certe.*

haberetur = B sG ρτψ Pinc. v. l. Erl. ℭ𝔊. 𝔄 + *haberetur vl' crederetur.* P4. = *habetur.* GR Herb. P2. P3. (s.m.) Col. ℜ — ℭ2. 𝔐 — 𝔖 = *deberetur.* (Saepe a librariis haec sunt confusa.) Illud restituit Ianus. B = *cuius scientia ulli dederunt.* GP1. 3. duo antiquiora exx. Pinc. = *scientiam ulli.* B𝔄 = *fecisset.* Gαγδειλ πτφ P1. P3. (s.m.) ℜ — ℭ2. + *et sapientia.* deleri iussit Pinc. ζ + *etiam sap.* 𝔄 + *et perdidisset.*

αεχυ P3. 4. + *quia inter fortuita non* [hoc in P3. notatum] *esset.* GRγδζϑσφ P1. 𝔅 + *quia inter fortuitu nunc* [hoc in G notatum, in R deletum] *esset.* Rell. ρϱ Col. + *quia inter fortuita esset.* P2. + *quod inter fortuita esset.* 𝔄 + *quia inter fortuita iam esset.* ℜ — 𝔗ℭ1. + *quod inter fortuita non esset.* ℭ2. — 𝔏4. = *quod inter fortuita non est.* B + *inter fortuita non esset.* 𝔊ro — 𝔖 ∾ ex ci. Grut. ℑu = *Non enim hoc.* B = *adque magnificum.*

𝔄 — *sibi* ante *quisque.*

2. G(m∾) = *susciperes.* B sG = *verum inveniri.* de quo vide.

𝔄 = *numquam recidit.* ρ + *nunq. recedit nec recidit iust. relig., iust., pietas* = B maior pars ρϱ 𝔄. GRℜ — 𝔖 = *iust., piet., rel.* ρ = *Haec docet colere.*

P3. — *et* ante *penes deos.* ℜ — 𝔐a + *et inter homines* contra

homines consortium quod aliquamdiu inuiolatum mansit, antequam societatem auaritia distraxit et paupertatis causa etiam iis quos fecit locupletissimos fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum uolunt propria. Sed primi mortalium quique ex his geniti 3
naturam inconrupti sequebantur eamdem habebant et ducem et legem conmissi melioris arbitrio. Naturae est enim potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora praesunt aut uehementissima. Non praecedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares uicit. elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines pro maximo est optimum. Animo itaque rector eligebatur: ideoque 4
summa felicitas erat gentium in quibus non poterat potentior esse nisi melior. Tantum enim quantum uult potest qui se, nisi quod debet, non putat posse. *Illo* ergo *seculo quod aureum perhibent penes sapientes fuisse regnum* Posidonius iudicat. Hi continebant manus et infirmiores a ualidioribus tuebantur. suadebant dissuadebantque et utilia atque inutilia monstrabant. Ho-

mstos etiam Gr. B = *aliquandiu.* Re𝔑 — 𝔈1. = *aliquando.*

iis quos fecit = B (s.m.) ψ. B(p.m.) = *is quos fecit.* ρ = *eis, quos.* GR𝔛𝔑 — 𝔖 = *his quos fecit.* Rell. n. l. ψ = *distraheret avaritia et paupertatis causa fieret etiam iis quos locupl. fecit.* ρ = *at equidem societatem avaritia distraxit et paupertatis causas in eis etiam quos fecit locupl. finxit.* probat Sanctol.

Desierunt = λ 𝔐 — 𝔖. R = *Desinunt.* Ge ρρ (exc. λ) Gr. 𝔛𝔑 — 𝔅 = *Desiderant.* 𝔈1. — 𝔊 = *Desierant.* B = *Desiderium conderunt.* 𝔑 — 𝔗 + *scire possidere.*

3. 𝔐𝔑 = *ex his genti.* B = *eundem habebant.* G (s∞) 𝔅 = *et ducem et regem.* e𝔑 — 𝔗 + *commissi vitae melioris.* 𝔛 = *Natura est.* 𝔍u = *Multis quidem gregibus.* B = *praecadit armenta.* 𝔛 = *taurus scilicet qui.* B = *magnitudinem ac toris.* G(cr.∞) = *magnitudinem ac thoros.* γδζ = *magnitudine ac robore.* ρ = *magnitudine roboris.* 𝔛 = *magnitudine actionis.*

excelsissimus = BGRe plerique ρρ (Gr.)𝔑 — 𝔅1. Nonn. ρρ cod. Gron. Sc𝔛𝔐u — 𝔖 = *excellentissimus.* quod commendaverat Gron. Sed Sw. ipse dubitat de hac scriptura.

pro maximo est optimum = R P3. 𝔈. BG P1. 2. 4. Col. Sc𝔛 = *proximo est optimum* (Sc𝔛 = *optimus*). e𝔑 — 𝔗 = *proximos est optimum.* 𝔅 — 𝔐a = *pro summo est optimus.* ρ = *proborum optimus animorumque rector.*

4. mm𝔈1. 2. 𝔈 = *itaque rectoque.* ρ + *ideoque tunc summa.*

P3. (cr.∞) = *nisi melior.* B = *Toto enim quantum.* ρυ = *Totum enim quantum.* βιοπστχ𝔛 + *vult facere potest.*

non putat posse = mR λρ P3. m𝔈2. 𝔈 — 𝔖. Rell. mss. 𝔛𝔑 — 𝔈2. = *non putat esse.* (P1. — *non.*)

P1. 3. 4. Col. = *prohibent penes.* 𝔑 — 𝔏2. 𝔍u = *perhibetur.* G = *pene sapientes.* 𝔛 = *regna.* γδρ = *Posidon. indicat.*

B(p.m.) = *continuebant.* 𝔛 = *manum.* B (cr. ∞) = *infirmiorem.* G(m∞) — *atque inutilia.*

rum prudentia ne quid deesset suis prouidebat. fortitudo peri-
5 cula arcebat. beneficentia augebat ornabatque subiectos. Of-
ficium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset ad-
uersus eos experiebatur per quos coeperat posse: nec erat cui-
quam aut animus in iniuriam aut causa, cum bene imperanti be-
ne pareretur nihilque rex maius minari male parentibus posset,
quam ut abirent e regno. Sed postquam subrepentibus uitiis in
tyrannidem regna conuersa sunt, opus esse coepit legibus quas
et ipsas inter initia tulere sapientes. Solon qui Athenas aequo
iure fundauit inter septem acui sapientia notos. Lycurgum si
eadem aetas tulisset, sacro illi numero accessisset octauus.
6 Zaleuci leges Charondaeque laudantur. Hi non in foro nec in
consultorum atrio, sed in Pythagorae tacito illo sanctoque se-
cessu didicerunt iura quae florenti tunc Siciliae et per Italiam
Graeciae ponerent. Hactenus Posidonio adsentior: artes qui-

B (cr. ∾) = *suis qui providebant.* G = *beneficientia.* BG P1. 3. Col. 𝔑 — 𝔅 = *agebat ornabatque.*

5. R = *nihil rex maius.*

ut abirent = mss. etiam e Gr. Gron. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 ex m𝔈2. = *ut abiret.* quod Latinitas non fert. Gron. „placeret, inquit, magis *abire se regno.*“

conversa = mss. etiam e Sc 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *versa.*

𝔄 = *septem cui sap.* χ + *veteris aevi.* Col. (s.m.) + *aevi sui.*

sapientia notos = BGR ρρ (nonn. exc.) P2. Col. ScPinc. castigg. exempll. 𝔄𝔐 — 𝔊ro 𝔅1. probat Wyttenb. Ep. ad Bakium p. 264. sG e nonn. ρρ P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔈1. = *natos.* Pinc. ci. = *natus.* 𝔈2. — 𝔊𝔑u — 𝔖 = *notus* ex ing. Ermi. G = *Ligurgus.* G (m∾) P 1. 4. Col. — *tulisset.*

accessisset = BG ζ(rell. ρρ) P1. 3. Sc 𝔑 — 𝔅 𝔐 — 𝔐a. R P3. (s.m.) Col. 𝔄𝔖 = *arcessisset.* probat Grut. P2. = *accersisset.* 𝔈1. — 𝔊 = *accensuisset.*

octavus = ζ Col. 𝔐 — 𝔐a. BG (s.m.) P2. 𝔄 = *octavi.* quod iungunt cum sequentibus. G nonn. ρρ P1. 4. = *octavo* (facile poterat oriri ex *octav9*). R = *octario.* mP1. = *optato.* P3. (s.m. nam omiserat) = *atario.* e 𝔑 — 𝔈1. = *.Artavi*, tanquam esset nomen proprium. βοχ alii ρρ = *Octavii Gallici et Tallucii* (*Alucii*) *Chorondaeque* (*Choronidaeque*). BG = *Zalluci leges Chorondaeque.* R = *et Talluci leges Chorondaeque.* P1. = *et Alluci leges Corondaeque.* P2. = *Gallici Talluci leges Coronidaeque.* P3. = *et Alluci leges Caronidaeque.* P3. (s.m.) = *et T. Alluci leges Choronidaeque.* P4. = *et Alluci leges Choronidaeque.* Col. = *Alluci leges Choronidaeque.* 𝔄 = *talluti leges tyronnidaeque.* e 𝔑 — 𝔈1. = *et Alluci leges Chorondaeque.* Sanctol. ait neutrum nomen in ρρ recte scribi.

6. 𝔄 = *Pythagorie.* B + *e* [del.] *tacito illo.* 𝔄 — *illo* post *tacito.*

ρ = *et Italiae Gr.* ρσ = *Grueci ponerent.* χ = *et post Italiam Graeciae ponerentur.*

adsentior: artes = 𝔈1. — 𝔐a. et latet haec scriptura in BGe 𝔄𝔑 = *adsentio partes.* R ρρ Gr 𝔑 — 𝔅 𝔖 = *adsentio: artes.* quod prius reliquerunt et alterum tantum emen-

dem a philosophia inuentas quibus in cotidiano uita utitur non
concesserim nec illi fabricae adseram gloriam. *Illa*, inquit,
*sparsos et causiis tectos aut aliqua rupe subfossa aut exe-
sae arboris trunco docuit tecta moliri.* Ego uero philoso- 7
phiam iudico non magis excogitasse has machinationes tectorum
supra tecta surgentium et urbium urbes prementium quam uiua-
ria piscium in hoc clausa ut tempestatum periculum non adiret
gula et quamuis acerrime pelago saeuiente haberet luxuria por-
tus suos in quibus distinctos piscium greges saginaret. Quid
ais? Philosophia homines docuit habere clauem et seram? Et
quid aliud erat auaritiae signum dare? Philosophia haec cum
tanto habitantium periculo inminentia tecta suspendit? Parum 8
enim erat fortuitis tegi et sine arte et sine difficultate naturale
inuenire sibi aliquod receptaculum. Mihi crede, felix illud se-
culum ante architectos fuit. Ista nata sunt iam nascente luxu-

darunt. G (p.m.) = *quos a philos.* G(s.m.) 𝔄 = *siquidem a ph. in cotidiuno vita utitur* = B. GR𝔑 — 𝔖 + *in quotidiano usu vita utitur.* Plerique ρϸ 𝔄 = *in quotidianu vita utitur* (𝔄 = *vicitur.* in msto fortasse fuit *nititur*).

nec illi fabricae adseram = BGRe ρϸ Gr. Sc𝔄𝔈1. 2. 𝔏4. 𝔖. Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔐a (exc. 𝔏4.) = *nec illam fabricae asseram* [𝔏2. 𝔍u 𝔊ro 𝔅1. = *assertam*] *gloriam.* 𝔑 — 𝔅 = *nec illi fabricue afferam gl.*

sparsos et causiis tectos = 𝔖 ex ci. cf. Veget. R. M. IV, 15. Re mP3. 𝔑 — 𝔗 = *sparsos e causis lectos.* BP1. Col. Sc 𝔄 = *sp. e caucasis lectos.* GP3. (p.m.) *sp. e causu sis lectos.* P2. = *sp. et causalis lectos.* P4. = *spasmosos e causa sed lectos.* mR P3. (s.m.) = *sp. e caucasios lectos* (P 3. = *lestos*). o = *sparsos homines congrega et causulis tectos.* 𝔅𝔈1. = *sparsos e casis lectos.* 𝔈2. — 𝔏4. = *sp. et casulis tectos.* 𝔊ro = *sp. et aut cavis tectos* ex ci. Lips. 𝔅1. = *sp. et aut casulis tectos.* 𝔑u 𝔐a = *sp. et e Caucasiis lectos* nullo sensu. G(s∾) P1. = *offuit tecta moliri.* P3. = *offuit tecta molis.* P4. + *offuit alias docuit tecta moliri.* unde Grut. ci. = *ostendit tecta moliri.* 𝔄 — *tecta.* e𝔑 — 𝔗 = *potuit tecto molliri.* 𝔅 = *docuit tecta molliri.*

7. *urbium urbes prementium* = BGR ρϸ Gr. Gron. 𝔄𝔑u — 𝔖. 𝔑 — 𝔊 = *urbes urbium prem.* 𝔐 — 𝔅1. — *urbium.* Gron. ci. = *turrium urbes prem.*

clausa = BGR 𝔄𝔑 — 𝔐a. 𝔖 = *clusa.*

tempestatum periculum = B𝔄. GR 𝔑 — 𝔖 = *temp. pericula.*

GR (cr. ∾) 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *Quid agis? Philos.* B(s∾) = *glacem et seram.* G (s∾) = *clavim.*

Be 𝔄𝔑 — 𝔗 = *quicquid aliud erat.* GR ρϸ (exc. π) Gr. (exc. P3.) 𝔅 — 𝔊 = *et quicquid aliud erat.* π = *Quid aliud erat quam avaritiae.* P3. = *et quicquid erat avaritiae.* G = *Philosophia hoc.* 𝔄 — *haec.*

8. *et sine difficultate* = BG ρϸ (nonn. — *et*) 𝔄𝔑 — 𝔈2. R𝔈 — 𝔖 — *sine.* R = *istud seculum.*

ante architectos = e𝔑 — 𝔅. B = *ante* APKIAHKTOC. sBG Gr. = αρχιτεχτος. ρϸ (exc. λ) = *ante* αρχιτετος vel *architectores.* R (al.m.) λ Pinc. 𝔖 = *ante* ἀρχιτέκτονας. 𝔈1. = *ante architectores.* 𝔈2. = *ante architectones.* 𝔈 — 𝔐a = *architectonas.* 𝔄 huius vocis se-

ria, in quadratum tigna decidere et serra per designata currente certa manu trabem scindere.

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Non enim tecta coenationi epulum recepturae parabantur. nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo uehiculorum ordine uicis intrementibus ut ex illa lacunaria auro grauia pende-
9 rent. Furcae utrimque suspensae fulciebant casam: spissatis ramalibus ac fronde congesta et in procliue disposita decursus imbribus quamuis magnis erat. Sub his tectis habitauere, sed securi. Culmus liberos texit: sub marmore atque auro seruitus habitat. In illo quoque dissentio a Posidonio, quod *ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus uiris* indicat. Isto enim modo dicat licet *sapientes* fuisse per quos

Tunc laqueis captare feras et fallere uisco
Inuentum et magnos canibus circumdare saltus.

10 Omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia inuenit. In hoc quoque dissentio *sapientes fuisse qui ferri metalla et aeris inuenerint, cum incendio siluarum adusta tellus in summo uenas iacentes liquefacta fudisset.* Ipsa tales inueniunt quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis mihi quaestio uidetur

dem habet vacuam. B + *fuit ante tectores.* G + *fuit ante architectores.* R (del.) + *fuit aut architectores.* 𝔄 + *fuit architectoris.* e𝔑 — 𝔗 + *fuit ante Archetectores.* P3. 4. = *in quadratum ligna.*

serra per designata = B plerique ρρ duo Pall. Col. Pinc. v. l. 𝔄 𝔑u — 𝔖. P4. = *serva per des.* G R(s∾) 𝔑 — 𝔅1. = *ferro per des.*

B (cr.∾) = *Nam primum cuneis.* 𝔑 — 𝔗 = *scissile lignum.*

coenationi = Bτυφ ex. Fac. et Prim. P4. 𝔏 — 𝔖. G (cr.∾) P1. 3. = *coenationia.* R rell. ρρ pars, P3. 𝔑 — 𝔗 = *coenatoria.* Alii ρρ P2. Col. = *coenationem epulumque receptura* (P2. = *receptatura*). Alii ρρ = *coenationis epula receptura.* 𝔅 — 𝔐 = *coenationum epulas recepturu.* G P3. 𝔑 — 𝔗 = *epula receptura.* Lips. pro epulum ci. = *populum.* BG = *ordine vicit.* ζο = *ex illis.* αχυ = *ex illo.* B(cr.∾) = *lucunaria.*

9. Lips. ci. = *suspensam.* B(cr.∾) = *fulgebant casam.* ο = *fronde contexta.* Ex. Fac. et Prim. m𝔊 = *deposita.*

sed securi = mss. (praeter ειπ) etiam Gr. (exc. P2.) 𝔑 — 𝔊. ειπ P2. 𝔐 — 𝔖 — *sed.* 𝔄 = *habitavere secure.*

sapientes fuisse = mss. etiam Gr. (exc. P1.) 𝔄𝔑 — 𝔊. P 1. 𝔐 — 𝔖 — *fuisse.*

10. Bochart Hieroz. T. II. l. VI. c. 16. p. 881. 40. ci. = *auri metalla.*

et aeris invenerint = BR Sc 𝔄 𝔖. G𝔑 — 𝔐a = *et aeris invenerunt.*

liquefactu = BGR ex. Fac. et Prim. Gr. (exc. P3.) 𝔄𝔈2. — 𝔐a. P3. 𝔑 — 𝔈1. 𝔖 = *liquefactas.* R (cr.∾) P3. = *fuisset.*

Ipsa tales = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔖 = *Ista tales.*

𝔑 — 𝔗 = *Nunc illu tandem tam subtilis.*

quam Posidonio: *Utrum malleus in usu esse prius an forfi-
ces coeperint.* Utraque inuenit aliquis excitati ingenii, acuti,
non magni nec elati: et quicquid aliud corpore incuruato et ani-
mo humum spectante quaerendum est. Sapiens facilis uictu fuit. 11
Quidni? cum hoc quoque seculo esse quam expeditissimus cu-
piat. Quomodo, oro te, conuenit ut et Diogenem mireris et
Daedalum? Uter ex his sapiens tibi uidetur? qui serram com-
mentus est? an ille qui, cum uidisset puerum caua manu biben-
tem aquam, fregit protinus exemptum e perula calicem hac obiur-
gatione sui: *Quamdiu homo stultus superuacuas sarcinas
habui?* qui se conplicuit in dolio et in eo cubitauit? Hodie 12
utrum tandem sapientiorem putas, qui inuenit quemadmodum in
inmensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui
Euripos subito aquarum inpetu inplet aut siccat et uersatilia coe-
nationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque
alia succedat et totiens tecta quotiens fercula mutentur? an eum
qui et aliis et sibi hoc monstrat quam nihil nobis natura durum
ac difficile imperauerit? posse nos habitare sine marmorario ac 13
fabro. posse nos uestitos esse sine commercio Sericorum. posse
nos habere usibus nostris necessaria, si contenti fuerimus iis quae

BGℜ — 𝔚 = *in usu esset.*
forfices = B (p.m.). B(s.m.) GR 𝔄ℜ — 𝔖 = *forcipes.*
excitati = BG fere omnes ρρ P1. 4. Col. a quibus nolui discedere etiam propter locum Cic. N. D. II, 56, 140. in quo ipso componuntur *acutus* et *excitatus.* RP2. ℜ — 𝔖 = *aliquis* [P2. = *aliquid*] *exercitati.* P3. = *inexercitati.* 𝔄 = *excogitati.* ℜ = *corpore incarnato.*
animo = mG P2. Col. mP3. 𝔄𝔈1. 2. 𝔏 — 𝔖. B = *antimo.* GR P1. 3. 4. ℜ — 𝔗 = *intimo.* Quidam Pinc. 𝔈 — 𝔐 — *animo.* Grut. ci. = *acie humum sp.* P3. + *in humum.* P4. = *expectante.* G — *quaerendum.* α = *facilis motu.*
11. 𝔄 — *quoque.* G = *seculo quoque.* G (lit.) ρρ (exc. ζψ) = *quisquam expeditissimus.*
ut et Diogenem = BGSc 𝔄ℜℜ 𝔖. 𝔗 = *et ut Diog.* R𝔅 — 𝔐a — *et.* B scribit *Diogenen.* 𝔐 = *mireris et Talum* laudato Diod. Sic. IV, 76. atque idem in vetere libro se invenisse dicit Mur.

sarcinas = BR P2. ℜ — 𝔐. GP 1. 3. 4. 𝔏 — 𝔖 = *sarcinulas.* Col. = *sarciunculas.* 𝔄 = *et dolio incubitabit.* B(p.m.) = *doleo.*
12. sR P 3. (s.m.) ℜu 𝔐a = *Hoc dic utrum.* 𝔄 = *altitudine.* G nonn. ρρ P1. 𝔄 = *circum latentibus.* R = *orto lat.* P2. Col. = *orto cum latent.* ℜ = *ortum lat.* ℜ𝔗 = *hortum lat.* m𝔈 = *orcum lat.*
et versatilia = BG𝔄𝔖. ℜ — 𝔅 = *aut versat.* R𝔈1. — 𝔐a — *et.* B(p.m.) = *fericula mutentur.* 𝔄 = *immutentur.* R plerique ρρ 𝔄 = *imperavit.*
13. *marmorario ac fabro* = mss. etiam Gr. vet. cod. Dalech. 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔖. ℜu = *et fabro.* quod male dicit fuisse in Grut. libris. 𝔈 2. — 𝔅 1. — *ac.*
Sericorum. hoc restituo ex *servorum* = mss. etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *Serum.*
iis quae = B. GR𝔄ℜ — 𝔖 = *his quae.* Rell. n. l.

terra posuit in summo? Quem si audire humanum genus noluerit, tam superuacuum sciet sibi coquum esse quam militem. Illi sapientes fuerunt aut certe sapientibus similes quibus expe-
14 dita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria: in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequere naturam: illa noluit esse districtos. ad quaecumque nos cogebat instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore satis abundeque defendere queunt? non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? non auium plumae in usum uestis conseruntur? non hodieque magna Scytharum pars tergis uulpium induitur ac
15 murium quae tactu mollia et inpenetrabilia uentis sunt? Opus est tamen calorem solis aestiui umbra crassiore propellere. Quid ergo? non uetustas multa abdidit loca quae uel iniuria temporis uel alio quolibet casu excauata in specum recesserunt? Quid ergo? non quamlibet uirgeam cratem texuerunt manu et uili obliuerunt luto, deinde stipula aliisque siluestribus operuere fastigium et pluuiis per deuexa labentibus hiemem transiere securi?

Quem si audire = BGR plerique ρρ P2. 3. Col. 𝔅𝔏 — 𝔖. ψP1. 𝔈 1. 2. 𝔐 = *Quae si audire.* υ Pinc. v. l. 𝔈𝔊 = *Quam si audire.* quod probat Pinc. 𝔑 — 𝔗 = *Quoniam si audire.*

14. *in delicias* = BGβιϰυχ P2. 4. Pinc. v. l. 𝔄𝔐 — 𝔖. R rell. ρρ P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔊 = *in deliciis.* 𝔑 — 𝔗 = *laborunt.* 𝔑 — 𝔈 2. + *Etiam non desiderabis.*

si sequere = B(p.m.) αεουψ 𝔅 — 𝔅 1. RsB rell. ρρ pars 𝔑 — 𝔗𝔑u 𝔐a = *sequare.* G(s.m.) alii ρρ Dalech. vet. cod. = *sequaris.* Alii ρρ 𝔄𝔖 = *sequeris.* B = *intolerabilest.*

Quid ergo? non pelles = BG (s.m.) plerique ρρ P2. Col. Sc 𝔄𝔖. G (p. m.) R γδεζιϰλφψ P 1. 3. 4. + *Numquid ergo? non pelles.* 𝔑 — 𝔈1. = *Quid ergo? numquid pelles.* 𝔈2. — 𝔐a + *Quid ergo? numquid non pelles.* B = *aliarum animalium.* RG = *queant.*

Nonn. ρρ = *nonne corticibus — nonne avium.* 𝔑 — 𝔈1. = *num corticibus — num avium — num hodieque.* 𝔑 — 𝔗 = *terga vulpium.* B = *murum.* γδεζοφψ = *hodie quoque.* 𝔄 — *tactu.* G = *tacta.* R — *ventis.* mR β𝔗σχ = *vermibus sunt?*

15. 𝔑 — 𝔈1. = *num vetustas multa* et mox *num quamlibet.* 𝔄 = *addidit.* Lips. ci. = *abedit loca.*

non quamlibet virgeam = ψ𝔑 — 𝔖. B = *non quaelibet v.* Gζ = *non qualibet v.* R rell. ρρ 𝔄 = *non quilibet v.*

obliverunt = B (p.m.) R𝔈 1. — 𝔊. υ 𝔐 — 𝔐a = *obleverunt.* B (s.m.) G rell. ρρ P1. 4. Sc 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 = *oblinierunt.* P2. Col. = *oblituerunt.* P3. = *obliniverunt.*

stipula = R mG ζP1. 3. (uterque s.m.) 𝔑 — 𝔖. P1. 3. 4. = *spicula.* BG 𝔄𝔑 = *de spicula.* Etiam ρρ (exc. ζ) addunt praepos.: utrum vero habeant, *stipula* an *spicula*, non proditur. B = *et duviis per devexa.* 𝔄 = *et dumis per devexa.* sR (al. m.) P2. P3. (s.m.) cod. Gron. = *et eluviis.* (vid. Gron. ad N. Q. III, 3.) et potest hoc defendi scripturis B𝔄. Col. = *et cluniis.* ιο = *et culmis per diversa.*

BGRP1. (cr. ∾) 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔈 1. = *latentibus.* mG sR ιο 𝔄 = *iacentibus.* mm𝔈 2. 𝔈 = *hiemem transegere.* 𝔑 = *transire.*

Quid ergo? non in defosso latent Syrticae gentes quibusque 16
propter nimios solis ardores nullum tegumentum satis repellen-
dis caloribus solidum est nisi ipsa arens humus? Non fuit tam
inimica natura, ut, cum omnibus aliis animalibus facilem actum
uitae daret, homo solus non posset sine tot artibus uiuere.
Nihil horum ab illa nobis imperatum est, nihil aegre quaeren-
dum, ut possit uita produci. Ad parata nati sumus: nos omnia
nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Tecta tegumentaque 17
et fomenta corporum et cibi et quae nunc ingens negotium facta
sunt obuia erant et gratuita et opera leui parabilia: modus enim
omnium, prout [postulabat] necessitas, erat. nos ista pretiosa,
nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus.
Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciuit quae
cotidie se ipsa incitat et tot seculis crescit et ingenio adiuuat ui-
tia. Primo superuacua coepit concupiscere, inde contraria, 18
nouissime animum corpori addixit et illius deseruire libidini ius-
sit. Omnes istae artes quibus aut circitatur ciuitas aut strepit
corporis negotium gerunt cui omnia olim tamquam seruo prae-
stabantur, nunc tamquam domino parantur. Itaque hinc texto-
rum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium,
hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus et infra-
ctos. Recessit enim ille naturalis modus desideria ope neces- 19
saria finiens: iam rusticitatis et miseriae est uelle quantum sat
est. Incredibile est, mi Lucili, quam facile etiam magnos

16. 𝔑—𝔅 = *inde fesso latent* (𝔑—𝔈1. = *iacent*).

quibusque = BGR fere omnes ϱϼ. 𝔄𝔑—𝔖 = *quibus* om. *que*.

χ = *Num fuit tam inim.* π = *An fuit tam inim.* 𝔄 = *tam minuta.* Gron. ci. = *tam iniqua.*

B𝔄 = *facile actum.* Pinc. ci. = *facilem ac tutam vitam.* R + *quaerendum est.* o = *omnia nobis studia difficilia fecimus.* 𝔑—𝔗 = *difficilia: facilia fastidio fecimus.* 𝔅𝔈1. = *difficilia studio fecimus.*

17. 𝔄 — *sunt* post *facta.*

prout necessitas, erat = B𝔄. GR𝔑—𝔖 + *prout postulabat necessitas, erat.* ρ𝔈1. m𝔍u = *nos ista perniciosa.* mm𝔈2. 𝔈 = *nos ista speciosa.*

nos mira = G(s.m.) P3. 4. Pinc. v. l. 𝔈2.—𝔖. BG(p.m.) Rαβγδεϛ ιλτυψ P1. 2. Col. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *nos ista misera.* Steph. (ad Dalech. Ep. 9.) ci. = *Sufficiebat ad id.*

se ipsa = BG𝔄𝔖. R𝔑 — 𝔐a = *se ipsam.*

18. G𝔑𝔑 = *adduxit.* 𝔗𝔅 = *abduxit.*

circitatur = B Sa (iam enim hoc libro utitur Sw.) P1. 2. 4. 𝔑—𝔗𝔖. RP3. (p.m.) Sc 𝔄𝔅—𝔐a = *excitatur.* ϱϼ n. l. B = *molles corpori motus.* G𝔑—𝔈1. = *corporum.*

G(m∾) — *hinc textorum.* P1. 3. 4. = *hinc tectorum.* Quidam Pinc. = *huic textorum.* quod non minus commodum putat Pinc.

19. B(s∾) = *quantum fas est.* G = *satis est.* G(m∾) R — *mi* ante *Lucili.*

uiros dulcedo orationis abducat a uero. Ecce Posidonius (ut
mea fert opinio, ex his qui plurimum philosophiae contulerunt)
dum uult describere primum quemadmodum alia torqueantur fila,
20 alia ex molli solutoque ducantur, deinde quemadmodum tela
suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum
subtemen insertum quod duritiam utrimque conprimentis tramae
remolliat spatha coire cogatur et iungi: textrini quoque artem
a sapientibus dixit inuentam oblitus postea repertum hoc subti-
lius genus in quo

Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo,
Inseritur medium radiis subtemen acutis
Quod lato pauiunt insecti pectine dentes.

21 Quid si contigisset illi addere has nostri temporis telas quibus
uestis nihil celatura conficitur in qua non dico nullum corpori
auxilium, sed nullum pudori est? Transit deinde ad agricolas
nec minus facunde describit proscissum aratro solum et iteratum,
quo solutior terra facilius pateat radicibus. tunc sparsa semina
et collectas manu herbas, ne quid fortuitum et agreste subcrescat
quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium,
tamquam non nunc quoque plurima cultores agrorum noua inue-

B — *a* ante *vero.*

opinio, ex his = B Sa c ρρ (exc. σ) 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. G = *opinio, ex eis.* σ𝔈1. 𝔐𝔞 = *opinio, unus ex iis.* R = *unus ex hiis.* G(s∾) P1. 3. — *primum* post *describere.* non necessarium habet Grut.

20. B pro *deinde* olim habuit *de:* sed reliqua sunt suppleta. o = *textum stamen.* P1. 3. 4. = *rectum stramen.* G(p.m.) P1. Col. 𝔄 = *extendant.* probant Scaliger et Grut. et *tela* plurali numero positum significare putant *instrumenta textoria.* GR ρρ 𝔑 — 𝔊 = *subtegmen* vel *sub tegmen.*

spatha. γδζ = *sparsa.* πmχ𝔈1. — 𝔊 = *separata.* 𝔑 = *sparta.* GR𝔄 = *spata* sine *h.* χ = *cogat.* 𝔑 — 𝔅1. = *cogantur.*

textrini = BGR ρρ Gr. Pinc. 𝔄𝔑𝔲 — 𝔖. 𝔑 — 𝔅1. = *textricum.* R = *hac subtilius genus.* GR ρρ 𝔑 = *subtegmen.*

paviunt = ci. Grut. 𝔖. BGR longe plurimi ρρ Gr. Pinc. codd. Lips. 𝔄𝔑 — 𝔈2. = *pariunt.* εζσψ ci. Pinc. Ovid. (M. VI, 58.) 𝔈 — 𝔐𝔞 = *feriunt.* ζψ versus Ovidii etiam integros exhibent. Lips. defendit *feriunt*, ex quo primum ortum esse putat *fariunt*, deinde *pariunt.* At Seneca cum locum Ovid. circumcideret et immutaret, facile pro *feriunt* potuit substituere *paviunt*, verbum librariis ignotum. 𝔑𝔲 — 𝔖 = *dentis.*

21. *addere* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *videre.* BGR + *in quibus vestis.* 𝔑 — 𝔈1. — *nihil* ante *celatura.*

iteratum = ci. Pinc. 𝔈 — 𝔖. (cf. Colum. II, 4, 8. al. Salmas. ad Solin. p. 512. sq.) Mss. omnes 𝔄𝔑 — 𝔈2. = *inter aratrum.* m𝔈2. = „forte *iterum*, quoniam eadem terra transversim proscinditur.“ G(m∾) = *parcat radicibus.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *tum sparsa semina* contra mstos. GR = *sapientum.*

niant per quae fertilitas augeatur. Deinde non est contentus 22
his artibus, sed in pistrinum sapientem submittit. Narrat enim
quemadmodum rerum naturam imitatus panem coeperit facere:
Receptas, inquit, *in os fruges concurrens inter se duritia
dentium frangit et quicquid excidit ad eosdem dentes lingua
refertur: tunc uero miscetur, ut facilius per fauces lubri-
cas transeat. cum peruenit in uentrem, aqualiculi feruore
concoquitur: tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis 23
secutus exemplar lapidem asperum aspero inposuit ad si-
militudinem dentium quorum pars inmobilis motum alterius
exspectat. deinde utriusque adtritu grana franguntur et
saepius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita
redigantur. Tunc farinam aqua sparsit et adsidua tracta-
tione perdomuit finxitque panem quem primo cinis calidus
et feruens testa percoxit: deinde furni paulatim reperti
et alia genera quorum feruor seruiret arbitrio.* Non mul- 24
tum afuit quin sutrinum quoque inuentum a sapientibus diceret.
Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est.
Hominis enim, non sapientis inuenta sunt tam mehercules,
quam nauigia quibus amnes quibusque maria transimus aptatis
ad excipiendum uentorum inpetum uelis et additis a tergo guber-
naculis quae huc atque illuc cursum nauigii torqueant: exem-
plum a piscibus tractum est qui cauda reguntur et leui eius in
utrumque momento uelocitatem suam flectunt. *Omnia*, inquit, 25
haec sapiens quidem inuenit: sed minora, quam ut ipse

G = *sterilitas augeatur.*
22. R = *et in pistrinum.* 𝔈1. — 𝔑u = *coepit facere* contra mstos. 𝔍u = *lingua refert.*
σ𝔈1. — 𝔐a + *salivae miscetur.* πφχ + *saliva miscetur.* BG RSa c rell. ρρ 𝔛𝔑 — 𝔅 ∾. 𝔛 = *pervenerit*
aqualiculi = RB(s.m.) mG λσχ 𝔛𝔅 — 𝔖. ι = *a quo leni ferv.* P2. = *aquae levi ferv.* γ = *aliquali ferv.* ο = *a qualiquali ferv.* B = *aequali eius ferv.* quod propter codicis huius praestantiam olim eram recepturus. Rell. ρρ GP1. 3. 4. 𝔑 — 𝔗 = *aequali culinae ferv.*
23. 𝔛 = *motum alterans exspectat.* β𝔇ισσυ = *inspectat.*
Pinc. ci. 𝔐 = *et saepius reteruntur.* Nonn. ρρ = *donec ad minima.* 𝔑 — 𝔈1. = *in aquam sparsit.* 𝔛 = *spargit.*
G(m∾) = *et fluens texta percossit.*
24. *afuit* = B Sa 𝔖. G𝔅 = *affuit.* 𝔛 = *aufuit.* 𝔑 — 𝔗 = *affuerit.* R𝔈1. — 𝔐a = *abfuit.* R = *mehercule.* 𝔛 = *hercule.* 𝔖 = *transivimus* ratione scripturae non reddita. 𝔑 — 𝔅1. + *et exemplum* contra mstos.
σ + *in utrumque latus.* επ = *in utrumque motu.*
25. Servavi verborum ordinem, quem exhibent mss. 𝔛𝔖: vulgatus est ex 𝔑. Ex. Fac. et Prim. = *Omnia haec, inquit, sapiens qui-*

tractaret, sordidioribus ministris dedit. Immo non aliis excogitata ista sunt quam quibus hodieque curantur. Quaedam nostra demum prodisse memoria scimus: ut speculariorum usum perlucente testa clarum transmittentium lumen, ut suspensuras balneorum et inpressos parietibus tubos per quos circumfun-
26 deretur calor qui ima simul ac summa foueret aequaliter. Quid loquar marmora quibus templa, quibus domus fulgent? Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas quibus porticus et capacia populorum tecta suscipimus? quid uerborum notas quibus quamuis citata excipitur oratio et celeritatem linguae manus sequitur? Uilissimorum mancipiorum ista commenta sunt: sapientia altius sedet nec manus edocet: animorum magistra est.
27 Uis scire quid illa eruerit, quid effecerit? Non dedecoros corporis motus nec uarios per tubam ac tibiam cantus quibus exceptus spiritus aut in exitu aut in transitu formatur in uocem. non arma nec muros nec bella: utilia molitur, paci fauet et genus humanum ad concordiam uocat. Non est, inquam, instrumentorum ad usus necessarios opifex. Quid illi tam paruula adsignas? Artificem uides uitae. Alias quidem artes sub dominio habet: nam cui uita illi uitae quoque ornantia seruiunt. ceterum
28 ad beatum statum tendit. illo ducit, illo uias aperit. Quae sint mala, quae uideantur ostendit. uanitatem exuit mentibus,

dem invenit. R(r.m.) 𝔈2. — 𝔊 + *quam a quibus.* 𝔐 — 𝔖 + *ab aliis — quam a quibus.* utrumque contra mstos etiam Ss. et edd. vett.

B (n.) + *excogitata iis.* G — *ista.* B (cr.∾) = *Quaedam nostr a e.* 𝔑u — 𝔖 = *prod ii sse* contra mstos et edd. vett. 𝔄 = *suspens a s* et mox = *impres s i s parietibus c u bos*, quae vox etiam in εζϑιπσ apparet.

simul a c = BG𝔖. R𝔄𝔑 — 𝔐a = *simul e t.*

26. P3. = *fulge r ent.* G(m∾) — *tecta suscipimus.* B (cr.∾) = *susc e pimus.* οσ = *tecta sus p i c imus* solito errore. χ = *tecta sus p e n dimus.* In ζ videbatur legi *tecta s u b s t i p a m u s.*

27. *Non d e decoros* = BG P1. 4. Sac 𝔄𝔖 (in G P1. *Non* primitus fuerat omissum). RCol. P2. 𝔑 — 𝔅 = *Non dedecor e s* (in R *Non* legitur supra lineam). P3. 𝔈1. — 𝔊 = *Non d e c o r o s.* 𝔐 — 𝔐a = *Non i n decoros.* ρρ n. l. B(cr.∾) = *can t i s a l i q u i quibus.* σχ = *c i v i l i a molitur.* οω = *i n u tilia molitur.* G(cr. ∾) 𝔑 — 𝔗 = *adv e r sus necessarios.*

nam cui vita illi vitae quoque o r n a n t i a = BG(p.m.) P1. R = ∾ *illi vit a m quoque ornantia.* P3. 4. 𝔈2. — 𝔖 = ∾ *illi vitae quoque o r n a m e n t a.* ιλοσφχ = *Nam cui [q u i a] o r n a m e n t u m est vit a e illi vitae quoque ornam e n t a.* ρ = *Nam cui s e r v i t a* (rell. n. l.). P2. Col. = *Numq u e o r n a m e n t u m est vit a e illi vitae quoque ornam e n t a.* 𝔄 = *Num cui p l a c e t vita ill a vitae quoque orna m e n t a.* 𝔑 — 𝔈1. = *Nam cu m vita illi, vitae quoque ornam e n t a.*

28. R = *Quae s u n t mala.*

dat magnitudinem solidam. inflatam uero et ex inani speciosam reprimit nec ignorari sinit inter magna quid intersit et tumida: totius naturae notitiam ac suae tradit. Quid sint di qualesque declarat. quid inferi, quid lares et genii. quid in secundam numinum formam animae perpetitae. ubi consistant, quid agant, quid possint, quid uelint. Haec eius initiamenta sunt per quae 29
non municipale sacrum, sed ingens deorum omnium templum, mundus ipse, reseratur cuius uera simulacra uerasque facies cernendas mentibus protulit: nam ad spectacula tam magna hebes uisus est. Ad initia deinde rerum redit aeternamque rationem toti inditam et uim omnium seminum singula proprie figurantem. Tum de animo coepit inquirere, unde esset, ubi, quamdiu, in quot membra diuisus. Deinde a corporibus se ad incor- 30
poralia transtulit ueritatemque et argumenta eius excussit: post haec quemadmodum discernerentur uitae aut uocis ambigua: in

𝔑 = *inflatam vero et esivam spec.* 𝔑 = *et hesivam spec.* 𝔗 = *et haesivam spec.* G(s∾)R nonn. ρρ P1. 3. m𝔈2. = *spaciosam.*
𝔑 — 𝔅 = *sinet.* 𝔄 = *timida* et mox = *ac suam.* 𝔛 + *et quid inferi.* BG = *qui inferi.* Fortasse scribendum *et qui inferi,* ut suppleatur *deorum* ad *qui.* 𝔛 — *et* ante *genii.*
in secundam numinum formam = 𝔈2. — 𝔖 ex ci Ermi. BG plerique ρρ Gr. codd. Ermi Sa c 𝔛𝔑 — 𝔈1. = *in secundam nominum formam.* (etiam Ep. 115, 4. B Sa pro *numinis* exhibent *nominis.* cf. Drkb. ad Liv. VII, 30, 20.) Erm. putavit molliorem fore sermonem, si legeretur *secundum numinum formam.* λσσ = *quid in secundam hominum formam.* quemadmodum legi posse idem Erm. scripsit. (De *hominum* et *nominum* confusione cf. Drkb. ad Liv. XXIV, 18, 8.) R (lit.) P3. (s.m.) = *quid inseram hominum formam.* εζκρ = *quid in secula numinum forma.* χ = *quid in secunda numinum forma.* Sanctol. ci. = *Quid infera numinum* vel *hominum forma:* nam in multis ρρ esse *inseram* (pro *in secundam*), quod fieri facile potuerit ex *infera.* Dion. Gothofr. ci. = *Quid in secundam a numinibus formam animae provectae ubi consistant.*
perpetitae = B Sa 𝔖. Sw. explicat: „*perpetuatae*, immortalitate donatae et *in secundam numinum formam* (i. e. ordinem) translatae." cf. *perpes, perpetim.* GR𝔛𝔑 — 𝔐𝔞 = *perpetuae.*
29. 𝔑 — 𝔅 = *Hic eius init.* R(s∾) = *municipale sacramentum.*
mundus ipse = BGR ρρ (exc. x) 𝔛𝔑 — 𝔈1. 𝔖. x𝔈2. — 𝔐𝔞 = *mundus iste.* 𝔛 = *cernendis mentibus.* π = *cernentibus mentibus.* 𝔑 — 𝔐𝔞 = *et aeternam* contra mstos et 𝔛. G(m∾) — *rationem.* R(r.m.) ιλσπσφχ P2. 4. Col. + *toti mundo.* P2. = *inclitam.* ε = *toti reconditam.* π + *figurantem ostendit.* G(m∾) = *Tamen de animo.* 𝔑𝔑 = *Tunc de animo.* G(m∾) P1. = *in tot membra.* 𝔑 — 𝔊 = *membris.* P4. = *in quod membra admissus.*
30. *corporibus* = BG(p.m.) P1. 3. 𝔑 — 𝔈2. 𝔖. R Pinc. v. l. 𝔛𝔈 — 𝔐𝔞 = *corporalibus.* βιοπφ = *decernerentur.* 𝔛 — *vitae.*
aut vocis = BGR Sa 𝔑 — 𝔅. Sc 𝔖 = *ac vocis.* 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *ac necis.* Rell. n. l.

utraque enim falsa ueris inmixta sunt. Non abduxit, inquam,
se, ut Posidonio uidetur, ab istis artibus sapiens, sed ad illas
omnino non uenit. Nihil enim dignum inuentu iudicasset quod
non erat dignum perpetuo usu iudicaturus. ponenda non sume-
ret. *Anacharsis,* inquit, *inuenit rotam figuli cuius circuitu*
31 *uasa formantur.* Deinde quia apud Homerum inuenitur figuli
rota, malunt uideri uersus falsos esse quam fabulam. Ego nec
Anarcharsim auctorem huius rei fuisse contendo et, si fuit, sa-
piens quidem hoc inuenit, sed non tamquam sapiens, sicut multa
sapientes faciunt, qua homines sunt, non qua sapientes. Puta
uelocissimum esse sapientem: cursu omnes anteibit, qua uelox
est, non qua sapiens. Cuperem Posidonio aliquem uitrearium
ostendere qui spiritu uitrum in habitus plurimos format qui uix
32 diligenti manu effingerentur. Haec inuenta sunt, postquam sa-
pientem inuenire desimus. *Democritus,* inquit, *inuenisse di-
citur fornicem, ut lapidum curuatura paulatim inclinato-
rum medio saxo adligaretur.* Hoc dicam falsum esse. Ne-
cesse est enim ante Democritum et pontes et portas fuisse qua-
33 rum fere summa curuantur. Excidit porro uobis eumdem De-
mocritum inuenisse quemadmodum ebur molliretur, quemadmo-
dum decoctus calculus in zmaragdum conuerteretur qua hodie-

B (cr.∾) = *a d duxit.* 𝔄 = *Nihil enim i n dignum.* G = *invent u m.*
31. 𝔅𝔈1. — 𝔊 = *Dem u m quia apud Hom.* 𝔐 — 𝔐a = *De i n quia.*
mal u n t = BG(s.m.) R𝔄𝔑 — 𝔈1. G(p.m.) 𝔈2. — 𝔖 = *mav u l t*, quod cum *inquit* referebant ad Posidonium, ad quem neutrum spectat. Rell. n. l.
Anachars i m = BGR 𝔑 — 𝔈1. 𝔄 = *Anachars i s.* 𝔈 2. — 𝔖 = *Anachars i n.* o = *fuisse contemno.*
qua — *qua* = B (priore loco B = *qua m:* sed *m* notatum est) G(s.m.) αιτ ci. Pinc. 𝔄𝔈 — 𝔖. G (p.m.) R rell. ρρ Gr. 𝔑 — 𝔈 2. = *qu i a* — *qu i a.* 𝔑 — 𝔈2. + *q u i cursu.* quod ex v. l. tolli iussit Pinc.
vitr e a rium = B (p.m.) nonn. ρρ Col 𝔅. GR rell. ρρ P1. (2. 3. s.m.) Ss. 𝔑 — 𝔈2. 𝔖 = *vitr i arium* Pinc. v. l. P 2. 3. (p. m. uterque) 𝔈 — 𝔐a = *vit r a rium.* 𝔄 = *vitria n um.* 𝔑 — 𝔗 — *plurimos.*

diligenti manu = BGR P 1. (3. s.m.) aliquot ρρ 𝔑 — 𝔖. Plerique ρρ aut cum v. l. Pinc. P2. 4. Col. 𝔄 = *diligent i a man u u m*, aut cum P3. (p.m.) = *diligent i a man u s*, quod Grutero omnium maxime probatur.
B(cr.∾) = *eff r ingerentur.* G = *eff i gerentur.* 𝔑 — 𝔗 = *eff i c e-rentur.*
32. *des i mus* = B(p.m.) i. e. *de-s i i mus.* cf. ad Ep. 69, 1. B (s.m.) GR𝔈1. — 𝔖 = *desi v i mus.* 𝔄𝔑 — 𝔅 = *desi n i mus.* Rell. n. l.
B (cr.∾) = *for f icem.* B (cr.∾) = *adligare n tur.* 𝔑 — 𝔅 = *pon-t e m.*
33. R ρρ fere omnes Sc 𝔄 = *Excidit porro n o bis.*
molliretur = mss. (exc. ε) etiam Gr. Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔖. ε = *e m olliretur.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔏4. = *p o l iretur.* Lamalle ad Val. Fl. I. p. 374. ci. = *p o t iretur.*
z m aragdum = B. cf. Schwabe ad Phaedr. II. p. 136. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 =

que coctura inuenti lapides hoc utiles colorantur. Ista sapiens
licet inuenerit, non qua sapiens erat, inuenit: multa enim facit
quae ab inprudentissimis aut aeque fieri uidimus aut peritius at-
que exercitatius. Quid sapiens inuestigauerit, quid in lucem 34
protraxerit quaeris? Primum uerum naturamque quam non ut
cetera animalia oculis secutus est tardis ad diuina. Deinde ui-
tae legem quam ad uniuersa direxit: nec nosse tantum, sed
sequi deos docuit et accidentia non aliter excipere quam impe-
rata. Uetuit parere opinionibus falsis et quanti quidque esset
uera aestimatione perpendit: damnauit mixtas poenitentia uolu-
ptates et bona semper placitura laudauit: et palam fecit felicissi- 35
mum esse cui felicitate non opus est, potentissimum esse qui se
habet in potestate. Non de ea philosophia loquor quae ciuem
extra patriam posuit, extra mundum deos, quae uirtutem donauit
uoluptati: sed [de] illa quae nullum bonum putat, nisi quod ho-
nestum est, quae nec hominis nec fortunae muneribus deleri
potest, cuius hoc pretium est non posse pretio capi. Hanc phi- 36
losophiam fuisse illo rudi seculo quo adhuc artificia deerant et
ipso usu discebantur utilia non credo: sicut ante fortunato tem-
pore, cum in medio iacerent beneficia naturae promiscue utenda,

s maragdum. Sed illud restituit ms. Ruhk.

hoc utiles = B Sa. et sic edidisse maluit Sw. G ρρ (praeter eos, qui mox laudabuntur) P1. 3. 4. Col. m𝔈𝔏. + *ad hoc utiles*. mG = *occutiles*. Sc 𝔛 = *ocutiles*. 𝔖 + *in hoc utiles* ex ci. quia *in* magis convenire cum more Senecae arbitrabatur quam *ad*. Rβιλοπρς P2. 𝔅 — 𝔐a = *coctiles*. 𝔑 — 𝔗 = *lupides hic utique colorantur*. G(s∾) Gr. 𝔑 — 𝔈𝔏. = *non quia sapiens*.

𝔛 = *multa enim faciunt*.

R𝔈𝔏. — 𝔐a = *fieri videmus*.

atque exercitatius = B. GR 𝔛𝔑 — 𝔖 = *uut exercitatius*.

34. ερ = *produxerit*. 𝔛 = *pertraxerit*.

verum naturamque = B. G P4. = *verum naturum* om. *que*, quod facile potuit excidere propter sequens *quam*. Iam diverso modo scripturam emendarunt librarii: R𝔑 — 𝔐 = *veram naturam*. P1. 3. 𝔛𝔏 — 𝔖 = *rerum naturam*. Lips. ci. = *quam universi direxit*. 𝔑 — 𝔗 = *et attinentia non aliter*.

B(s∾) = *pertendit*.

poenitentia = B. Gron. „malim, inquit, *poenitentia*. Ut apud Liv. l. 8. [36, 5.] *severitatem miscendam comitate*.“ ad quem locum vid. interprett. GR 𝔛𝔑—𝔖 = *poenitentiae*.

35. 𝔑 — 𝔈1. = *de ea philos. loqui*. 𝔛 — *ea*.

sed illa = BGR Gr. (exc. P2.) Gron. 𝔛𝔑 — 𝔈𝔏. probat Gron. ad Sen. N. Q. I. prf. p. 286. sed male accipit pro Accus. P2. Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔖 + *sed de illa*.

deleri = BGR ρρ Gr. 𝔛𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *deleniri* ex ing. Mur.

ο = *premium est*.

36. *discebantur* = B𝔖 (sane ex Sa). GR 𝔛𝔑 — 𝔐a = *discebant*.

sicut ante fortunato tempore = ci. Lips. 𝔖. Sc 𝔛𝔑 — 𝔅1. = *sicut ante fortunata tempora*. BG pars Gr. Sa = *sicut aut fortunata tempora*. R alii Gr. Lips. 𝔑u 𝔐a =

antequam auaritia atque luxuria dissociauere mortales et ad rapinam ex consortio discurrere, non erant illi sapientes uiri, et-
37 iamsi faciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani non alium quisquam suspexerit magis, nec si cui permittat deus terrena formare et dare gentibus mores, aliud probauerit, quam quod apud illos fuisse memoratur apud quos

nulli subigebant arua coloni,
Ne signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quaerebant ipsaque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

38 Quid hominum illo genere felicius? In commune rerum natura fruebantur. sufficiebat illa ut parens in tutelam omnium: haec erat publicarum opum secura possessio. Quidni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim in quo pauperem inuenire non posses? Inrupit in res optime positas auaritia et, dum seducere aliquid cupit atque in suum uertere, omnia fecit aliena et in angustum ex inmenso redacta. paupertatem intulit et multa
39 concupiscendo omnia amisit. Licet itaque uelit nunc concurrere

sicut autem fortunata tempora. ψ = *sicut nec fortunata tempora.* Rell. ρϱ fere omnes (?) = *sicut haud fortunata tempora.* Lips. ci. = *sicut vatum fortunato tempore.* R βιλχ P 2. = *discussere.* G(n.) P3. 4. Col. + *discurrere coeperit.* P1. + *discurrere coepit.* Etiam γδζℨκπσφ + *disc. coepit* vel *coeperit.* λ = *supientes veri.* 37. G(m∾) = *non altum quisquam.* ℨσ = *non alterum quisquam.* ιπ + *magis felicem.*

𝔄 — *nec* ante *si cui* et = *deus naturam formare.* ρ = *alium probaverit quam quem.* B = *subi cebant.* Litterae *c* apex additus est ab alia manu (ç).

Ne signare q. = ζλφ (Virg. Ge. I, 126. Wr.) ℭ1. Rℭ2.– 𝔖 = *Nec signare q.* (quod etiam apud Virg. multi libri tam imprr. quam mss. habent. De discrimine particularum *Ne — quidem* et *Nec — quidem* cf. Wagner ad Virg. l. l.) BG = *Ne sperare quidem.* αγδℨo = *Nec separe quidem.* unde Sanctol. ci. = *Nec sepire quidem.* Rell. ρϱ = *Nec separare q.* aut *Nec sperare q.* 𝔄𝔑 — 𝔅 = *Ne separare q.* Etiam Sac = *separare.*

38. B = *illo genore* et *naturā.* BGR Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅ℭ = *in tutela omnium.* quod num ferri possit vide. 𝔄 — *secura* et = *moralium.*

R (s.m.) maior pars ρϱ 𝔄 = *invenire non possis.* 𝔑 — 𝔗 = *Irrumpit in res.* 𝔄 — *aliquid.* G = *aliud cupit.* G — *in* ante *angustum.* B + *in angustum se.* G(m∾) — *ex inmenso*, quod in B bis legitur. B = *redacti. avaritia paupertatem.* βιoσ + *ex immenso immensa redacta avaritia.* εϱ + *se ex immenso et in immensum redacta avaritia.* mπ = *et in angustum sinum redacta.* 𝔄 = *ex in mense* [hoc in B quoque fuit p. m.] *reductam avariciam.*

39. 𝔄 = *Lucet itaque.* B = *Licet itaque nunc concurrere parare.* G(s∾) R (s∾) nonn. ρϱ P1. 3. 4. — *nunc.* G = *concutere.* Col. 𝔑u 𝔐a = *occurrere.* (Ruhk. hoc in duobus Pall. fuisse scribit: nam fefellit eum cum Gron. vitium ed. Io-

et reparare quod perdidit. licet agros agris adiciat, uicinum
uel pretio pellat aeris uel iniuria. licet in prouinciarum spatium
rura dilatet et possessionem uocet per sua longam peregrinatio-
nem: nulla nos finium propagatio eo reducet unde discessimus.
Cum omnia fecerimus, multum habebimus: uniuersum habe-
bamus. Terra ipsa fertilior erat inlaborata et in usus populo- 40
rum non diripientium larga. Quicquid natura protulerat id non
minus inuenisse quam inuentum monstrare alteri uoluptas erat:
nec ulli aut superesse poterat aut deesse: inter concordes diui-
debatur. Nondum ualentior inposuerat infirmiori manum. non-
dum auarus abscondendo quod sibi iaceret alium necessariis quo- 41
que excluserat: par erat alterius ac sui cura. Arma cessabant
incruentaeque humano sanguine manus odium omne in feras uer-
terant. Illi quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui
aduersus saeuitiam hiemis aut imbris uili receptaculo tuti sub
fronde uiuebant, placidas transigebant sine suspirio noctes.
Sollicitudo nos in nostra purpura uersat et acerrimis excitat sti- 42
mulis: at quam mollem somnum illis dura tellus dabat! Non

hannis le Preux, quae scripturam *occurrere* male tribuit etiam P 2.) P3. monet alias legi *con g erere*, non *occurrere*, nec improbat Gron. Lips. ci. = *conv e r r ere* (in Gron. *Notis* male legitur *conver t ere*). Gron. ci. = *conq u i rere.* Sed optimum *concurrere*. vid. notam Swi et Ind. s. h. v. P2. — *et* ante *reparare*. ι = *ag n os ag n is adiciat.*

pretio pellat aeris = G ϱϱ P 1. 2. 3. Col. Sc 𝔅 — 𝔖. B = *pr. pel l e r i s.* R mP 3. = *pr. pellat e x h i i s* (mP3. = *his*) probat Grut. P4. = *pr. pellat e i u s.* 𝔄 — *aeris.* ℜ — 𝔗 = *pr. p e t a r i s.* Lips. ci. = *eis* vel *terris.* Erm. ci. = *arvis.* Sw. parum distincte „Vitiose, inquit, duo verba in unum contracta sunt in ms. a et ed. R.“

per s u a longam = R (s.m.) ελ Sa (ex em. ipsius librarii) 𝔈2. — 𝔐𝔍u 𝔏2. 𝔖. BGR (p.m.) rell. ϱϱ (quidam — *per*) 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔏4. — 𝔐a = *per sua m longam.* ℜ — 𝔗 — *universum habebamus.* 𝔅 — *habebamus.* 𝔄 = *universa m.*

40. Col. = *protuler i t.* GP1. 4. = *protul i t.* P3. = *p o t u i t.* βε ιοχψ 𝔄 = *n i h i l ulli.* ℜ — 𝔗 = *nec i l l i sup.* om. *aut*, quod omittunt etiam 𝔅𝔈1. 𝔈2. — 𝔐a = *nec aut ulli* contra mstos etiam Gr.

super e s s e = mss. etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔖. 𝔐 — 𝔖 = *super a r e.* quod unde Mur. sumpserit, nescio. 𝔄 = *Nondum v e l o c i o r.* Col. = *a v a r i i s a s c e n d e n d o quod sibi iaceret.* σ = *sibi p l a ceret.*

41. 𝔄 = *in feras verter u nt.*

Nonn. ϱϱ = *a sole t e x e rat.*

𝔄 — *nos* post *Sollicitudo.* ℜ — 𝔗 = *in nostra p r o b r a.* λψmο P3. ℜ — 𝔅 = *purpura ve x at* (in P3. cr. al. m. ∾). π = *a g i t a t stimulis.*

at quam mollem = BR (s.m.) G (s.m.) ϱϱ (praeter eos, quos iam laudabo) Col. Gron. „cascae membranae“ P3. (s.m.) 𝔊ro — 𝔖. G (p.m.) R (p.m.) αγδ⁝σ P 1. 3. (p.m.) cod. Lips. ℜ — 𝔗 = *a q u a m mollem e t* [Rℜ — 𝔗 — *et*] *somnum.* unde Lips. ci. = *ad a q u a m mollem e t somnum.* 𝔄 = *a d q u e m mollem somnum.* 𝔅 = *a t q u e mollem s o num.* P2. 4. = *a t q u e mollem s.* φ = *o quam mollem somnum.* Sanctol. ci. = *A h quam mollem s.* 𝔈1. — 𝔏4. — *at quam.*

inpendebant caelata laquearia, sed in aperto iacentes sidera superlabebantur et insigne spectaculum noctium. mundus in praeceps agebatur silentio tantum opus ducens. Tam interdiu illis quam nocte patebant prospectus huius pulcherrimae domus. libebat intueri signa ex media coeli parte uergentia, rursus ex
43 occulto alia surgentia. Quidni iuuaret uagari inter tam late sparsa miracula? At uos ad omnem tectorum pauetis sonum et inter picturas uestras, si quid increpuit, fugitis adtoniti. Non habebant domos instar urbium. Spiritus ac liber inter aperta perflatus et leuis umbra rupis aut arboris et perlucidi fontes riuique non opere nec fistula nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes et prata sine arte formosa: inter haec agreste domicilium rustica politum manu. Haec erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare nec ipsam nec pro ipsa ti-
44 mentem: nunc magna pars nostri metus tecta sunt. Sed quamuis egregia illis uita fuerit et carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc iam in opere maximo nomen est. Non tamen negauerim fuisse alti spiritus uiros et, ut ita dicam, a dis recentes: neque enim dubium est quin meliora mundus nondum effetus ediderit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit et ad labores paratior, ita non erant ingenia omnibus consummata.
45 Non enim dat natura uirtutem: ars est bonum fieri. Illi qui-

42. G = *Non intendebant.* οπ = *Non splendebant.* P2. = *in personato iacentes.* sR P1. (3. s.m.) = *iacentibus.* quod laudat Grut. tanquam ex 𝔐, in qua est *iacentes.* G (m∾) — *sidera.* π + *uidebant quomodo sidera.* Col. = *sublabebantur.* 𝔑 = *superlabantur.* G (m∾) P1. = *et sine spectaculum* ∾ *in preces agebatur.* P3. = *et sine spectaculo.*

𝔄 — *ducens.* B𝔑 — 𝔊1. = *opus dicens.* G = *esse opus dicens.* P1. 3. 4. = *opus esse dicens.* Col. = *omne tempus ducens.*

interdiu — nocte = B. R(s∾) = *inter diem — nocte.* 𝔄 = *intridui — nocte.* G Gr. 𝔑 — 𝔊 = *inter diem — noctem.* P3. (s.m.) Pinc. ci. 𝔐 — 𝔖 = *interdiu — noctu.*

patebant = BGR (p.m.) Gr. (exc. Col.) Sa c 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. R(s.m.) Col. ci. Pinc. 𝔐 — 𝔐a = *patebat.* G (m∾) = *latebat intueri.*

43. 𝔄 — *inter.* B (cr. ∾) = *Ad uos ad omnem.* ρ = *inter depictos parietes vestros.*

perflatus = BSa 𝔖. GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *flatus.* 𝔄 = *aut placidi fontis riui aut qui.* R = *neque fistula.* π + *currentes illis erant.*

politum = BG ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔖. Idem expressit Vossius ad Virg. Ge. II, 467. p. 433. R = *pollitum.* 𝔊2. — 𝔐a = *positum.* G𝔄 = *nec ipsa nec.*

44. 𝔄 = *opere magno.* χλσ P3. 4. quidam Pinc. = *recedentes a diis.* B (cr. ∾) G Gr. 𝔄 = *effectus ediderit.* οφ = *infectus ed.* Grut. ci. = *affectus.* 𝔄 + *in omnibus.* R — *enim* ante *dat natura.*

dem non aurum nec argentum nec perlucidos lapides ima terrarum faece quaerebant parcebantque adhuc etiam mutis animalibus: tantum aberat ut homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret. Nondum uestis illis erat picta, nondum texebatur aurum: adhuc nec eruebatur. Quid ergo? ignorantia rerum innocentes erant: multum autem interest utrum
peccare aliquis nolit an nesciat. Deerat illis iustitia, deerat 46
prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his uirtutibus habebat similia quaedam rudis uita: Uirtus non contingit animo nisi instituto et edocto et ad summum adsidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur: et in optimis quoque, antequam erudias, uirtutis materia, non uirtus est. Uale.

EPISTULA III. (91.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Liberalis noster nunc tristis est nuntiato incendio quo Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriae suae amantissimum. Quae res efficit ut firmitatem animi sui quaerat quam uidelicet ad ea quae timeri posse putabat exercuit. Hoc uero tam inopinatum malum et paene inauditum non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo: multas enim ciuitates incendium uexauit, nullam abstulit. Nam etiam ubi hostili manu in tecta ignis inmissus est, multis locis defecit: et quamuis subinde excitetur, raro

45. 𝔄 = *non argentum.* G(s∾) P1. 3. 4. = *lucidos lapides.* BSac 𝔄 — *lapides*, quod P2. ponit post *quaerebant.* 𝔖 + [*in*] *ima* ex ci. Sed non opus est Praepos. 𝔄 — *etiam* post *adhuc.*

mutis animalibus = ζφψ 𝔈2. — 𝔖. BGR 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *multis an.* (*Muta* et *Multa* saepe a librariis confundi docet Brouckh. ad Tib. IV, 1, 129.) R(s∾) = *tantum habeat.* In BG(s∾) *ut* post *aberat* absorptum est a praecedenti syllaba *at* (cf. Drkb. ad Liv. X, 41, 8). Aliquando in mentem venit *spectaturis occideret.* 𝔄 = *tegebatur aurum.*

adhuc nec = B𝔖. GR𝔄𝔑 — 𝔐a = *adhuc non.* BG nonn. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔊 = *aut nesciat.* R(s∾) — *an.*

46. 𝔄 = *contigit animo.* 𝔖 = *ac edocto.* quod unde sumpserit non constat. 𝔄 = *summa exercitatione.* 𝔄 = *antequam erudiantur.*

Lib. XIV. Ep. 3. (91.)

𝔄 + *nuntiato sibi* et + *colonia incendio.* 𝔖 = *Quae res effecit.* 𝔐 — 𝔏4. — *et* ante *paene inaud.* B(s∾) 𝔄 — *si* ante *sine.* πσ + *si non sine.* BGR Gr. 𝔑 — 𝔈1. = *manu iniecta.* 𝔄 = *manu invicta.* 𝔑 — 𝔈1. — *est* post *inmissus.*

defecit = B𝔖. GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *deficit.*

2 tamen sic cuncta depascitur, ut nihil ferro relinquat. Terrarum quoque uix umquam tam grauis et perniciosus fuit motus, ut tota oppida euerteret. Numquam denique tam infestum ulli exarsit incendium, ut nihil alteri superesset incendio. Tot pulcherrima opera quae singula inlustrare urbes singulas possent una nox strauit: et in tanta pace quantum ne bello quidem timeri potest accidit. Quis hoc credat? ubique armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum quod
3 ostendebatur in Gallia quaeritur. Omnibus fortuna quos publice adflixit quod passuri erant timere permisit. nulla res magna non aliquod habuit ruinae suae spatium: in hac una nox interfuit inter urbem maximam et nullam. Denique diutius illam tibi perisse quam periit narro. Haec omnia Liberalis nostri adfectum inclinant aduersus sua firmum et erectum. Nec sine causa concussus est: inexspectata plus adgrauant. nouitas adicit calamitatibus pondus nec quisquam mortalium non magis quod etiam
4 miratus est doluit. Ideo nihil nobis inprouisum esse debet. In omnia permittendus animus cogitandumque non quicquid solet, sed quicquid potest fieri. Quid enim est quod non fortuna, cum uoluit, ex florentissimo detrahat? quod non eo magis adgrediatur et quatiat quo speciosius fulget? Quid illi arduum quidue difficile est? Non una uia semper, ne tota quidem incurrit. Modo nostras in nos manus aduocat, modo suis contenta uiribus

βσυ = *ut nihil fere.*
2. 𝔄 — *umquam.* 𝔄 = *Numquam deinde.* ε ci. Lips. = *infestum ullum.* Lips. ci. etiam = *ullibi.* αιφχ — *ulli.* 𝔄 = *quantum in bello.* B(m∾) — *Quis* ante *hoc credat.* P3. Col. + *cum ubique.*
quaeritur = BG plerique omnes ρρ P1. 3. 4. Sac 𝔄𝔑 — 𝔗 𝔈1. — 𝔅1. 𝔖. 𝔅 = *quaeri?* (Saepe in mstis pro *ur* apparet interrogationis nota.) Rβιλφχ Pinc. cod. ant. P2. Col. 𝔑u 𝔐a = *quaeri.*
3. R — *suae* post *ruinae.* P2. (s.m.) + *una nox interfuit non.* Col. + *una nox nõ interfuit.* unde Grut. ci. + *una nox modo interfuit.* cϙ = *una nox non fuit.* P3. 𝔏 — 𝔅1. = *una nox fuit inter.*
G𝔑 = *maximam et villam.*
G(m∾) = *Denique divitius.*
A = *quam periri narro. nec omnia.* B(p.m.) = *perit naro.*
𝔄𝔑 — 𝔗 = *affectum inclinandum* (cui 𝔑 — 𝔗 subiiciunt *movent*). Hinc 𝔖 + *inclinant, dum.* ε nonn. alii ρρ = *inclinarunt.* Rell. etiam Ss. ∾. Lips. ci. = *adversus sueta.* B(s∾) = *adgrabant.*

4. *permittendus* = B. i. e. transferendus. cf. Clem. II, 6, 2. *etiam ad calamitosos — bonitatem suam* [sapiens] *permittet.* GR𝔄𝔑 — 𝔖 = *praemittendus.* Post hoc verbum sustuli *est*, quod in BGR (p.m.) non legitur. G(m∾) = *cogitationibus non quicquid.* 𝔈2. — 𝔅1. = *et florentissimo* contra mstos etiam Gr. et vett. edd. 𝔄 = *et quanti hac quo spec.* Maior pars ρρ 𝔄 = *nec tota quidem.*

innenit pericula sine auctore. Nullum tempus exceptum est: in 5
ipsis uoluptatibus causae doloris oriuntur. Bellum in media pace consurgit et auxilia securitatis in metum transeunt: ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hibernisque maiores agitur aestiua tranquillitas. Sine hoste patimur hostilia et cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas inuenit. Inuadit temperantissimos morbus, ualidissimos phthisis, innocentissimos poena, secretissimos tumultus. Eligit aliquid noui 6
casus per quod uelut oblitis uires suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus, multa deum indulgentia struxit id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus qui diem dixit: hora momentumque temporis euertendis imperiis sufficit. Esset aliquod inbecillitatis nostrae solatium rerumque nostrarum, si tam tarde perirent cuncta quam fiunt: nunc incrementa lente exeunt, festinatur in damnum. Nihil 7
priuatim, nihil publice stabile est: tam hominum quam urbium fata uoluuntur. Inter placidissima terror exsistit nihilque extra tumultuantibus causis mala unde minime exspectabantur erum-

ιπρ = *sine u c t ore.* o = *sine v i- ctore.*

5. G(u.) + *tempus s i n e p e r i- c u l i s.* 𝔛 — *exceptum.* G = *do- lor e s oriuntur.* ϑλπσ + *ex so- cio f i t.* B (s∾) = *hibernisque maio r i b u s.* G (s∾) = *hibernis maiores.* 𝔑 — 𝔗 = *hib. mai o r* [𝔑 = *ma g or*] *agit a t u r.* 𝔛 = *a- g i t.*

temper a n tissimos = B𝔛𝔖. GR 𝔑 — 𝔐a = *temper a tissimos.*

B = *p t hisis.* G = *t h isis.*

B(s∾) = *innocentissim o poena, secretissim o.*

6. 𝔑 — 𝔗 = *Elig e.*

Deu m = BR P2. (3. s.m.) 𝔏 — 𝔖. GP1. (3. s.m.) 4. = *Dei n d e.* Col. 𝔛 = *De m um.* 𝔑 — 𝔐 = *De i.*

Col. = *properantibus q u i d e m dixit.* Matth. ci. = *ded i* — *dix i.*

hora — *sufficit* = B, praeterquam quod solito antiquissimorum librorum vitio adiicit *m* priori voci: et propter hoc ipsum alius quidam *sufficit* mutavit in *suff i c e r e.* Rell. mss. 𝔑 — 𝔅 1. = *hor a m* — *suf- f i c e r e.* 𝔛 = *horamq u e* — *suf- f i c e r e.* 𝔑u — 𝔖 receperunt Gruteri coniecturam a Lipsio probatam *hora* — *suff e c e r e.* Pinc. voluerat *non* suppleri ante *horam.*

si tam tarde perirent cuncta quam fiunt = χλ(p.m.) aliquot codd. Pinc. 𝔏 — 𝔖. B𝔛 = *si t a n t a r e- perirent cuncta quam fi n i unt.* G(p.m.) = *si tam tarde r e peri- rent u r cunctaq u e f i n i u n t u r* (mG = *q u a n t o fiunt*). αεϑ = *si tam c i t o r e perirent u r cuncta quam f i n i u n t u r.* χ = *si t a n- t a m o r a r a p e r e n t u r cuncta q u a n t a fiunt.* R(lit.) G(s.m.) rell. ρρ P2. Col. Pinc. emendatiora exx. = *si t a n t o t e m p o r e perirent cun- cta q u a n t o fiunt.* quod olim probabam. P1. = *si t a n t a r e peri- rent u r quum f i n i u n t u r.* 𝔑 — 𝔗 = *si t a n t a r e p a r a r e n t u r quam cuncta f i n i u n t u r.* 𝔅𝔈1. = *s i t a n t o t e m p o r e r e p a- r a r e n t u r cuncta q u a n t o f i- n i u n t u r.* 𝔈2. — 𝔐 = *si t a n- t a celerit a t e r e p a r a r e n t u r cuncta qu a n t a fi n i u n t u r.*

7. G = *Nihil privat u m.* Plerique ρρ 𝔛 + *nihilque extra e s t.*

punt. Quae domesticis bellis steterant regna, quae externis inpellente nullo ruunt. Quotaquaeque felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia et animus aduersus ea quae
8 possunt euenire firmandus. Exilia, tormenta, morbos, bella, naufragia meditare. Potest te patriae, potest patriam tibi casus eripere. potest te in solitudinem abicere. potest hoc ipsum in quo turba subfocatur fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanae condicio ponatur nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire praesumamus animo, si nolumus obprimi nec ullis inusitatis uelut nouis obstupefieri. In ple-
9 num cogitanda fortuna est. Quotiens Asiae, quotiens Achaiae urbes uno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria, quot in Macedonia deuorata sunt? Cypron quotiens uastauit haec clades? quotiens in se Paphus conruit? Frequenter nobis nuntiati sunt totarum urbium interitus et nos inter quos frequenter ista nuntiantur quota pars omnium sumus? Consurgamus itaque aduersus fortuita et quicquid inciderit sciamus non esse tam
10 magnum quam rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta ornamentumque prouinciarum quibus et inserta erat et excepta, uni tamen inposita et huic non altissimo monti. Omnium istarum ciuitatium quas nunc magnificas ac nobiles audis uestigia quoque tempus eradet. Non uides, quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sint nec quicquam exstet ex quo adpareat illas saltim fuisse? Non tantum manu facta labuntur nec tantum humana arte atque industria posita uertit

γπτCol. ℜ — 𝔗 = *Quotam quaeque.* 𝔄 — *Quota.* G (cr. ∾) = *Quota aque eque.* P1. 3. = *quo vel aqua aeque.*

8. BGRγδψ𝔄 = *morbi.* B𝔄 = *meditari.* γδψ = *meditanda.*

B = *solitudines.* 𝔄 = *solicitudinem.* (cf. Drkb. ad Liv. VIII, 13, 15. Spald. ad Quint. II. p. 456. III. p. 393. al.) Matth. ci. = *in solitudinem abigere.* B = *nec illo* [cr. = *illis*] *inusitati* [s s]. P1. 3. = *nec in illis inus.* P2. = *nec ullis usitatis.*

9. φP3. 4. = *uno terrae motu ceciderunt.*

Cypron = BR𝔄 ρϼ praeter paucos, qui cum G = *Cypros.* ℜ — 𝔖 = *Cyprum.* RG ≐ *vastabunt haec clades.* 𝔄 = *devastavit.*

mo = *tantarum urbium.*

B(cr. ∾) = *tota pars omnium.*

G(s∾) = *fortunam.*

10. Pinc. ci. 𝔐 = *provincialium.* ϰοχ P3. 4. ℜu — 𝔖 = *uni tantum imposita.* Male Ruhk. hoc ex ed. vet. (𝔄) laudat.

civitatium = B𝔖. GR𝔄ℜ — 𝔐a = *civitatum.* mG βιοποστχψ = *ac nobiles vides*, quod etiam in B fuisse videtur: certe *audis* scripsit alia manus. R = *quicquam existat.*

saltim = BG𝔄. Rℜ — 𝔖 = *saltem.*

nec tantum = BGR. ℜ — 𝔖 = *non tantum.* 𝔄 = *aut tantum.* Rell. n. l.

dies: iuga montium diffluunt. totae desedere regiones. operta 11
sunt fluctibus quae procul a conspectu maris stabant. uastauit ignis colles per quos relucebat, erosit et quondam altissimos uertices, solatia nauigantium ac speculas, ad humile deduxit. Ipsius naturae opera uexantur et ideo aequo animo ferre debemus urbium excidia. Casura exstant. omnes hic exitus manet: siue interna uis praeclusa flatusque uiolenti pondus sub quo tenentur excusserint, siue torrentium in abdito uastior obstantia effre- 12
gerit, siue flammarum uiolentia conpaginem soli ruperit, siue uetustas in qua nihil tutum est expugnauerit minutatim, siue grauitas coeli eiecerit populos et situs deserta conruperit. Enumerare omnes fatorum uias longum est. Hoc unum scio: omnia

G nonn. ρρ = *defluunt.* sG = *disfluunt.*

11. 𝔑 — 𝔗 = *dissedere.* 𝔄 = *de sede regiones.* Nonn. ρρ = *Opertae sunt.* B (cr. ∞) = *ignium colles.*

relucebat = BGR nonn. ρρ 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a = *elucebat.*

R = *et rosit.* Nonn. ρρ + *et erosit.*

ad humile = γδψ P4. Pinc. v. l. cod. Lips. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖. BG plures ρρ P1. 3. = *ad humilem.* R P2. Col. 𝔅 — 𝔐a = *ad humilem arenam.* ε = *ad ymu deduxit.* Grut. ci. = *ad tumulum.* GR𝔄𝔑 — 𝔐a + *omnia* post *Casura.* B Sa 𝔖 ∞.

omnes hic exitus manet = Bεϼ Sa 𝔖. Idem videtur fuisse in R, sed aliquid erasum, ut sit *omnes exitus manet* om. *hic* = plerique ρρ Pinc. v. l. Sc 𝔄 (haec tamen = *manent*). G (lit.) = *omnis exitus manet.* 𝔑 — 𝔐a = *omnibus exitus manet.* m𝔈 = „aut *omnes* legendum aut *imminet* pro *manet.*"

sive interna vis praeclusa flatusque violenti pondus = ψ. a quo non longe recedit ρ = *sive interna vis praeclusa fluctusque violenti pondus.* Rell. *praeclusa* male ponunt post *flatusque.* BR (p.m.) ζχ Sa Pinc. v. l. P4. (a quo tamen abest *sive*) = *sive interna vis flatusque praeclusa violenti.* GP1. 3. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *sive interna vis flatuque praeclusa violenti.* R (s.m.) 𝔅 — 𝔅1. (exc. 𝔐) = *sive interna vi flatuque praeclusa violenti.* χ = *sive interna vi flatuque praeclusa violento.* P2. = *sive internatus flatuque praeclusa violenti.* Col. = *sive interna vis flatu praeclusa violenti — excusserit.* Etiam rell. ρρ habent *praeclusa* et *violenti.* 𝔑u = *sive interna vis flatusque praeclusi ac violenti.* 𝔐a𝔖 = *sive interna vis flatusque praeclusi violentia pondus.* 𝔐 = *sive interna vi flatuque praeclusi venti pondus.* Pinc. ci. = *praeclusi.* Lips. ci. = *praeclusi violente.* Censor editionis 𝔑u (in Supplemm. Diar. Litt. Hal. VI, 1, 409.) scribi voluit *sive ventorum interna vis* reliquis servatis. P2. 𝔄 = *sulco* (ex *sub co* hoc ortum) *tenentur.*

12. *in abdito vastior* = BGR P1. 2. 3. Col. Sac 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔖. Pinc. v. l. 𝔈𝔊 = *in abdito vastorum.* 𝔐 — 𝔅1. 𝔐a = *in abdito vis.* 𝔑u + *in abdito vis vastior*, ut ait, ex mstis. Sed *vis* in nullo reperitur.

R (cr. ∞) = *sive vetustis.* 𝔈2. — 𝔐a = *a qua nihil* contra mss. etiam Gr. et edd. vett.

eiecerit = mG πρ 𝔐 — 𝔖 (exc. 𝔊ro). o = *egerit.* BR rell. ρρ P2. Col. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔊ro = *egesserit.* GSac P1. 3. 4. = *egresserit.* (De verbis *eiecerit* et *egesserit* confusis cf. Sw. ad h. l.) 𝔄 = *ficus deserta.* G P1. 3. Col. + *Hoc unum est scio.* Nonn. ρρ = *omnium mortalium.*

mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter peritura uiui-
13 mus. Haec ergo atque eiusmodi solatia admoueo Liberali nostro
incredibili quodam patriae suae amore flagranti quae fortasse
consumpta est ut in melius excitaretur. Saepe maiori fortunae
locum fecit iniuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent. Ti-
magenes felicitati Urbis inimicus aiebat Romae sibi incendia ob
hoc unum dolori esse, quod sciret meliora surrectura quam
arsissent. In hac quoque urbe uerisimile est certaturos omnes
14 ut maiora certioraque quam amisere restituantur. Sint utinam
diuturna et melioribus auspiciis in aeuum longius condita! Nam
huic coloniae ab origine sua centesimus annus est, aetas ne
homini quidem extrema. A Planco deducta in hanc frequentiam
loci opportunitate conualuit, quae tamen grauissimos casus intra
spatium humanae pertulit senectutis. Itaque formetur animus
ad intellectum patientiamque sortis suae et sciat nihil inausum
15 esse fortunae, aduersus imperia illam idem habere iuris quod
aduersus imperantes, aduersus urbes idem posse quod aduersus
homines. Nihil horum indignandum est: in eum intrauimus
mundum in quo his legibus uiuitur. Placet? pare. non placet?
quacumque uis exi. Indignare, si quid in te iniqui proprie con-

13. G = *H o c e g o.* 𝔐 — 𝔅1. = *Haec e g o.* 𝔄 — *atque.* G (m ∾) = *h u iusmodi.* B(cr. ∾) = *e t altius.* G = *r e surgerent.*

surgerent. Timagenes. Sic scripsi suasu Iani: nam quae vulgo adduntur *et in maius*, sive glossema sunt, sive ex reliquis depravationibus orta. B = *surgerent e t i m a g i n e s:* huic voci imposita sunt al. m. *in malas.* Etiam G ρρ (exc. γδπρ) Gr. (exc. P4.) Herb. ℜ — 𝔈1. = *surgerent e t i n m a l a s i m a g i n e s (y m.).* R = *surgerent e t i n m a l i s i m a g i n e s.* π ci. Nic. Fabri 𝔐 — 𝔖 + *surgerent e t i n m a i u s. Timagenes.* ρ = *surgerent e t i n m a i u s. M e g i n a s.* γδ = *surgerent e t i n m a i u s. y m a g i n e s.* P4. = *surgerent e t in m a i u s e t i m a g i n e s.* Erlang. = *surgerent i n m a i u s e t y m a g i n e s.* 𝔄𝔈2. — 𝔊 = *surgerent e t in a l i a s i m a g i n e s.*

BGℜ — 𝔗 = *inimicus a l l e v a t.*

s u r rectura = BR. G𝔄ℜ — 𝔖 = *r e surrectura.* ℜ — 𝔙 = *c e r t i o r e s omnes e s s e.* 𝔄𝔈1. — 𝔖 + *certaturos omnes e s s e.* BGR ∾. Rell. n. l. π = *maioru c e l s i o r a q u e.* 𝔖 = *restitua n t.* ratione non reddita.

14. BGℜ — 𝔗 = *Sint utinam d i u r n a.* Col. quidam Pinc. = *a p l a n o deducta.* Alii Pinc. 𝔄 = *A P a u t o ded.* ℜ — 𝔙 = *A P l a t o n e deducta.* 𝔈1. — 𝔐 — *A Planco.* Rell. etiam Gr. ∾. BG𝔄ℜ — 𝔙 = *in h a c frequent i a.* B (s.m.) = *o p ortunitate.* B = *qu o d tamen grav.* G(cr. ∾) = *qu i d tamen.* ℜ — 𝔈1. = *q u i tamen.*

BG𝔗κρτυ P1. 3. — *pertulit.* R P2. Col. 𝔄 = *sp hum. senectutis p a s s a e s t.* BG = *et scian t nihil.* G(cr. ∾) P1. = *inausu r o esse.* P3. = *inausu r um esse.*

15. G(m ∾) — *imperantes — quod adversus.* ℜ — 𝔙 = *d i g nandum est.* 𝔈 1. 2. = *d e dignandum est.*

R + *in eum e n i m intravimus.*

B (cr. ∾) = *in qu o d his legibus.*

G (cr. ∾) Col. = *quan d o cunque vis exi.* BGℜ = *iniq u e proprie.*

stitutum est: sed si haec summos imosque necessitas adligat, in gratiam cum fato reuertere a quo omnia resoluuntur. Non est 16
quod nos tumulis metiaris et his monumentis quae uiam disparia praetexunt: aequat omnes cinis. inpares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus quod de urbium incolis dico: tam Ardea capta quam Roma est. Conditor ille iuris humani non natalibus nos nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Ubi uero ad finem mortalium uentum est: *Discede*, inquit, *ambitio: omnium quae terram premunt siremps lex esto.* Ad omnia 17
patienda pares sumus: nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Alexander Macedonum rex discere geometriam coeperat infelix, sciturus quam pusilla terra esset ex qua minimum occupauerat: ita dico *infelix* ob hoc, quod intellegere debebat falsum se gerere cognomen: quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa quae tradebantur subtilia et diligenti intentione discenda, non quae perciperet uesanus homo et trans oceanum cogitationes suas mittens. *Facilia,* inquit, *me doce.* 18
Cui praeceptor: *Ista*, inquit, *omnibus eadem sunt, aeque difficilia.* Hoc puta rerum naturam dicere: *Ista de quibus quereris omnibus eadem sunt: nulli dari faciliora possunt, sed quisquis uolet sibi ipsi illa reddet faciliora.* Quomodo? Aequanimitate. Et doleas oportet et sitias et esurias et senescas, si tibi longior contigerit inter homines mora, et aegrotes et perdas aliquid et pereas. Non est tamen quod istis qui te circumstrepunt credas: nihil horum malum est, nihil intolerabile

summos imosque = mss. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *imos summosque.* βιστφχ 𝔄 = *necessitas obligat.*
𝔄 = *absolvuntur.*
16. B(cr. ∾) = *stimulis metiaris.* R(cr. ∾) = *aequat omnes cinis impares: nascimur pares* om. *morimur.* Gβ⸗κσ P 1. 3. 4. Col. = *pares nascimur.* 𝔑 — 𝔈 2. + *Roma capta est.* G — *est.*
natalibus = R(s.m.) ιπσρ 𝔑 — 𝔖, BG rell. ρρ 𝔄 = *non talibus nos,*
Inter *quae* et *terram* B vacuum aliquod spatium habet.
siremps lex esto = ci. Iac. Cuiac. 𝔐 — 𝔖. BG (s.m.) P 1. 3. Pinc. v. l. = *sere miles esto.* G (p.m.) = *seres esto.* ζ = *seres esto mi lex.* R Col. 𝔑 — 𝔈 1. = *servus miles esto.* 𝔄 = *fere miles esto.* P 4. = *serve miles esto.* Rell. ρρ promiscue = *servus* vel *sere* vel *fere* vel *serve miles esto.* 𝔈 2. = *servus esto.* m𝔈 2. 𝔊𝔊 = *similis esto.* Pinc. ci. = *seriem unam esse.*
17. 𝔄 = *nimium occupaverat.* 𝔑 — 𝔈 1. + *tam magnus.*
perciperet = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *percipere posset.* Rell. n. l.
18. GR Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *inquit, Ista.* 𝔄 — *aeque difficilia — eadem sunt.* P 3. = *omnia eadem.*
ρmo 𝔅 — 𝔊 = *de quibus quaeris.* R = *ipsi ipsa reddet.*
𝔄𝔑 — 𝔐a + *et si tibi* contra mstos. 𝔄 — *longior.*
istis qui te circ. = BG (= *il-*

19 aut durum. Ex consensu istis metus est: sic mortem times quomodo famam. Quid autem stultius homine uerba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere *eodem loco sibi esse uoces inperitorum quo uentre redditos crepitus. Quid enim,* inquit, *mea refert sursum isti an deorsum sonent?* Quanta dementia est uereri ne infameris ab infamibus? Quemadmodum famam extimuistis sine causa, sic et illa quae numquam timere-
20 tis nisi fama iussisset. Num quid detrimenti faceret uir bonus iniquis rumoribus sparsus? Ne morti quidem hoc apud nos noceat: et haec malam molitionem habet. Nemo eorum qui illam accusant expertus est: interim temeritas est damnare quod nescias. At illud scis quam multis utilis sit, quam multos liberet tormentis, egestate, querelis, suppliciis, taedio. Non sumus in ullius potestate, cum mors in nostra potestate sit. Uale.

EPISTULA IV. (92.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Puto inter me teque conueniet externa corpori adquiri, cor-

lis) R nonn. ρρ 𝔄𝔐 — 𝔐𝔖. 𝔏 — 𝔐a = *istis quae te circumstr.* quod in quibusdam ρρ legi videtur.

19. R = *verba intuente.* B *redditos* bis exhibet. B = *susum — deosum.* G (m∾) = *ab infantibus* et = *iuxisset.* ηιοσυ P2. 𝔑 — 𝔅 = *vixisset.* 𝔈1. — 𝔊 = *vicisset.*

20. ρ = *Nam quid detr.* 𝔑 — 𝔅 = *inquis rumoribus.*

sparsus = BGR ρρ Gr. 𝔄𝔐 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔐a = *aspersus.*

ne morti quidem = BG P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔐 — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a = *nec morti q.* ζ = *nec morte q.* Rβιλ P2. = *cum nec morti q.* 𝔅 𝔈1. + *cum ne morti q.* π = *nec mors quidem.*

hoc apud = BGR plerique ρρ P1. 2. 3. 4. 𝔄𝔐 — 𝔗 𝔏 — 𝔅1. 𝔐a𝔖. Col. = *hic apud.* Nonn. ρρ 𝔅 — 𝔐 𝔑u = *haec apud.* 𝔄 — *hoc.* Pinc. ci. = *hi apud nos noceant.*

BG nonn. ρρ P1. 2. 3. Col. = *apud vos.* quod fortasse poterat ferri.

et haec malam molitionem habet = omnes mss., leviter tantum inter se dissentientes, 𝔄𝔐 — 𝔐a. B = *haec mala molitionem.* Sa = *haec malam olitionem.* e P1. 2. 𝔑 — 𝔈2. = *hoc malam molitionem.* Pinc. ci. = *malam amolitionem.* Gothofr. ci = *et nullam amolitionem habeant.* Lips. ci. = *muli mollitionem* vel potius *amolitionem.* Gron. ci. = *malam opinionem.* quod multis et idoneis locis illustrat. 𝔖 = *malam auditionem.* quod eruendum putat ex Sa. Vulgati patrocinium Ruhk. suscepit hunc in modum: „*haec fama malam* i. maliguam, nobis terrorem incutientem, *molitionem* conatum habet, ea utitur.“ Potius *molitionem* accipe pro *demolitione,* quod significat apud Liv. XXXIII, 5, 6. *facilis molitio eorum valli erat.* Sensus hic est: *male agunt, qui mortem demoliri* vel *amoliri student, qui quam longissime remotam volunt.* B(s.m.) nonn. ρρ = *habent.* G = *Nemo illorum.* B G = *accusat.*

Lib. XIV. Ep. 4. (92.)

P4. = *me et te* Col. = *te et me.* *conveniet* = BP 2. 𝔄𝔖. GR

pus in honorem animi coli, in animo esse partes ministras per
quas mouemur alimurque propter ipsum principale nobis datas.
In hoc principali est aliquid inrationale, est et rationale. Illud
huic seruit: hoc unum est quod alio non refertur, sed omnia
ad se perfert. Nam illa quoque diuina ratio omnibus praeposita
est, ipsa sub nullo est: et haec autem nostra eadem est quae
ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit, sequitur ut de illo 2
quoque conueniat in hoc uno positam esse beatam uitam, ut in
nobis ratio perfecta sit. Haec enim sola non submittit animum,
stat contra fortunam: in quolibet rerum habitu se uirtus seruat.
Id autem unum bonum est quod numquam defringitur. Is est,
inquam, beatus quem nulla res minorem facit: tenet summa et
ne ulli quidem nisi sibi est innixus: nam qui aliquo auxilio sus- 3
tinetur potest cadere. Si aliter est, incipient multum in nobis
ualere non nostra. Quis autem uult constare fortuna aut quis
se prudens ob aliena miratur? Quid est beata uita? securitas
et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo. dabit
constantia bene iudicati tenax. Ad haec quomodo peruenitur?
si ueritas tota perspecta est. si seruatus est in rebus agendis
ordo, modus, decor, innoxia uoluntas ac benigna, intenta rationi nec umquam ab illa recedens, amabilis simul mirabilisque.

maior pars ρρ P1. 3. (s.m.) 4. Col. ℜ — 𝔊 = *conveniat.* 𝔐 — 𝔐a = *convenit.* m𝔈1. 𝔈2. — 𝔊 = *partes mixtas.* Gℜ — 𝔅 = *In hoc principale.* sG = *irrationabile.* ℜ — 𝔅 = *refert.* G (p.m.) = *Nam illa quoque divinatio.* οψ — *autem*, pro quo γδ𝔖τ videntur scripsisse *anima.* Rρ 𝔅 — 𝔐a = *quia ex illa est.*

2. G(s∾) R (m∾) P 1. 3. — *esse beatam.*

se virtus servat = σχ mπ mCol. quidam Lips. ℜu. BG P1 3. (p.m) = *servitus servat.* quod quomodo ex illo nasci potuerit facile perspicitur. R P3. (s.m.) P2. Col. cod. Gron. 𝔄𝔅𝔈1. = *servitus servit.* χ P4. 𝔖 = *securos servat.* quod bene convenit cum sententia. Rell. ρρ = *servitus servit* vel *servat.* ℜ — 𝔗 = *servatus servat.* 𝔈2. — 𝔅1. = *servata servat* ex ing. Ermi. Gron. ci. = *se rectam servat.* Dalech. ci. = *servanda servat.* Cod. Dalech. = *numquam destringitur.*

Is est, inquam = BGR Gr. (Col. = *Iis est*) 𝔖. Pinc. v. l. = *Is, inquam, beatus est.* 𝔄 = *Is enim, inquam.* ℜ — 𝔐a — *est.* ℜ — 𝔅 = *tenet summam.* G = *nec ulli quidem.*

3. R = *Non qui aliquo.* 𝔄 = *constare fortuita* et = *secura et perpetua.* βιο = *beata tranquillitas.* π + *bene iudicati tenax et recti.* εορ = *bene vivendi tenax.* χ = *bene iudicandi tenax.* αιχ = *bene iudicanti tenax.*

Ad haec quomodo = BG𝔄𝔖. Rℜ — 𝔐a = *Ad hoc quomodo.*

Rα𝔖ιλσ ℜ — 𝔈1. = *si veritas tota perfecta est.* ℜ — 𝔐a + *et innoxia voluntas*, contra mstos 𝔄.

ℜ — 𝔐a = *aut benigna* contra mstos 𝔄. ℜ — 𝔊 = *ab ista recedens.*

33 Denique ut breuiter tibi formulam scribam, talis animus esse sapientis uiri debet qualis deum deceat. Quid potest desiderare is cui omnia honesta contingunt? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in his erit beata uita sine quibus non est. Et quid stultius turpiusue quam bonum rationalis animi ex inrationalibus nectere? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parum plenum sit fortuitis repugnan-
34 tibus. Antipater quoque inter magnos sectae huius auctores *aliquid se tribuere* dicit *externis, sed exiguum admodum.* Uides autem quale sit sole te non esse contentum, nisi aliquis igniculus adluxerit? Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus, necesse est aut quietem adici uelis quam ἀοχλησίαν uocant Graeci
35 aut uoluptatem. Horum alterum utcumque recipi potest: uacat enim animus molestia liber ad inspectum uniuersi nihilque illum auocat a contemplatione naturae: alterum illud, uoluptas, bonum pecoris est. Adicimus rationali inrationale, honesto inhonestum. Magno uitam facit titillatio corporis: quid ergo dubi-

4. R𝔑 — 𝔅 = *contingant.*
in his erit = BGR 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *in iis erit.* ε — *sine* ante *quibus.* ιπ cod. Gron. 𝔑u 𝔐a = *cum quibus.* Sanctol. ci. = *in quibus.* R𝔄 = *turpius stultiusve.* 𝔄 = *irrationabilibus.*

5. sR + *autores unus.* 𝔖 = *tribuere dixit* contra mstos et vett. edd.
sole te non = sR ειοπσ P2. 3. (s.m.) Pinc. ex. domest. cod. Dalech. 𝔐 = *sole non* om. *te.* B = *Zenon esse contemtum.* ϰ P4. = *se non.* Gαβγδ𝔷τφ P1. 3. (p.m.) Col. 𝔑 — 𝔈1. = *et te non.* R(p.m.) rell. ρρ 𝔄 = *te non* om. *sole.* 𝔈2. — 𝔖 = *die non.* αηϰπ = *illuxerit.*
ἀοχλησίαν = 𝔖. BG (in litteris depravatis facile agnoscitur ea vox) e βιυχψ vet. cod. Cuiac. = αοχλησιν. R (s.m.) λ P3. (s.m.) = ἡσυχίαν. (ex reliquis libris Grut. nihil poterat eruere.) 𝔐 — 𝔐a = *hesychiam.* γδε ζ𝔷ϰφ = δοξιησιν aut δοξιασιν. In reliquis ρρ litterarum ductus non extricabantur. m𝔷u𝔈2. — 𝔊 = παυσολήν: idem aut σχολήν in libris suis legi Erm. arbitrabatur. 𝔄 habet spatium vacuum. 𝔑 — 𝔈1. = *dosinam.* unde Matth. ci. = ἡδοσύνην.

6. *ad inspectum* = BG (lit.) R fere omnes ρρ P2. Col. Pinc. v. l. Sac 𝔄. P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔐a = *ad conspectum.* 𝔄 — *bonum* ante *pecoris.*
Magno vitam facit = BGR ρρ (exc. σ) P1. 2. 3. Col. Sc 𝔄𝔑 — 𝔊 (GP1. 3. = *fecit*). Sa = *Mugne vitam facit.* σ = *Magnum virum facit.* P4. = *Adiicimus rationale irrationali corporis. Quid ergo.* rell. om. 𝔐 — 𝔐a = *Magnam vitam facit* ex ci. Mur. 𝔖 = [*Magnam voluptatem*] *facit.* Putat Sw. *vitam* ortum ex vocabulo *voluptatem* compendiose scripto: at ipsius cod. a superat aetatem eam, qua librarii compendiis uti solebant et habet *sitam.* Deinde Sw. suspicatur Senecam scripsisse in hunc fere modum: *honestum inhonesto, magno vile. Voluptatem facit.* Iam enim Erm. putaverat post *magno* excidisse *pusillum:* sed et vulgatam ferri posse, si *magnus* acciperetur pro *sapiente* et interrogationis notula poneretur. *Magno facere* non est, ut solet, *magno* seu

tatis dicere bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu non dico inter uiros numeras, sed inter homines cuius summum bonum saporibus et coloribus ac sonis constat? Excedat ex hoc 7
animalium numero pulcherrimo ac dis secundo: mutis adgregetur, animal pabulo laetum. Inrationalis pars animi duas habet partes: alteram animosam, ambitiosam, inpotentem, positam in adfectionibus. alteram humilem, languidam, uoluptatibus deditam. Illam effrenatam, meliorem tamen, certe fortiorem ac digniorem uiro reliquerunt. hanc necessariam beatae uitae putauerunt, eneruem et abiectam. Huic rationem seruire iusse- 8
runt et fecerunt animalis generosissimum bonum demissum et ignobile, praeterea mixtum portentosumque et ex diuersis ac male congruentibus membris. Nam, ut ait Uergilius noster, in Scylla,

Prima hominis facies et pulchro pectore uirgo
Pube tenus: postrema inmani corpore pistrix
Delphinum caudas utero commissa luporum.

magni habere, sed *facere ut aliquid sit magni.* vid. Gram. cap. de Adverbio.

R = *si placito bene est.*

Cod. Dalech. = *odoribus et coloribus.* 𝔑 — 𝔐a = *ac coloribus ac sonis.* 𝔛𝔖 = *et coloribus et sonis.* B = *et caloribus sonis* om. *ac.* G = *et caloribus ac sonis.* P1. = *et caloribus uc senis.* P3. 4. = *et caloribus ac scenis.* P4. (s.m.) = *ac somniis.* γδ = *et coloribus ac scenis.* ϰϙ mɔ = *et coloribus ac coenis.* R cum rell. ∾.

7. *ac dis secundo.* Sw. ci. = *a diis secundo*, ut dicitur *secundus a rege.* Sed *diis secundus* idem est atque apud Virg. XI, 441. *haud ulli — secundus.* cf. Stat. Th. II, 574. Sil. XII, 431. 𝔍u = *fecundo* operarum errore. B = *adgregaretur.*

pabulo laetum = mss. etiam Gr. Gron. 𝔛𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔖. 𝔐 — 𝔏4. = *pabulo natum* ex ing. Mur.

eneruem et abiectam = BR longe maior numerus ϱϱ P2. cod. Dalech. 𝔐 — 𝔐a. GP1. = *inenermem et abi.* (in G primum *e* est puncto notatum). ε = *enervem et abreptam.* εϰϙ P3. 4. Col. 𝔑 — 𝔊 = *inermem et abi.* 𝔛 = *inenervam et abi.* unde Sw. fecit *innervem.* Sed *in* natum ex *ut* male repetito.

8. G (p.m.) 𝔑 — 𝔗 = *Huic rationi.*

animalis gen. bonum = BG quatuor ϱϱ P1. 2. 3. 𝔛. Rell. ϱϱ P4. Col. 𝔑 — 𝔗 = *animal generosissimum bonum.* R 𝔅 — 𝔖 = *animalis generosissimi bonum.* P2. 4. Col. 𝔛𝔑 — 𝔊 = *portentuosumque.*

ac male congruentibus = 𝔖 ex ci. B (p.m.) = *amalis congr.* B (al. m.) GRe Sac Gr. = *animalis congruentibus.* 𝔛𝔑 — 𝔈1. = *animalibus congr.* 𝔈2. — 𝔅1. = *animalium congr.* ex ci. Ermi, quam olim ipse Sw. probaverat. 𝔑u = *animalis non congr.* 𝔐a = *animalium incongruentibus.* Gron. ci. = *ex diversis uni discongruentibus* aut *ex diverso animali congruentibus.* quae quanti sint ipse aestimabis.

G + *pulchro e pectore.* 𝔑 — 𝔗 = *pulchra e pectore.* G = *pistris.* G + *luporum est.*

Huic tamen Scyllae fera animalia adiuncta sunt horrenda, ue-
9 locia: at isti sapientiam ex quibus conposuere portentis? *Prima
pars hominis est ipsa uirtus: huic committitur inutilis caro
et fluida, receptandis tantum cibis habilis,* ut ait Posidonius.
Uirtus illa diuina in lubricum desinit et superioribus eius parti-
bus uenerandis atque coelestibus animal iners ac marcidum ad-
texitur. Illa utcumque alta quies nihil quidem ipsa praestabat
animo, sed inpedimenta remouebat: uoluptas ultro dissoluit et
omne robur emollit. Quae inuenietur tam discors inter se iun-
10 ctura corporum? Fortissimae rei inertissima adstruitur, seue-
rissimae parum seria, sanctissimae intemperans usque et indi-
gesta. Quid ergo, inquit, si uirtutem nihil inpeditura sit bona
ualitudo et quies et dolorum uacatio: non petes illas? Quidni
petam? non quia bona sunt, sed quia secundum naturam sunt
et quia bono a me iudicio sumentur. Quid erit tunc in illis bo-
11 num? hoc unum bene eligi. Nam cum uestem qualem decet
sumo, cum ambulo ut oportet, cum coeno quemadmodum debeo:
non coena aut ambulatio aut uestis bona sunt, sed meum in iis
propositum seruantis in quaque re rationi conuenientem modum.

adiuncta sunt = B sG R fere omnes ρρ 𝔄. G(p.m.) 𝔑 — 𝔖 = *iuncta sunt.* 𝔄 = *horrenda volatilia.* Sw. ci. = *ferocia*, sed recte vidit *veloci* in sequentibus opponi *iners.*

ex quibus = mss. 𝔄. 𝔑 — 𝔊 = *ex quibusdam.* 𝔐 — 𝔖 = *ex quibusnam.*

9. BG(s∾) = *Prima ars hominis.* (cf. Drkb. ad Liv. I, 15, 4.). 𝔐 — 𝔅1. = *futilis caro* ex Mur. ing. R𝔑 — 𝔖 + *et receptandis* contra rell. mss. 𝔄. G𝔄 = *rec. tamen.* 𝔄 — *ait* ante *Posid.* 𝔑u — 𝔖 — *eius* ante *partibus* contra mstos omnes et rell. imprr. ερ + *coelestibus relictis.*

alta quies = 𝔈2. — 𝔖. BGR 𝔅𝔈1. = *altera quies.* quod defendi posse coll. §. 6. *alterum — alterum* olim putabam. 𝔑 — 𝔗 = *alteri quies.* 𝔄 — *alta.* P2. Pinc. v. l. = *iunctura corporis.* 𝔄 = *iunct. corpori.*

10. *et indigesta* = 𝔐 — 𝔏4. et recte: nam *indigestus* est *male compositus.* Plin. N. H. XIII, 15, 30. *indigesta simplicitas.* XVII, 10, 12. *turba indigesta.* all. Potuit autem facile syllaba *di* excidere atque *et*, quod restat in B, propter praecedens *usque* in *ad* mutari. B = *usque et ingesta.* Gαπφ 𝔅 — 𝔊 = *usque ad indigesta.* Rell. ρρ P1. 2. 3. Col. Pinc. v. l. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *usque ad ingesta.* 𝔊ro — 𝔖 = *usque ad incesta* ex ci. Grut. Pinc. ci. = *aeque ad iniusta.* Praeterea Grut. ci. = *usque atque incesta.* R — *inquit.* BG𝔑 = *dolorum vagatio.* 𝔑 — 𝔈2. = *nonne petes.* P3. 4. 𝔈1. = *petas.*

illas = mss. (exc. ε) etiam Gr. Sac 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔖. ε = *non petes illa diu?* Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔐a = *illa.*

sumentur = mss. etiam Sac 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *sumuntur.*

Quid erit = BGR 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *Quod erit.* B (cr. ∾) G(cr. ∾) 𝔈1. 2. = *bene elegi.*

11. *in iis propositum* = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *in his propositum.* P3. 4. = *servantis in istis.* οχ = *servans.* 𝔐 — 𝔏2. 𝔍u 𝔅1. =

Etiamnunc adiciam: mundae uestis electio adpetenda est homi-
ni. natura enim homo mundum et elegans animal est. Itaque 12
non est bonum per se munda uestis, sed mundae uestis electio,
quia non in re bonum est, sed in electione quali actiones no-
strae honestae sunt, non ipsa quae aguntur. Quod de ueste
dixi idem me dicere de corpore existima. Nam hoc quoque na-
tura ut quamdam uestem animo circumdedit: uelamentum eius
est. Quis autem umquam uestimenta aestimauit arcula? Nec
bonum nec malum uagina gladium facit. Ergo de corpore quo- 13
que idem tibi respondeo: sumpturum quidem me, si detur ele-
ctio, et sanitatem et uires, bonum autem futurum iudicium de
illis meum, non ipsa. Est quidem, inquit, sapiens beatus:
summum tamen illud bonum non consequitur, nisi illi et natura-
lia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse qui uirtu-
tem habet non potest: beatissimus autem non est qui naturali-
bus bonis destituitur, ut ualitudine, ut membrorum integritate.
Quod incredibilius uidetur id concedis aliquem in maximis et 14
continuis doloribus non esse miserum, esse etiam beatum: quod
leuius est negas beatissimum esse. Atqui si potest uirtus efficere
ne miser aliquis sit, facilius efficiet ut beatissimus sit: minus
enim interualli a beato ad beatissimum restat quam a misero ad
beatum. An quae res tantum ualet, ut ereptum calamitatibus
inter beatos locet, non potest adicere quod superest, ut beatis-
simum faciat? in summo deficit cliuo? Commoda sunt in uita 15

servandi. R = *appendenda est homini.* BG = *homo mundus.*

12. R = *inmundae vestis.* G (cr. ∾) = *in te veste bonum est.*

quali actiones = BsG Sac 𝔄𝔖. R𝔑 — 𝔐 = *quia actiones.* G(p.m.) 𝔏 — 𝔐a = *qua actiones.*

idem me dicere de corpore existima = BR Erlang. 𝔄𝔖 (profecto ex Sa). G Herb. 𝔑 — 𝔐a = *idem de corpore me existima dicere.* Ad haec Ianus (Symbb. p. 15.): „Inconstantia sedis verborum *me dicere*, inquit, commendat id, quod exhibet B: *idem de corpore existima.*“ ac si in illo libro verba *me dicere* omitterentur. 𝔄 = *anime circumdedit, velamen eius est.* Sa𝔖 = *gladium fecit.*

13. 𝔄 + *et si detur.* 𝔄 = *suum tamen illud.* 𝔑 — 𝔈1. = *summum enim bonum* om. *illud.* R = *istud bonum.*

consequitur = BGR P1. 4. Col. Sa 𝔖. ϼϼ = *consequitur* aut *sequitur* = P2. 3. Pinc. v. l. Sc 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔐a = *assequitur* ex Mur. ing. επ = *miser quidem est qui virtutem habere non potest.* Etiam G(cr. ∾) = *habere.*

ut membrorum = BG fere omnes ϼϼ Sa 𝔄𝔖. R𝔑 — 𝔐a = *et membr.*

14. R = *sed etiam beatum.* 𝔑 — 𝔅 — *esse.* P4. = *nec ereptum.* 𝔑 — 𝔊 = *ut exceptum.* 𝔄 = *ut erutum.*

15. BG (s.m.) = *commoda sunt invicta.* G (p.m.) = *invincta.* R𝔑 — 𝔗 = *iniuncta.* 𝔄 = *iuncta.*

et incommoda, utraque extra nos. Si non est miser uir bonus, quamuis omnibus prematur incommodis, quomodo non est beatissimus, si aliquibus commodis deficitur? Nam quemadmodum incommodorum onere usque ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopia non deducitur a beatissimo: sed tam sine commodis beatissimus est, quam non est sub incommodis miser.
16 aut potest illi eripi bonum suum, si potest minui. Paulo ante dicebam igniculum nihil conferre lumini solis: claritate enim eius quicquid sine illo luceret absconditur. Sed quaedam, inquit, soli quoque obstant. At solis uis et lux integra est etiam inter obposita et, quamuis aliquid interiacet quod nos prohibeat eius adspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quotiens inter nubila luxit, non est sereno minor, ne tardior quidem: quoniam
17 multum interest utrum aliquid obstet tantum an inpediat. Eodem modo uirtuti obposita nihil detrahunt. Non est minor, sed minus fulget: nobis forsitan non aeque adparet ac nitet, sibi eadem est et more solis obscuri in occulto uim suam exercet. Hoc itaque aduersus uirtutem possunt calamitates et damna et iniuriae quod aduersus solem potest nebula. Inuenitur qui dicat sapientem corpore parum prospero usum nec miserum esse nec

non est beatissimus si = BGR ρρ (exc. χ) Sac 𝔄𝔖. χ = *non est beatus, etiamsi aliq.* 𝔑 — 𝔊 — *est.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *non beatissimus, etsi.* 𝔑 = *deducit.*

𝔄 = *sed tam suis incommodis* et mox = *non est suis incommodis.*

aut potest = BG(s.m.) cod. Dalech. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔈2. 𝔖. G (p.m.) = *Haut potest.* R = *haud* [s = *potesr*] *illi eripi.* εφ = *at potest.* Rell. ρρ = *haud potest.* 𝔈1. = *An potest.* m𝔈2. 𝔈 — 𝔐𝔞 = *An non potest* ex ci. Ermi.

16. *quicquid sine illo* = B (in quo primo fuerat *ullo*) GR ρρ Sa 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *quicquid sine eo.*

luceret = BSa𝔖. GR 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *lucet.* Rell. n. l. G(m∾) = *Sed quemadmodum.*

soli quoque obstant. At solis vis et lux integra est = 𝔈2. — 𝔖. Locus hic in mstis vehementer est corruptus. ϰP4. = *soli quoque obstant, ipsa a sole integra est.* ερ = *soli claritas ipso a sole integra est.* ζ = *sed quae dat vim soli quoque ipsum a sole integra est.* Rβιλοπσφχ P2. Col. 𝔅𝔈1. = *sed quaedam inquit vis solis* [R P2. Col. 𝔅𝔈1. = *solis vis*] *et lux integra est.* Rell. ρρ = *soli quoque ipsa* (aut *ipsam*) *a sole integra est.* B = *soli quoque ipsam a sole integra est.* G P1. 3. 𝔑 — 𝔗 = *sed quaedam inquit soli quoque ipsa a sole integra est.* 𝔄 = *et quidem solis vis et lux integra est.* Quae edidi, Senecae non esse scio: nec tamen in promptu erant meliora. 𝔑 — 𝔗 = *et inter opposita.*

interiacet = mss. etiam Sac 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *interiaceat.*

B(cr. ∾) = *eluxit.*

ne tardior quidem = BGR𝔖. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *nec tardior q.*

17. 𝔑 = *postea calamitates.*

R = *adversum solem.* R(del.) + *parum esse prospero.*

beatum. Hic quoque fallitur: exaequat enim fortuita uirtutibus
et tantumdem tribuit honestis quantum honestate carentibus.
Quid autem foedius, quid indignius quam conparari ueneranda 18
contemptis? Ueneranda enim sunt iustitia, pietas, fides, fortitudo, prudentia: e contrario uilia sunt quae saepe contingunt pleniora uilissimis crus solidum et lacertus et dentes et horum sanitas firmitasque. Deinde si sapiens cui corpus molestum est nec miser habebitur nec beatus, sed medio relinquetur, uita
quoque eius nec adpetenda erit nec fugienda. Quid autem tam 19
absurdum quam sapientis uitam adpetendam non esse? aut quid tam extra fidem quam esse aliquam uitam nec adpetendam nec fugiendam? Deinde si damna corporis miserum non faciunt, beatum esse patiuntur. Nam quibus potentia non est in peiorem transferendi statum, ne interpellandi quidem optimum. Frigidum, inquit, aliquid et calidum nouimus. inter utrumque tepidum est: sic aliquis beatus est, aliquis miser, aliquis nec bea-
tus nec miser. Uolo hanc contra nos positam imaginem excu- 20
tere. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum. si plus calidi adfudero, fiet nouissime calidum. At huic nec misero nec beato quantumcumque ad miserias adiecero, miser non erit, quemadmodum dicitis: ergo imago ista dissimilis est. Deinde trado tibi hominem nec miserum nec beatum: huic adicio caecitatem, non fit miser. adicio debilitatem, non fit miser. adicio
dolores continuos et graues, miser non fit. Quem tam multa mala 21
in miseram uitam non transferunt ne ex beata quidem educunt. Si non potest, ut dicitis, sapiens ex beato in miserum deci-

𝔑—𝔈1. = *tribuit virtutibus.* G(m∾) = *tribuit virtutis.* τ = *quantum virtute carentibus.*

18. *conparari* = mss. (exc. Rσϙ) etiam Sac𝔄𝔖. Rσϙ 𝔑 — 𝔐a = *comparare.* 𝔄 = *semper contingunt.* ιxϙχ cod. Dalech. = *lacerti.* Pluralis ortus est ex emendandi studio, cum sit Singulari longe frequentior. Sed cf. Bnff. II, 6, 1. *excusso lacerto.*

sed medio rel. = BGR ρϡ (exc. πχ) Sac Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. πχ𝔐 — 𝔐a + *sed in medio.* 𝔑 — 𝔈1. — *erit* post *adpetenda.*

19. G(m∾) = *Nam quibus patientia.*

transferendi = ε𝔐 — 𝔖. γδϡ P3. 𝔑 — 𝔈1. = *transigendi.* BG (s.m.) P2. = *transiendi.* G(p.m.) R rell. ρϡ (exc. ε) P1. 4. Col. 𝔄𝔈2. — 𝔊 = *transeundi.*

ne interpellandi quidem = B𝔖. GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *nec interp. q.*

nec beatus nec miser = BGR𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *nec miser nec beatus.*

20. Nonn. ρϡ = *effudero* aut *infudero.* 𝔑 = *effudero.* R(m∾) 𝔑 — 𝔈1. — *adicio debilitatem, non fit miser.* 𝔄 — *adicio dolores — miser non fit.*

21. 𝔑 = *Quoniam tam multa.*

ne ex beata quidem = BR𝔖. 𝔑 — 𝔅 = *nec ad beatam quidem.* G𝔈1. — 𝔐a = *nec ex beata q.* R = *in misero decidere.*

dere, non potest in non beatum. Quare enim qui illa coe-
pit alicubi subsistat? Quae res illum non patitur ad imum de-
uolui retinet in summo. Quidni non possit beata uita rescindi?
ne remitti quidem potest: et ideo uirtus ad illam per se ipsa satis
est. Quid ergo? inquit, sapiens non est beatior qui diutius
uixit, quem nullus auocauit dolor quam ille qui cum mala for-
22 tuna semper luctatus est? Responde mihi: Numquid et melior
est et honestior? si haec non sunt, ne beatior quidem est.
Rectius uiuat oportet ut beatius uiuat: si rectius non potest, ne
beatius quidem. Non intenditur uirtus: ergo ne beata quidem
uita quae ex uirtute est. Uirtus enim tantum bonum est, ut
istas accessiones minutas non sentiat, breuitatem aeui et dolo-
rem et corporum uarias offensiones. Nam uoluptas non est
23 digna ad quam respiciat. Quid est in uirtute praecipuum? futuro
non indigere nec dies suos conputare: in quantulo libet tempore
bona aeterna consummat. Incredibilia nobis haec uidentur et
supra humanam naturam excurrentia: maiestatem enim eius ex
nostra inbecillitate metimur et uitiis nostris nomen uirtutis inpo-
nimus. Quid porro, non aeque incredibile uidetur aliquem in
summis cruciatibus positum dicere: Beatus sum? Atqui haec
24 uox in ipsa officina uoluptatis audita est. *Beatissimum*, inquit,
hunc et ultimum diem ago, Epicurus, cum illum hinc urinae

qui illa coepit = BGR ρρ (nonn. ρρ = *illam*: ortum ex *illā*, qua nota *a* vocalem longam esse significabatur) Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *qui labi coepit.* 𝔄 — *coepit.*

ne remitti quidem = BG𝔄𝔖. R𝔑 — 𝔐𝔞 = *nec remitti q.* GR = *per se ipsam.* 𝔑 — *per.*

vixit = BGR ρρ (exc. o) 𝔄𝔖. o𝔑 — 𝔐𝔞 = *vixerit.* G = *nullus advocat* (s *vi*). 𝔑 — 𝔅 = *advocavit.* 𝔑 — 𝔏4. (exc. 𝔊ro∾) = *saepe luctatus est.*

22. *ne beatior quidem* = BG (p.m.) R𝔖. 𝔑 — 𝔅 — *quidem.* 𝔄 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *nec beatior q.* B = *ne beatus quidem.* R𝔄 = *nec beatius q.* G = *Non incenditur virtus.* R𝔑 — 𝔅 = *nec beata quidem vita.* B(cr.∾) = *ut istas accensiones.* G(m∾) = *libertatem aevi.* BG(cr.∾) 𝔑 — 𝔈1. = *et dolorum.*

corporum = BGR (de ρρ nil prodidit Sanctol., quoniam in ℑu, qua utebatur, fuit idem) 𝔑 — 𝔐𝔞. 𝔖 = *corporis*, ut videtur, ex una 𝔄. mo = *varias affectiones.*

23. *quantulo libet* = BG fere omnes ρρ Sa Pinc. v. l. 𝔖. R𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *quanto libet.* Cod. Gron. 𝔅1. 𝔑u 𝔐𝔞 — *bona* ante *aeterna.* Gron. ci. = *externa.*

consummat = BG (s.m.) ρρ (exc. βιλοπσχ) P1. Col. 𝔐𝔖. 𝔑 — 𝔊 = *consumat.* 𝔄𝔏1. — 𝔏4. = *consummant.* G(p.m.) = *consummet.* Rβιλοπσχ cod. Gron. cod. Dalech. 𝔊ro — 𝔐𝔞 = *consummare.* 𝔄 = *maiestatem etiam.* B = *inbecillitate mentitur.* sB = *mentimur.*

G𝔄 = *at quia haec vox.* 𝔑 — 𝔈1. = *Atque haec vox.* 𝔄 — *ipsa* ante *officina.*

24. B = *hunc et hunc diem ago.*

difficultas torqueret, hinc insanabilis exulcerati dolor uentris.
Quare ergo incredibilia ista sint apud eos qui uirtutem colunt,
cum apud eos quoque reperiantur apud quos uoluptas imperauit?
Hi quoque degeneres et humillimae mentis aiunt in summis dolo-
ribus, in summis calamitatibus sapientem nec miserum futurum
nec beatum. Atqui hoc quoque incredibile est, immo incredi-
bilius. Non uideo enim quomodo non in infimum agatur e fasti- 25
gio suo deiecta uirtus. Aut beatum praestare debet, aut si ab
hoc depulsa est, non prohibebit fieri miserum. Stans non potest
mitti: aut uincatur oportet aut uincat. Dis, inquit, inmortali-
bus solis et uirtus et beata uita contigit: nobis umbra quaedam
illorum bonorum et similitudo: accedimus ad illa, non perueni-
mus. Ratio uero dis hominibusque communis est: haec in illis
consummata est, in nobis consummabilis. Sed ad desperatio- 26
nem nos uitia nostra perducunt. Nam ille alter secundus est
ut aliquis parum constans ad custodienda optima cuius iudicium
labat etiamnunc et incertum est. Desideret oculorum atque au-
rium sensum, bonam ualitudinem et non foedum adspectum cor-
poris et habitu manentem suo, aetatis praeterea longius spatium:
per hanc potest non poenitenda agitare, ut inperfecto uiro huic 27

Dalech. ci. = *exulceratae vesicae.* 𝔄 = *Quid ergo incred.*

ista sint = BR𝔄𝔖. Gℜ — 𝔐𝔞 = *sunt ista.*

imperavit = BGR ρρ Gr. ℜ — 𝔊 𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *imperat* ex ing. Mur. 𝔄 = *imperatur.* ℜ — 𝔗 + *ut in summis dol.* 𝔄 + *incredibilius est.*

25. 𝔄 = *Non vides enim quomodo infimum.* Etiam G plurimi ρρ ℜ — 𝔊 — *non*, quod R ponit post *infimum.* ζψ 𝔅ℭ 1. = *in infinitum.* BG(cr.∾) nonn. ρρ = *in infirmum.* ε = *vagatur e fastigio.* B (cr.∾) = *defecta virtus.* σ + *quae aut beatum.* B (cr.∾) = *fieri anserum.*

non potest mitti = BGR plerique ρρ (quorum plurimi notant alibi legi *vinci*) Sa cod. Lips. 𝔖. ε = *non potest amitti.* ρ = *Stans enim virtus inniti non potest.* Sc 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 = *non potest vinci.* Lips. ci. = *constans non potest remitti.*

contigit = B𝔖. GR 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 = *contingit.* 𝔄 + *et quedam similitudo.* RP1. 2. 3. Col. = *accedimus ad illam.*

communis est = BGR ρρ 𝔄ℜ — ℭ. 𝔊 — 𝔐𝔞 — *est.* 𝔄 = *in illis consumpta est.*

26. mυ = *Sed ad separationem.* unde Sanctol. ci. = *disparationem.* 𝔐 — 𝔐𝔞 — *est* post *secundus.* Tres ρρ = *servus est ut aliquis.* χ = *sic bonus est ut al.*

Desideret = BR ρρ P1. 3. 4. Col. 𝔄ℜ — ℭ1. 𝔖. G ℭ2. — 𝔐𝔞 = *Desiderat.* R(s.m.) P2. Col. P3. (s.m.) cod. Gron. ℜ𝔲 = *aurium ceterorumque sensuum.* Pinc. ci. ℭ 𝔊 = *sed habitu.*

manentem = Pinc. v. l. ℭ — 𝔖. BG(s.m.) R Gr. 𝔄ℜ — ℭ2. = *manente.* G(p.m.) = *habitum manen.* 𝔄 = *manente sue aetatis.*

27. *agitare, ut inperfecto* = R maior pars ρρ P 2. Col. P3. (s.m.) Sc 𝔄ℭ2. — 𝔐. Rell. ρρ 𝔅ℭ1. = *agi-*

malitiae uis quaedam inest: quia animum habet mobilem, ad praua illum agit haerens malitia et ea agitata abest [de bono]. Non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur: cuicumque autem deest aliquid ad bonum malus est.

Sed si cui uirtus animusque in corpore praesens,

28 hic deos aequat. illo tendit originis suae memor. Nemo inprobe eo conatur adscendere unde descenderat. Quid est autem cur non existimes in eo diuini aliquid exsistere qui dei pars est? Totum hoc quo continemur et unum est et deus: et socii sumus eius et membra. Capax est noster animus. perfertur illo, si uitia non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur et spectat in coelum, ita animus cui in quantum uult licet porrigi in hoc a natura rerum formatus est, ut paria dis uellet, etsi utatur suis uiribus ac se in spatium suum

tare, ut in perfecto seiuncta Praepositione. Nec multum discedunt BG P1. ℜ — 𝔗 = *agituv i t inperfecto.* P3. (p.m.) = *ag i t in perfecto.* P4. = *agitar i imperfecto.* 𝔏 — 𝔅1. + *agitare ut i n imperfecto.* ℜu 𝔐a = *agitare: a t imperfecto.* 𝔖 = *agitare. Inperfecto.*

Pinc. ci. = *ma l a ciae vis.* 𝔄 = *h i n c malitiae e i u s quaedam.* βιλπστφ P2. Col. + *malitiae e i u s vis.*

qu i a animum = BGR ρρ Sac 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *q u a anim.*

𝔅𝔈1. = *a t prava.*

ill u m agit = Rβιλπσφχ liber Sicul. P2. Col. ℜu — 𝔖. G rell. ρρ P 1. 3. 4. 𝔄ℜ — 𝔈 1. = *ill a agit.* B = *ill a a i t.* 𝔈2. — 𝔅1. = *ill e agit.*

h a e r e n s malitia = Mur. lib. Sicul. ℜu — 𝔖. BGR ρρ Gr. (exc. P3. = *a r c e n s*) 𝔄ℜ — 𝔈 1. = *a- r e n s malitia.* Cod. Gron. = *a r- r e n s malitia.* 𝔈2. — 𝔅1. = *c a- r e n s malitia.* Poterit cuipiam in mentem venire *u r e n s malitia* i. e. stimulans. cf. Sen. Herc. Oet. v. 620. *U r i t miserum gloria pectus.* Ceterum P2. = *maliti a m.*

et ea agitata = BGR ρρ (exc. βιχμπστφ) P1. 3. ℜ — 𝔈1. 𝔖. sR βιχμ στ P2. 4. Col. 𝔄 = *et ea c o g itata.* π + *et ea a e q u e agitata.* φ = *et ea c o agitata.* 𝔈2. — 𝔐a = *et ea agitat i o* ex ci. Ermi.

[*d e bono*] = mss. (exc. B, qui haec in margine tantum exhibet) 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a = *a bono.* Verba *de bono* valde mihi sunt suspecta, ut quae in contextum e margine irrepsisse videntur: nam praeterquam qnod in B a prima manu sunt omissa, GR Gr. 𝔄ℜ — 𝔈1. ea seiungunt a verbo *abest.* (R = *De bono.*) Accedit etiam structurae insolentia. At totus locus adhuc eget emendatione, quam Pinc. afferre studuit hac ratione: *Ad prava illum agit haerens mal a cia, et ea agitat u s abest a bono.* Gron. proposuit: *Fer hunc; potest non poenitenda agitare. At imperfecto viro huic malitiae vis quaedam inest: q u a animum habet mobilem: ad prava illum agit haerens malitia, et ea agitat i o abest a bono.* B (s∾) = *cuicumque a u e s t.* R = *ani- m i in corpore.* G (s∾) P 1. = *de o aequat.* R γδζϑο P 3. = *de o aequat u r.* B(s∾) = *origi n i suae.*

28. G (n.) + *improbe e s t.*

R(s∾) = *quo cont e m n i mur.*

B(*n* del.) = *et spect a n t in coelum.* GR(s∾) 𝔄ℜ — 𝔈 1. — *a* ante *natura.* B(s∾) = *a natura r o m a formatus est.*

ut paria dis v e l l e t = BG(p.m.) R(p.m.) γδζηϑχυ. sG sR 𝔄ℜ — 𝔖 = *v e l i t.*

et s i utatur = BG(s.m.) Sac 𝔄𝔖.

extendat. Non aliena uia ad summa nititur. magnus erat la- 29
bor ire in coelum: redit. Cum hoc iter nactus est, uadit audaciter contemptor omnium: nec ad pecuniam respicit aurumque et argentum illis in quibus iacuere tenebris dignissima non ab hoc aestimat splendore quo inperitiorum uerberant oculos, sed a uetere coeno ex quo illa secreuit cupiditas nostra et effodit. Scit, inquam, aliubi positas esse diuitias quam quo congerun-

G(p.m.) Rℜ — 𝔐𝔞 = *et sic utatur.*

29. *Non aliena via ad summa nititur* = 𝔖. BG (s.m.) R (p.m.) αγδεζερτυψ 𝔛 = *Non aliena vita ad summa nititur.* G(p.m.) = *Non aliena vita ad summa nituntur.* 𝔗x P1. 3. 4. = *Nam aliena vita ad summa nititur.* R (s.m.) rell. ρρ P2. Col. 𝔅𝔈1. — 𝔏4. = *Non aliena vi ad summa* [P2. = *summum*] *nititur.* (*Vium* et *Vim* inter se confundi docet Drkb. ad Liv. XXXII, 9, 8.) ℜ — 𝔗 = *Nam aliena vi ad summa nituntur.*

cum hoc iter nactus est = BGR plerique ρρ P1. 3. 4. 𝔏 — 𝔐𝔞. i. e. cum contigit invenire hoc (in coelum) iter, cum semel ingressus est. ℜ = *redit eum hoc iter ad quod natus est.* ℜ𝔗 = *redit enim hoc iter ad quod natus est.* 𝔅𝔈1. + *redit enim, cum hoc iter nactus est.* 𝔈2. — 𝔊 = *redit enim, cum hoc iter ad quod natus est vadit.* βιτ P2. Col. 𝔐 = *redit. cum hoc iter ad quod natus est vadit.* σ = *cum hoc iter ad quod natus est videt.* 𝔛 = *cum hoc itur ad quod natus est vadat.* Sa = *cū hoc iter natus est.* unde 𝔖 = *in hoc iter natus est.*

audaciter = BSa 𝔖. vid. Ind. GR𝔛ℜ — 𝔐𝔞 = *audacter.* Gr.(?) ℜ — 𝔐𝔞 + *et contemptor.* BGR ρρ 𝔛𝔖 ∾.

aurumque et argentum = BGR ρρ Sac 𝔛. ℜ — 𝔖 = *aurum argentumque.*

non ab hoc aestimat splendore quo inperitiorum verberant oculos, sed a vetere coeno ex quo = 𝔖 ex ci. Rubenii, qui tamen voluit *a veteri.* Mire variant mss. B = *non ad hoc aestimat splendorem* [= Sa] *quo inperitior verberant, sed avertero caelo ex quo.* Etiam Sa = *avertero caelo.* Sc = *avertere celo.* G P1. P3. (p.m.) = *non ad hoc aestimat. splendorem quoque* [in G *que* n.] *imperitior* [sG ∾ *es*] *verberant oculos, sed* [P3. = *si*] *advertero* [G cr. = *altero*] *ex quo.* R P3.(s.m.) = *non adhuc aestimat. splendor ẽ qui imperitiorum verberat oculos, sed avertero çoelo ex quo.* P2. 𝔅𝔈1. = *non ad* [𝔈1. — *ad*] *hoc aestimat splendorem quo imperitiores verberant oculos et averterunt a coelo.* P4. = *non ad hoc aestimat splendore: quo imperitiorum verberantur oculi, si evertit e caelo.* mP3. = — *et averterunt a caelo.* Col. 𝔛 = *non ad hoc aestimat splendorem quo imperitiores verberant oculos, sed averterunt* [𝔛 = *avertero*] *a caelo.* λπχ = *non ad hunc.* Rell. ρρ = *non ad hoc* vel *ob hoc.* Nonn. ρρ = *quo imperitiores.* ο = *verberatur oculus.* Alii ρρ = *verberat oculos.* ρρ = *sed* vel *si avertit* vel *averterunt a caelo.* ℜ — 𝔗 = *Non ad hoc existimat: splendor est quo imperitorum verberant oculos. Sed advertere coelo.* 𝔈2. — 𝔐 = *non hoc aestimat splendore quo imperitorum verberant oculos et averterunt a coelo.* 𝔏 — 𝔅1. = *non ad hunc aestimat splendorem quo imperitorum verberant oculos. Scit erui e caeno* ex ci. Grut. ℜu𝔐𝔞 = *non ad hunc aestimat splendorem, quo imperitorum verberant oculos et averterunt a coelo.*

aliubi = BG (s.m.) Sa 𝔈2. — 𝔊 𝔖. Docet Sw. codicem suum a semper pro *alibi* exhibere *aliubi.*

30 tur: animum inpleri debere, non arcam. Hunc inponere dominio rerum omnium licet, hunc in possessionem rerum naturae inducere, ut sua Orientis Occidentisque terminis finiat deorumque ritu cuncta possideat, cum opibus suis diuites superne despiciat quorum nemo tam suo laetus est quam tristis alieno. Cum se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoque uelut oneris necessarii non amator, sed procurator est nec se illi cui inposi-
31 tus est subicit. Nemo liber est qui corpori seruit. Nam ut alios dominos quos nimia pro illo sollicitudo inuenit transeas, ipsius morosum imperium delicatumque est. Ab hoc modo aequo animo exit, modo magno prosilit nec quis deinde reliquiis eius futurus sit exitus quaerit. Sed ut ex barba capillos detonsos neglegimus, ita ille diuinus animus egressurus hominem quo receptaculum suum conferatur ignis illud exurat an terra contegat, an ferae distrahant non magis ad se iudicat pertinere quam
32 secundas ad editum infantem. Utrum proiectum aues differant an consumatur

canibus data praeda marinis

quid ad illum qui nullus? Sed tunc quoque, cum inter homines

G(p.m.) nonn. ϼϼ 𝔄ℜ — 𝔈1. = *alicubi.* R 𝔐 — 𝔐a = *alibi.* G (cr. ∾) = *quomodo congeruntur.*

30. G(s∾) 𝔄ℜ = *domino.* 𝔄 — *omnium licet* — *possessionem rerum.* G = *in possessione rerum.*

ut sua Orientis Occidentisque terminis finiat = Sc 𝔖. BG ϼϼ (exc. βιϰπσφχ) Sa P1. 3. Pinc. 𝔄 = ∾ *terminus fiat.* Rβιϰπσφχ P2. Col. ℜ — 𝔈2. ℜu — 𝔐a = *ut suarum possessionum Orientis Occidentisque terminus fiat.* 𝔈𝔊 = *ut sua possessio Orientis Occidentisque terminus fiat.* 𝔐 — 𝔅 1. = *ut suorum Oriens Occidensque terminus fiat.* Sanctol. ci. = *ut scilicet Orientis Occidentisque dominus fiat.*

B(s∾) = *in hac subtilitate.*

B(s∾) GR 𝔄ℜ — 𝔈1. = *corporis vel oneris.*

31. ℜ = *aliquos dominos.*

𝔄 = *nimia proch sollicitudo.*

BGR ϼϼ 𝔄ℜ = *ipsius morbosum.* 𝔄 — *imperium.* 𝔄 = *ab hoc non aequo.* BΠ ℜ — 𝔗 = *relicti eius fut.* G(m∾) = *eius deinde relicti fut.* 𝔄 = *reliquus eius fut.*

B (p.m) = *capillosque tonsa.* B(s.m.) 𝔄ℜ — 𝔈1. = *capillos detonsa.* G = *capillos dentoso.* ϼϼ (exc. ϰλ ∾) = *capillos* vel *pilos detonsa.*

exurat = εζϰπχ 𝔈2. — 𝔖. BGR rell. ϼϼ Sac P1. 2. 3. 𝔄ℜ — 𝔈1. = *excludat.* Sanctol. ci. = *humus illud excludat.*

an terra contegat, an ferae distrahant = mss. 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *an ferae distrahant, an terra contegat.* B(cr. ∾) = *an magis ad se.* Π nonn. alii ϼϼ = *quum secundinas ad ed.*

32. Ex. divae Mariae = *proiectum.* Pinc. ci. = *proiectas.*

R nonn. ϼϼ 𝔄 = *deferant:* alii ϼϼ = *auferant.* Pinc. ci. = *consumantur.* 𝔄 = *praeda in arvis.* Pinc. ci. = *praeda Latinis.*

quid ad illum qui nullus? Sed tunc quoque, cum inter ho-

est, timet nullas post mortem minas eorum quibus usque ad mortem timeri parum est. Non conterret, inquit, me nec uncus nec proiecti ad contumeliam cadaueris laceratio foeda uisuris. Neminem de supremo officio rogo. nulli reliquias meas commendo: ne quis insepultus esset rerum natura prospexit. Quem saeuitia proiecerit dies condet. Diserte Maecenas ait:

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

Alte cinctum putes dixisse: habuit enim ingenium et grande et uirile, nisi illud secundis discinxisset. Uale.

mines est, timet nullas post mortem minas = B (sed sic iungit litteras: *quin ullus*). Ita ut scriberemus suasit Ianus, qui recte haec ad hominem ipsum, non ad animum, refert. GP1.3.4. Herb. 𝔑 — 𝔗 = *quid ad illum qui nullas. sed tunc quoque cum inter homines est timet ullas post mortem minas.* Erlang. = *quid ad illum qui multis sed tunc ... est ullus post mortem minas.* R = *quid ad illum qui nullas minas tunc quoque cum inter homines est timet ullas* [s *ne timebit*] *post mortem minas.* Pinc. brevior fideliorque lectio = *quid ad illum qui nullas. sed tunc quoque, cum inter homines est, minas timet ullas, post mortem timebit? Parum est conteret.* P2. = *quid ad illum qui tunc quoque inter homines est nullas minas timet, ullasve timebit post mortem minas.* 𝔛 = *quid ad illum qui nullas. sed tunc quoque inter homines ullas post mortem timeri parum est.* λπχ Col. 𝔅 — 𝔖 = *quid ad illum? Qui tunc quoque, cum inter homines est, nullas minas* [24. — *minas*] *timet, ullasne timebit post mortem minas eorum.* Rell. ρρ pro *ullasne* habent *ullas.* Grut. putat verba *eorum quibus ad mortem timeri parum est* e margine in contextum venisse.

non conterret = BRχΠ ci. Lips. 𝔊ro — 𝔖. 𝔑 — 24. = *non conteret.* G = *non conteres.* αε = *non terret.* B(cr. ∾) = *nec unctus.* BG = *de suppremo.*

sG 𝔛 = *insepultus sit.* BGR fere omnes ρρ Gr. 𝔑 — 𝔈1. = *prospicit.* BG P1.3.4. 𝔛 = *dies condit.* Sed G (s∾) P1.3. — *dies.*

nisi illud secundis discinxisset = ε. probat Rutgers. Varr. Lectt. III, 11. BGR plerique ρρ Gr. Pinc. omnis scripta lectio 𝔛𝔑 — 𝔈1. = *nisi illud secundis cinxisset.* γδψ ci. Pinc. 𝔊ro — 𝔖 = *nisi illud secum discinxisset.* quod probat Burm. ad Anth. Lat. I. p. 257. De structura cf. Roth ad Tacit. Agr. p. 241. sqq. cχ ci. Grut. = *nisi illud secunda discinxissent.* π = *nisi illud secunda destruxissent.* ρ = *nisi illud prosperis discinxisset.* Quidam ρρ = *secundis distinxisset.* 𝔈2. — 24. = *nisi illud ipse discinxisset.*

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER XV.

EPISTULA I. (93.)

Seneca Lucilio suo salutem.

In epistula qua de morte Metronactis philosophi querebaris, tamquam et potuisset diutius uiuere et debuisset, aequitatem tuam desideraui quae tibi in omni persona, in omni negotio superest, in una re deest in qua omnibus. Multos inueni aequos aduersus homines, aduersus deos neminem. Obiurgamus cotidie fatum: Quare ille in medio cursu raptus est? quare ille non rapitur? quare senectutem et sibi et aliis grauem extendit?
2 Utrum, obsecro te, aequius iudicas te naturae an tibi parere naturam? Quid autem interest quam cito exeas unde utique exeundum est? Non ut diu uiuamus curandum est, sed ut satis. Nam ut diu uiuas fato opus est, ut satis animo. Longa est uita, si plena est: inpletur autem, cum animus sibi bonum suum reddidit et ad se potestatem sui transtulit. Quid illum octoginta anni iuuant per inertiam exacti? non uixit iste, sed in uita mo-
3 ratus est: nec sero mortuus est, sed diu. Octoginta annis uixit. Interest mortem eius ex quo die numeres. At ille obiit uiridis. Sed officia boni ciuis, boni amici, boni filii exsecutus est: in nulla parte cessauit. Licet aetas eius inperfecta sit, uita perfecta est. Octoginta annis uixit. Immo octoginta annis *fuit*, nisi forte sic *uixisse* eum dicis, quomodo dicuntur arbo-

Lib. XV. Ep. 1. (93.)
𝔄𝔑 — 𝔈1. — *et* ante *potuisset.* 𝔄 + *in una tamen re deest.* Steph. (ad Dalech. Ep. 36.) ci. + *Multos enim* vel *Nam multos inveni.* mCol. = *Multos memini.* 𝔑 — 𝔗 + *et adversus deos.* R + *ille raptus est.* G(m∾) — *quare ille non rapitur.* 𝔑 — 𝔈1. haec collocant ante *Quare ille in medio cursu.*

2. GP1. 3. 4. — *te* post *obsecro.* 𝔄 + *iudicas te parere naturae.* 𝔅𝔈1. = *pur are naturam.* 𝔑 — 𝔖 = *dum utique exeundum est.* 𝔄 + *unde utique semel exeundum est.* 𝔑 — 𝔗 — *ut* ante *vivamus.* 𝔄 — *est* post *curundum.* B = *nec saero moratus* cr. *mortuus est.* P3. 4. 𝔑 — 𝔖 — *est* post *mortuus.*

3. G(m∾) — *vita perfecta — annis vixit.* G = *quomodo dicitur*

res uiuere. Obsecro te, Lucili, hoc agamus ut quemadmodum
pretiosa rerum sic uita nostra non multum pateat, sed multum
pendat. Actu illam metiamur, non tempore. Uis scire quid 4
inter hunc intersit uegetum contemptoremque fortunae functum
omnibus uitae humanae stipendiis atque in summum bonum eius
euectum et illum cui multi anni transmissi sunt? Alter post
mortem quoque est, alter ante mortem periit. Laudemus ita-
que et in numero felicium reponamus eum cui quantulumcumque
temporis contigit bene conlocatum est. Uidit enim ueram lu-
cem, non fuit unus e multis: et uixit et uiguit: aliquando se- 5
reno usus est, aliquando, ut solet, ualidi sideris fulgor per nu-
bila emicuit. Quid quaeris quamdiu uixerit? uixit: ad poste-
ros usque transsiluit et se in memoriam dedit. Nec ideo mihi
plures annos accedere recusauerim: nihil tamen mihi ad beatam
uitam defuisse dicam, si spatium eius inciditur. Non enim ad
eum diem me aptaui quem ultimum mihi spes auida promiserat:
sed nullum non tamquam ultimum adspexi. Quid me interrogas 6
quando natus sim? an inter iuniores adhuc censear? Habeo
meum. Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo
esse perfectus, sic et in minore temporis modo potest uita esse
perfecta. Aetas inter externa est. Quamdiu sim alienum est:
quamdiu uero uir sim meum est. Hoc a me exige, ne uelut
per tenebras aeuum ignobile emetiar: ut agam uitam, non ut

arbores. 𝔑 𝔐a + *Obsecro te, mi Luc.* contra mstos. BG (*e* n.) R (*e* n.) Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *sed multum pendeat.* σ = *sed multum splendeat.*

4. G (s∾) 𝔑 — 𝔗 = *vegetem.* 𝔐 — 𝔏1. — *eius* ante *evectum* contra mstos etiam Gr. G = *contingit.* ζιο sπ sσ sτ P2. Col. nonn. Pinc. 𝔄𝔏 — 𝔐a + *et vivit et vixit.*

5. 𝔄 = *sideris fulgur.* B(cr.∾) = *vivit ad posteros.* 𝔄 + *usque ad posteros usque.*

transsiluit = B. Sa (?) c 𝔄𝔖 = *transsilivit.* GR𝔑 — 𝔐a = *trunssiliit.*

nihil tamen mihi ad b. v. = mss. etiam Sac 𝔄𝔑𝔖. 𝔑 — 𝔐a — *mihi.* GP1.3. = *sed ullum non tamquam.*

6. R = *natus sum.* Col. (m∾) *inter minores.* χ Col. + *Habeo modum meum.* π + *Habeo meum aevum.* P3. (p.m.) = *Habeo mecum.* GP1. + *in minore temporis quomodo.* sGP3. = *temporis commodo.* 𝔑 — 𝔈1. = *temporis termino.* G(m∾) = *inter extrema est.* R — *Quamdiu sim alienum est.*

quamdiu vero vir sim = ϼϼ. cf. Prov. 5, 7. *ut efficiatur vir cum cura dicendus.* Ep. 52, 12. *quisquis vir est.* Plura dabit Index. BG Sac 𝔄 = *quamdiu vero ut sim.* R = *quamdiu vero vir bonus sum.* 𝔑 — 𝔅 + *quamdiu vero ut vir bonus sim.* 𝔈1. — 𝔊 + *quamdiu vero vir bonus sim.* 𝔐 — 𝔐a = *quamdiu vir bonus sim.* 𝔖 + *quamdiu sum, vir bonus ut sim.* G(m∾) = *ne vel per tenebras.* B (s∾) G (s.m.) = *ut non*

praeteruehar. Quaeris quod sit amplissimum uitae spatium?
7 Usque ad sapientiam uiuere. Qui ad illam peruenit adtigit non
longissimum finem, sed maximum. Ille uero glorietur audacter
et dis agat gratias interque eos sibi et rerum naturae inputet
quod fuit. Merito enim inputabit: meliorem illi uitam reddidit
quam accepit. Exemplar boni uiri posuit. qualis quantusque
esset ostendit: si quid adiecisset, fuisset simile praeterito.
Et tamen quousque uiuimus, omnium rerum cognitione fruiti
8 sumus. Scimus a quibus principalis natura se adtollat. quem-
admodum ordinet mundum. per quas annum uices reuocet.
quemadmodum omnia quae usquam erant cluserit et seipsam finem
sui fecerit. Scimus sidera inpetu suo uadere. praeter terram
nihil stare, cetera continua uelocitate decurrere. Scimus quem-
admodum solem luna praetereat. quare tardior uelociorem post
se relinquat. quomodo lumen accipiat aut perdat. quae causa
9 inducat noctem, quae reducat diem. Illuc eundum est ubi ista
propius adspicias. Nec hac spe, inquit sapiens ille, fortius exeo,
quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem ad-
mitti et iam inter illos fui animumque illo meum misi et ad me
illi suum miserant. Sed tolli me de medio puta et post mortem
nihil ex homine restare: aeque magnum animum habeo, etiam
si nusquam transiturus excedo. Non tam multis uixit annis

praeter vear. G (p.m.) = *ut non praeter veatur.* P4. = *non ut praeterear.* R rell. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *ut non praet.* Alter ordo est etiam apud Pinc.

7. 𝔑 = *attingit.* GR II rell. ρρ maior pars P1. 3. 4. 𝔅𝔈1. = *meliorem illis vitam.* 𝔑 — 𝔗 = *Melior illis vitam.*

quam accepit = BGR ρρ 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔊 = *quam acceperit.* 𝔐 — 𝔐a = *quam acceperat* ex ing. Mur. G(*m* n.) = *cognitionem fruiti sumus.* 𝔐 = *cogitatione fruiti sumus.* 𝔑 — 𝔊 = *cogitatione functi sumus.* sB Sa = *cognitione fructi sumus.* Col. = *cognitione fruti sumus.* Sc = *cogn. fracti sumus.* R βιοπστφχ P2. P3. (s.m.) = *cognitione structi sumus.* quod probat Grut. mπ = *fruiti vel freti.*

8. 𝔑 — 𝔊 = *ad quid principalis.* Lips. Sw. cii. = *a quibus principiis.* βιοστφ + *per quas annum vices in vires revocet.* 𝔑 — 𝔗 = *quae usque erant eluxerit.* R βσ P3. (s.m.) = *nusquam erant eduxerit.* GP1. = *usquam erant duxerit.* P2. = *cluserit.* P4. = *cluserint.* Col. = *quae nusquam erant clauserit.* G(s∾) = *cum tardior vel.* B (cr.∾) = *quam causa inducat.*

9. ηισ = *Ne hac spe.* Sanctol. ci. = *Nae hac spe.* τ = *In hac spe.* m𝔈2.𝔈𝔊 = *Nunc hac spe.* G = *nec hac sepe.* Sc 𝔖 = *illo fortius exeo.* Putat Sw., si *ille* scripserit Seneca, *sapiens* e scholio interpolatum esse. R Gr. 𝔑 — 𝔊 = *etiam inter illos.* In G *iam* est a s. m.

miserant = B Sac 𝔄𝔖. GR𝔑 — 𝔐a = *miserunt.* G (cr. ∾) R = *nunquam transiturus.* G (s∾) 𝔑 — 𝔊 = *accedo.*

quam potuit. Et paucorum uersuum liber est et quidem laudandus atque utilis. Annales Tanusii scis quam ponderosi sint et quid uocentur. Hoc est uita quorumdam longa, quod Tanusii sequitur annales. Numquid feliciorem iudicas eum qui summo die muneris quam eum qui medio occiditur? numquid aliquem tam stulte cupidum esse uitae putas, ut iugulari in spoliario quam in arena malit? Non maiore spatio alter alterum praecedimus. Mors per omnes it: qui occidit consequitur occisum. Minimum est de quo sollicitissime agitur. Quid autem ad rem pertinet quamdiu uites quod euitare non possis? Uale.

EPISTULA II. (94.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Eam partem philosophiae quae dat propria cuique personae

10. *Tanusii* = B Sa Pinc. v. l. (eadem scriptura etiam apud Suet. in Iul. 9. cf. Turneb. Advv. XV, 22, 469. Voss. de Histt. Latt. I. p. 59. ed. Frcf.) 𝔈𝔊𝔑u — 𝔖. R plures Pall. 𝔛 = *Tamisii.* (quod habebant etiam codd. Torrentii apud Suet. l.l.) 𝔑 — 𝔈1. = *Tamasii.* Duo pp 𝔈2. 𝔐 — 𝔅1. = *Tamusii.* Col. = *Cammisii.* G = *tam misii.* P1. = *tam miserii.* Rell. pp promiscue = *Tanusii, Tannusii, Tamisii, Ranusii.*

quam ponderosi sint = Sa (s.m.) ci. Is. Voss. (ad Catull. p. 87.) 𝔖. B cod. Is. Voss. Sa (p. m.) quidam Pinc. = *quam non derosi sint.* unde Pinc. ci. = *quanto opere derisi sint* vel *quanto derisui sint.* G(s.m.) R(s.m.) cod. Leodiens. (apud Torrent. ad Suet. Iul. 9.) plerique Pall. Col. Sc 𝔛𝔑u 𝔐a = *quam non decorosi sint.* probat Gron. G(p m.) = *quam non decosi sint.* R (p.m.) quidam Pinc. = *quam non dedecorosi sint.* Alii Pinc. = *quam non dederosi sint.* Maior pars pp = *quam non dedecurosi* vel *decorosi sint.* 𝔑 — 𝔗 = *quam non dedero: etsi fuit.* 𝔅 — 𝔅1. = *quam non decori sint.* m𝔈2. = *quam non desidero etsi sint.* Lips. ci. = *quam non desiderosi sint.* Nonn. pp P1. P3. (s.m.) 𝔛𝔑 — 𝔐 = *et qui vocentur.* P2. 3. Col. = *qui vocentur* om. *et.* Erm. ci. = *etsi sint qui iocentur.*

Hoc est vita — quod Tan. = Sc 𝔛𝔖. BR Sa + ∾ *et quod Tan.* (in hoc nomine hic eadem est scripturae varietas quae supra). Etiam tres Pall. Col. = *Hoc est vita.* G cod. Leodiens. 𝔑 — 𝔈2. 𝔑u 𝔐a = *Haec est vita* ∾ *et quod.* Pinc. ci. = *Atque est vita* ∾ *et quod.* 𝔈 — 𝔅1. = *aeque est vita* ∾ *et quod.* Nonn. pp = *et quae Tanusii.* Grut. ci. = *Annales Tanusii scis quam non decorosi sint, et qui vocentur? hoc est vita quorundam longa. Numquid feliciorem* rell. om. 𝔅1. verba *aeque est vita quorundam longa* uncis includit. B(p.m.) = *summo hodie muneris.* 𝔛 + *muneris vivit quam eum.* 𝔛 + *qui in medio occiditur.* P4. = *qui modico occiditur.*

aliquem tam stulte cupidum esse = B sR pp (exc. 𝔇𝔵𝔬𝔬) P2. P3. (s.m.) Pinc. v. l. 𝔛𝔊ro — 𝔖. G𝔇𝔵 𝔬𝔬 P1. 4. 𝔑 — 𝔏4. — *stulte.* 𝔛 = *qui occidit sequitur occisum.* Quidam Pinc. 𝔛 = *Quid enim ad rem.* 𝔑 — 𝔗 — *autem.* 𝔛 + *quod finaliter evitare.*

Lib. XV. Ep. 2. (94.)

𝔗𝔅 = *Hanc partem.* G = *quae dat proprie.*

praecepta nec in uniuersum conponit hominem, sed marito sua-
det quomodo se gerat aduersus uxorem, patri quomodo educet
liberos, domino quomodo seruos regat, quidam solam recepe-
runt. ceteras quasi extra utilitatem nostram uagantes relique-
runt: tamquam quis posset de parte suadere, nisi qui summam
2 prius totius uitae conplexus est. Sed Ariston Stoicus contrario
hanc partem leuem existimat et quae non descendat in pectus
usque. Ad illam habentem praecepta plurimum ait proficere
ipsa decreta philosophiae constitutionemque summi boni, quam
qui bene intellexit ac didicit quid in quaque re faciendum sit sibi
ipse praecepit. Quemadmodum qui iaculari discit destinatum lo-
3 cum captat et manum format ad dirigenda quae mittit, cum hanc
uim ex disciplina et exercitatione percepit, quocumque uult illa
utitur (didicit enim non hoc aut illud ferire, sed quodcumque
uoluerit): sic qui se ad totam uitam instruxit non desiderat par-
ticulatim admoneri doctus in totum. non enim quomodo cum
uxore aut cum filio uiueret, sed quomodo bene uiueret: in hoc
est et quomodo cum uxore ac liberis uiuat. Cleanthes utilem
quidem iudicat et hanc partem, sed inbecillam, nisi ab uniuerso
fluit, nisi decreta ipsa philosophiae et capita cognouit. In duas

Nonn. ρρ — *in* ante *universum*.

G(s∾) P1. 3. ℜ — 𝔊 = *receperant.* G (m∾) = *vagantes deliquerat.* ℜ — 𝔊 = *reliquerant.*

tamquam quis posset = BGR fere omnes ρρ 𝔄𝔈1. — 𝔊. ℜ — 𝔅 + *tamquam quis non posset.* 𝔐 — 𝔖 = *possit.* G = *de patre suadere.* GP1. 3. ℜ — 𝔗 = *nisi qui summa.*

2. *Aristo n* = mss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *Aristo.*

contrario = mss. 𝔄ℜ — 𝔗𝔖. 𝔅 — 𝔐𝔞 + *e contrario.* 𝔄 = *descendit.*

Ad illam habentem praecepta — constitutionemque summi boni = γδζκσχ Sa (?) 𝔄𝔖. ℜ — 𝔗 + ∾ *constitutionemque esse summi boni.* GR = *At illam* ∾. ερ = *At illam* ∾ *ad ipsa decreta* ∾. B = *an illa habentem* ∾. Etiam rell. ρρ = *habentem* sine *non* et = *constitutionemque summi boni:* duo tantum + *ipsaque*, quod etiam in R addidit s.m. Col. + ∾ *ipsaque* ∾. P1. = *An illam hab. pr.* P3. (s.m.) = *At illam* etc. P4. = *ad illa hab. pr.* In reliquis Gr. concordare videntur cum scriptura a nobis recepta. 𝔅 = *ut illum hab. pr.* ∾ *ipsaque* ∾. 𝔈1. — 𝔊 = *At illam hab.* ∾ *ipsaque* ∾ *constitutionemque esse summi boni.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *at illam non hab. pr.* ∾ *ipsaque decr. constitutionem esse summi boni.* Pinc. ci. = *at illam habentem decreta.*

ac didicit = B𝔄𝔖. GR ℜ — 𝔐𝔞 = *et didicit.* P3. = *sibi ipse praecipit.* P2. = *ipse percepit* om. *sibi.* 𝔄 = *locum temptat.*

3. GR (s∾) = *sed quocumque voluerit.* 𝔄 = *construxit.*

non enim quomodo = BGR 𝔄ℜ — 𝔈1.𝔖. 𝔈2. — 𝔐𝔞 — *enim.* 𝔄 = *in huc est quomodo* om. *et.*

4. 𝔄 = *utilem quidem inducit.*

sed inbecillam = BGII et rell. ρρ maior pars 𝔄𝔖. Rℜ — 𝔐𝔞 = *sed imbecillem.*

ergo quaestiones locus iste diuiditur: Utrum utilis an inutilis sit
et an solus uirum bonum possit efficere, id est, utrum super-
uacuus sit an omnes faciat superuacuos. Qui hanc partem ui-
deri uolunt superuacuam hoc aiunt: Si quid oculis obpositum
moratur aciem, remouendum est. illo quidem obiecto operam
perdidit qui praecipit: *Sic ambulabis, illo manum porriges.*
Eodem modo ubi aliqua res obcaecat animum et ad officiorum
dispiciendum ordinem inpedit, nihil agit qui praecipit: *Sic uiues
cum patre, sic cum uxore.* Nihil enim proficient praecepta, 5
quamdiu menti error obfusus est: si ille discutitur, adparebit
quid cuique debeatur officio. Alioquin doces illum quid sano
faciendum sit, non efficis sanum. Pauperi ut agat diuitem mon-
stras: hoc quomodo manente paupertate fieri potest? Ostendis
esurienti quid tamquam satur faciat: fixam potius medullis fa-
mem detrahe. Idem tibi de omnibus uitiis dico: ipsa remo-
uenda sunt, non praecipiendum quod fieri illis manentibus non
potest. Nisi opiniones falsas quibus laboramus expuleris, nec 6
auarus quomodo pecunia utendum sit exaudiet nec timidus quo-
modo periculosa contemnat. Efficias oportet ut sciat pecuniam
nec bonum nec malum esse. ostendas illi miserrimos diuites:
efficias ut quicquid publice expauimus sciat non esse tam timen-
dum quam fama circumfert, nec dolere quemquam nec mori.

R(m∾) — *ergo* ante *quaestiones.* G = *utrum supervacuum sit.*

illo quidem obiecto = B nonn. ρρ P2. Col. Sac 𝔖. R𝔈1. + *illo quidem non obiecto.* GP1. 3. 4. 𝔅𝔈2. — 𝔐a = *illo quidem non abiecto.* 𝔄ℜ — 𝔗 = *illo quidem abiecto.* G (m∾) P1. 3. 4. = *operam dedit.* Omnes (?) ρρ = *operam perdit.*

qui praecipit = B sG ρρ. G (p.m.) R 𝔄ℜ — 𝔖 = *qui praecepit.* Nonn. ρρ 𝔄 = *Si quo ambulabis.* R(lit.) + *sic.* *Eo ambulabis.* Quidam ρρ + *Sic eo ambulabis.* γδ϶ = *illi manum porriges.* 𝔄 = *porrigis.* B (p.m.) = *occaecat.* 𝔄 = *excaecat.* Gℜ — 𝔈1. = *despiciendum.* ℜ — 𝔅𝔖 = *qui praecepit.* 𝔄 — *Sic vives* — *cum uxore.*

5. Gℜ — 𝔈1. = *mentis error.* βιστχ = *mens errore confusa* vel *obfusa est.* 𝔄 = *mens errore effussa est.* B(s∾) = *offusus est.* BG(lit.) = *alioquin doces illo quid sano.* P1. = *alio qui doces illo quid sunio* (sic etiam G p.m.). P3. = *alio quid doces illo quid sano.* P4. = *alioquin doces aegrum quid sano.* ℜ — 𝔈2. = *alioquin doces illud quod sano.* Pron. *illum* quod in R s.m. tantum addidit, suspectum mihi est. 𝔄 = *efficies sanum.* G = *famam detrahere.*

dico = mss. etiam Gr. 𝔄𝔊rc — 𝔖. ℜ — 𝔏4. = *dicam.*

6. *periculosa* = BGR II rell. ρρ maior pars Sac 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *pericula.* G = *Efficies ut quicquid.* 𝔄 — *ut.* Nonn. ρρ = *publice expavemus.*

nec dolere quemquam nec mori = BGγδεζ϶λΠτψ P 1. 3. 𝔄 (G = *quamquam*). R (lit.) 𝔅 — 𝔏4. =

7 Saepe in morte quam pati lex est magnum esse solatium, quod ad neminem redit. in dolore pro remedio futuram obstinationem animi qui leuius sibi facit quicquid contumaciter passus est. Optimam doloris esse naturam, quod non potest nec qui extenditur magnus esse nec qui est magnus extendi. Omnia fortiter
8 excipienda quae nobis mundi necessitas imperat. His decretis cum illum in conspectum suae condicionis adduxeris et cognouerit beatam esse uitam non quae secundum uoluptatem est, sed secundum naturam, cum uirtutem unicum bonum hominis adamauerit, turpitudinem solum malum fugerit, reliqua omnia, diuitias, honores, bonam ualitudinem, uires, imperia scierit esse mediam partem, nec bonis adnumerandam nec malis: monitorem non desiderabit ad singula qui dicat, *Sic incede, sic coena. Hoc uiro, hoc feminae, hoc marito, hoc caelibi*
9 *conuenit.* Ista enim qui diligentissime monent ipsi facere non possunt. Haec paedagogus puero, haec auia nepoti praecipit et irascendum non esse magister iracundissimus disputat. Si ludum literarium intraueris, scies ista quae ingenti supercilio philosophi iactant in puerili esse praescripto. Utrum deinde
10 manifesta an dubia praecipies? Non desiderant manifesta monitorem. praecipienti dubia non creditur: superuacuum est ergo praecipere. Id adeo sic disce. Si id mones quod obscurum est et ambiguum, probationibus adiuuandum erit: si proba-

nec dolorem quoque nec mortem. 𝔑—𝔗 = *nec dolorem quoque nec mori.* P4. = *nec dolere quicquam nec mori.* βχ mɔ Col. 𝔊ro — 𝔖 = *nec dolere quoque nec mori.*

7. G = *saepe in monte.* 𝔄 — *solatium.* o = *in dolore profuturam* om. *remedio.* G = *Optimum doloris.* R — *nec* ante *qui extenditur.*

fortiter excipienda = mss. etiam Sac 𝔑—𝔏4. 𝔖. 𝔊ro — 𝔐a = *fortiter accipienda.* 𝔄 + *excipienda sunt* et = *necessitas ingerat.*

8. G = *in conspectu.* G = *secundum voluntatem.* 𝔄 = *unum bonum adamaverit* om. *hominis.* R = *ad monitorem.* G = *nec desiderabit.* B = *desideravit.* βιοστ P2. Col. nonn. Pinc. 𝔄 = *Sic incede, sic mane.*

9. G(p.m.) = *primi facere.* sG = *ipsa facere.* G = *Haec paedagus.* βιστ mo 𝔄 = *Nec paedagogus puero nec avia nepoti praecipiet irascendum: non etsi* [𝔄 = *et*] *magister.* Etiam B(p.m.) II et alii duo ρρ = *non etsi magister.* 𝔄𝔑 — 𝔈ℓ. = *ludum literarum.* G = *ista non ingenti superc.* RP3. (s.m.) = *quae eminenti superc.*

Utrum deinde manifesta = B𝔖. GR ρρ Gr. Pinc. 𝔄𝔑𝔑u 𝔐a = *Utrum manifesta deinde.* 𝔗 — 𝔅1. = *Utrum manifesta demum.*

manifesta monitorem = BR Pinc. P2. P3. (s.m.) Col. 𝔄𝔖. G𝔑 — 𝔐a = *monitores.*

10. Col. = *Si id admones.* 𝔑 — 𝔈2. = *Si iam mones.* G (m∾) = *proba adiuvandum erit.*

turus es, illa per quae probas plus ualent satisque per se sunt. *Sic amico utere, sic ciue, sic socio.* Quare? *quia iustum est.* Omnia ista mihi *de iustitia* locus tradit. Illic inuenio 11
aequitatem per se expetendam. nec metu nos ad illam cogi nec mercede conduci. non esse iustum cui quicquam in hac uirtute placet praeter ipsam. Hoc cum persuasi mihi et perbibi, quid ista praecepta proficiunt quae eruditum docent? Praecepta dare scienti superuacuum est, nescienti parum. Audire enim debet non tantum quid sibi praecipiatur, sed etiam quare. Utrum, 12
inquam, ueras opiniones habenti de bonis malisque sunt necessaria an non habenti? Qui non habet nihil a te adiuuabitur: aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit. qui habet exactum iudicium de fugiendis petendisque scit quid sibi faciendum sit etiam te tacente. Tota ergo pars ista philosophiae submoueri potest. Duo sunt propter quae delinquimus: aut inest 13
animo prauis opinionibus malitia contracta aut, etiam si non est falsis occupatus, ad falsa procliuis est et cito specie quo non oportet trahente conrumpitur. Itaque debemus aut percurare mentem aegram et uitiis liberare, aut uacantem quidem, sed ad peiora pronam praeoccupare. Utrumque decreta

G = *illa quae probas* om. *per.* 𝔄 = *Sic amico vero, sic civi.*

11. G = *ad illa cogi.* P2. Col. = *nec esse iustum.* R = *non est iustum.* P 3. = *cui quicquam in ipsa virtute.*

Hoc cum persuasi = BG𝔄. RP3. = *Hoc enim persuasi.* ℜ — 𝔅 = *Hoc tamen persuasi.* 𝔈1. — 𝔖 = *Haec cum pers.*

et perbibi = ψ𝔈2. — 𝔖 (exc. 𝔈.) B𝔈 = *et perhibi.* βσχ = et *probavi.* Rell. ϱϱ = *et perhibui* vel *prohibui.* RP2. m𝔈 2. = *et perhibui.* G rell. Gr. 𝔄ℜ — 𝔈1. = *et prohibui.* G(m∾) = *praecepta praecipiunt.* 𝔄 = *proficiant.* G = *scienti parum.* 𝔄 = *non quantum praecipiatur.* ℜ — 𝔈1. = *sed etiam quaeritur.*

12. B(s∾) = *fame possedit.*

BGR(s∾) P1. P3. (s.m.) 𝔄ℜ — 𝔈2. — *quid* ante *sibi faciendum.* Col. + *scit quid non sibi faciendum sit.* B(s.m.) G P1. 3. 𝔄ℜ — 𝔈 2. = *faciendum scit etiam te tacente.* R + *faciendum sit, quid* [s *non*] *etiam te tacente.* βειλπσφχ P2. Pinc. ex. domest. + *faciendum sit, quid non etiam te tacente.* P3. (s.m.) = *faciendum sit, quid non te tacente.* probat Grut. Nonn. ϱϱ + *faciendum sit, scit etiam te tacente.*

13. 𝔄 = *derelinquimus.* Gℜ — 𝔗 = *proclivus est.* R quatuor e recc. ϱϱ P2. Col. = *et cito spe qua non oportet.* P4. = *et cito spe quod non oportet.* BP1. 3. = *quod non oportet.* G = *quod* [s *non*] *oportet.* 𝔄 = *quod non habet.* ℜ — 𝔗 = *quo non optet.* 𝔄 — *aut* ante *percurare.* Recc. ϱϱ nonn. P2. 4. Col. ℜ — 𝔈 1. = *aut procurare.* π = *aut praecurare.* m𝔈1. 𝔈 2. — 𝔐 = *aut curare.* ℜ — 𝔅 = *mentem integram.*

aut vacantem = R P2. Col. P3. (s.m.) quidam Pinc. 𝔄𝔐 — 𝔖. BG Π rell. ϱϱ maior pars P1. P3. (s.m.) 4. ℜ — 𝔖 = *aut vagantem.*

14 philosophiae faciunt: ergo tale praecipiendi genus nil agit. Praeterea si praecepta singulis damus, inconprehensibile opus est. Alia enim dare debemus feneranti, alia colenti agrum, alia negotianti, alia regum amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores amaturo. In matrimonio praecipias quomodo uiuat cum uxore aliquis quam uirginem duxit, quomodo cum ea quae alicuius ante matrimonium experta est, quemadmodum cum locu-
15 plete, quemadmodum cum indotata. An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem et fecundam, inter prouectiorem et puellam, inter matrem et nouercam? Omnes species conplecti non possumus: atqui singulae propria exigunt. Leges autem
16 philosophiae breues sunt et omnia adligant. Adice nunc quod sapientiae praecepta finita debent esse et certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt. sapientia rerum terminos nouit. Ergo ista praeceptiua pars submouenda est, quia quod paucis promittit praestare omnibus non potest, sapientia autem
17 omnes tenet. Inter insaniam publicam et hanc quae medicis traditur nihil interest, nisi quod haec morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex ualitudine, altera animi mala ualitudo est. Si quis furioso praecepta det quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in priuato: erit ipso quem monebit insanior. bilis nigra curanda est et ipsa furoris causa remouenda. Idem in hoc alio animi furore faciendum est: ipse discuti debet: alio-
18 quin abibunt in uanum monentium uerba. Haec ab Aristone dicuntur. Cui respondebimus ad singula. Primum aduersus illud quod ait, *si quid obstat oculo et inpedit uisum, debere*

nil agit = BGR ρρ 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *nihil agit.*

14. G(s∾) = *colendi agrum.* 𝔖 = *praecipies.* 𝔈 1. — 𝔏4. — *ante* ante *matrimonium.* 𝔑 = *comperta est.* P2. — *est.*

B = *locupletem* [*m* del.] ∾ *indotatam.*

15. P3. — *non* inter *An* et *putas.* G(n.) + *atqui ille singulae.* II = *Leges huius philosophiae.*

16. *sapientiae praecepta* = B ρρ (exc. ϰφ) 𝔄𝔖. GRϰφ 𝔑 — 𝔐a = *sapientis.*

17. sR recc. ρρ 𝔑 — 𝔅 + *quae a medicis.* G — *se gerere* post *in publico.* π + *sed bilis nigra.* GR rell. ρρ P2. Col. P3. (s.m.) 𝔄𝔗 — 𝔊 + *si bilis nigra.* P1. 𝔑 = *sibilis nigra.* 𝔑u — 𝔖 + *scilicet bilis nigra.* ex ci. Grut. B P4. 𝔐 — 𝔅 1. ∾. Illud *si* puta ex *sed* ortum, quod librariorum ex more olim adiectum fuit. R — *alio* ante *animi furore.* B = *alioqui abibunt.* G = *in vanum momentum verba.* Cod. Gron. = *in manu loquentium verba.* probasset Gron., si plures libri idem exhiberent.

18. R = *Primum adversus i-*

remoueri. Fateor huic non opus esse praeceptis ad uidendum,
sed remedio quo purgetur acies et officientem sibi moram effu-
giat. Natura enim uidemus cui usum sui reddit qui remouit 19
obstantia. Quid autem cuique debeatur officio natura non docet.
Deinde cuius curata subfusio est is non protinus, cum uisum
recepit, aliis quoque potest reddere: malitia liberatus et liberat.
Non opus est exhortatione, ne consilio quidem, ut colorum
proprietates oculus intellegat. a nigro album etiam nullo mo-
nente distinguet: multis contra praeceptis eget animus, ut uideat
quid agendum sit in uita. Quamquam oculis quoque aegros me- 20
dicus non tantum curat, sed etiam monet. Non est, inquit,
quod protinus inbecillam aciem committas inprobo lumini. a te-
nebris primum ad umbrosa procede, deinde plus aude et paula-
tim claram lucem pati adsuesce: non est quod post cibum stu-
deas. non est quod plenis oculis ac tumentibus imperes. ad-
flatum et uim frigoris in os occurrentis euita: alia eiusmodi quae
non minus quam medicamenta proficiunt. Adicit remediis medi- 21
cina consilium. *Error, inquit, est causa peccandi. hunc
nobis praecepta non detrahunt nec expugnant opiniones de
bonis ac malis falsas.* Concedo per se efficacia praecepta non
esse ad euertendam prauam animi persuasionem: sed non ideo
aliis quidem adiecta proficiunt? Primum memoriam renouant.
deinde quae in uniuerso confusius uidebantur in partes diuisa

stud. 𝔈2. — 𝔊 = *praeceptis ad vivendum.* Nonn. ϱϱ 𝔑 — 𝔅 = *efficientem sibi.* o = *offendentem sibi.* χ = *off. sibi molem.*

19. G(cr. ∾) φ = *visum sui reddit.* r,π P3. = *visum suum reddit.* ε = *usum suum reddit.* 𝔛 — *qui* ante *removit* = BGR ϱϱ 𝔛𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *removet.* 𝔑 — 𝔗 = *obstantiam.* sBG ϱϱ (exc. σ ∾ εϱ) 𝔛𝔑 — 𝔅 = *natura nos docet.* εϱ — *non.* R recc. ϱϱ P2. Col. 𝔛𝔅 = *liberatur et liberat.* 𝔑 — 𝔗 = *liberatur. libertatis.* GP1. 3. = *et liberat liberatus.* 𝔈1. — 𝔊 = *liberatur et liberatis.* Nonn. ϱϱ = *liberat liberatus.* Rell. etiam Pinc. ∾. sG 𝔑 — 𝔐a = *nec consilio quidem.*

20. 𝔑 — 𝔗 + *multis e contra praeceptis.*

quamquam oculis quoque = B Sa 𝔖. GR 𝔛𝔑 — 𝔐a = *oculos.* B(s∾) — *sed* ante *etiam monet.* fortasse recte. 𝔑 — 𝔗 = *imbecillem aciem.*

a tenebris primum = mss. 𝔛𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *primo.* B(p.m.) = *Atflatum.* εr,ϱ = *mox occurrentis.* Maior pars ϱϱ + *aliaque eiusmodi.*

21. 𝔖 = *medicina consilia* ex ci.

nec expugnant = B maior pars ϱϱ 𝔛𝔖. GR 𝔑 — 𝔐a = *non expugnant.* B (s∾) = *ac malis falsa.* G𝔛𝔑 — 𝔈1. = *Concede per se.* 𝔛𝔑 — 𝔗 = *esse ad vertendam.* 𝔅 = *esse evertendam* om. *ad.* 𝔈2. 𝔊 = *esse avertendam.* 𝔐 — 𝔏1. = *esse ad avertendam.* Rell. etiam Gr. ∾. G — *pravam.* 𝔈2. — 𝔖 + *ne aliis quidem adiecta* contra mstos etiam Gr. GP1. = *abiecta.* 𝔑 = *obiecta.* 𝔛 = *ad recta.* γϱϱ + *non proficiunt.*

22 diligentius considerantur. Aut tu isto modo licet et consolationes dicas superuacuas et exhortationes: atqui non sunt superuacuae, ergo ne monitiones quidem. *Stultum est*, inquit, *praecipere aegro quid facere tamquam sanus debeat, cum restituenda sanitas sit sine qua inrita sunt praecepta.* Quid, quod habent aegri quaedam sanique communia de quibus admonendi sunt? tamquam ne auide cibos adpetant, ut lassitudinem uitent. Habent quaedam praecepta communia pauper et diues.
23 *Sana*, inquit, *auaritiam et nihil habebis quod admoneas aut pauperem aut diuitem: cupiditas utriusque considet.* Quid quod aliud est non concupiscere pecuniam, aliud uti pecunia scire? cuius auari modum ignorant, etiam non auari usum. *Tolle*, inquit, *errores: superuacua praecepta sunt.* Falsum est: puta enim auaritiam relaxatam, puta adstrictam esse luxuriam, temeritati frenos iniectos, ignauiae subditum calcar: etiam remotis uitiis quid et quemadmodum debeamus facere di-
24 scendum est. *Nihil*, inquit, *efficient monitiones admotae grauibus uitiis.* Ne medicina quidem morbos insanabiles uincit: tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in leuamentum. Ne ipsa quidem uniuersae philosophiae uis, licet totas in hoc uires suas aduocet, duram iam et ueterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia non omnia. *Quid prodest*, inquit, *aperta monstrare?* Plurimum: interdum
25 enim scimus nec adtendimus. Non docet admonitio, sed aduertit, sed excitat, sed memoriam continet nec patitur elabi. Ple-

22. *Aut tu isto modo* = Ss. 𝔄 𝔈2. — 𝔏4. 𝔖. BG P1. 3. 4. Col. 𝔑 𝔈1. = *Aut in isto modo.* RP2. = *Aut etiam isto modo.* 𝔊ro — 𝔐a = *At tu isto modo.* ϱϱ = *Aut etiam* vel *At etiam isto modo.* Plerique recc. ϱϱ P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔗 = *Quidni habent aegri.* B(cr. ∾) = *ne aut* [s *de*] *cibos adpetant.* G (cr. ∾) P1. 𝔑 — 𝔗 = *ne aut de cibis.* βιλοσφχ P2. Col. 𝔅 + *noxios cibos.* π = *ut de cibis ne noxios appetant.* Π = *ne ut de cibis app.* P3. = *cibis app.* P4. = *cibo app.*
23. B = *Saniat, inquit.* γδη̧ψ = *Tolle, inquit, av.* ζ = *Sane tolle, inquit, avar.*
divitem: cupiditas = B (p.m.). sB GR 𝔑 — 𝔖 + *si cupiditas.* Recc. ϱϱ 𝔄 + *sic cupiditas.* 𝔑 — 𝔗 = *utriusque consideretur* (Sw. male laudat *consideret*). G (s∾) = *utriusque desidet.* Sw. malebat *consedit* vel *consederit* vel *considerit.* At mss. etiam Sac ∾: nec opus est haec emendatio sublata *si* particula. 𝔑 = *Quidni aliud est.* B(s∾) = *adstrittam.* R = *calcar esse remotis.*
24. G𝔑 — 𝔅 = *Nec ipsa quidem.* R = *universa.*
licet totas = BGΠ nonn. alii ϱϱ Erl. 𝔄. probat Ianus. R Herb. 𝔑 — 𝔖 = *licet tota.*
25. P1. 3. = *Non decet admonitio.* G = *sed avertit.* G (cr. ∾) R γδ𝔖λΠφψ = *nec patitur relabi.*

raque ante oculos posita transimus: admonere genus adhortandi
est. Saepe animus etiam aperta dissimulat: ingerenda est ita-
que illi notitia rerum notissimarum. Illa hoc loco in Uatinium
Calui repetenda sententia est: *Factum esse ambitum scitis et*
hoc uos scire omnes sciunt. Scis amicitias sancte colendas
esse: sed non facis. scis inprobum esse qui ab uxore pudici- 26
tiam exigit ipse alienarum corruptor uxorum. scis ut illi nil
cum adultero, sic tibi nil esse debere cum pellice: et non facis.
Itaque subinde reducendus es ad memoriam: non enim reposita
illa esse oportet, sed in promptu. Quaecumque salutaria sunt
saepe agitari debent, saepe uersari, ut non tantum nota sint
nobis, sed etiam parata. Adice nunc quod aperta quoque aper- 27
tiora fieri solent. *Si dubia sunt,* inquit, *quae praecipis,*
probationes adicere debebis: ergo illae, non praecepta
proficient. Quid? quod etiam sine probationibus ipsa monen-
tis auctoritas prodest? sic quomodo iurisconsultorum ualent re-
sponsa, etiam si ratio non redditur. Praeterea ipsa quae prae-
cipiuntur per se multum habent ponderis, utique si aut carmini
intexta sunt aut prosa oratione in sententiam coartata, sicut illa 28
Catoniana: *Emas non quod opus est, sed quod necesse est.*
Quod non opus est asse carum est. Qualia sunt illa aut red-
dita oraculo aut similia: *Tempori parce. Te nosce.* Num-
quid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus?

Iniuriarum remedium est obliuio.
Audentes fortuna iuuat.
Piger ipse sibi obstat.

G — *etiam aperta:* posterius tantum in margine suppletum est. Gαγδζη⁵χλ (cr. ∾) IIρϙ (cr. ∾) ψ P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔐 — 𝔈1. = *in vaticinium Calvi.* Rell. ρϼ = *Marci Vatinii Calvi.* P2. = *M. Vatinii Calvi.*
26. B = *cum adultero sit.*
tibi nil esse = BGR 𝔖. 𝔛 = *tibi nihil esse.* 𝔑 — 𝔐a = *nihil tibi esse.* B = *cum paelice.* G = *cum pelice.* G(s∾) P1. 3. 4. = *agitari oportet.* Col. = *agitari deberi.* 𝔛 — *saepe* ante *versari.* 𝔈1.— 𝔊 = *non ut tantum nota.* G(s∾) ε = *sed etiam aperta.*
27. 𝔛 = *Si dubia sunt, inquis.* G (cr. ∾) = *quae praecipitis.* ε!ɔ 𝔛 = *adiicere* [𝔛 = *addicere*] *debes.* G𝔑 = *Quidquid etiam sine.* 𝔛 = *Quid etium probationibus.* 𝔑 = *iurisconsulti.* 𝔛 — *valent.* αβɔ = *prosaica oratione.* 𝔑 = *prosayca or.* o (s∾) = *in sententiam contracta.*
28. P3. (s.m.) + *Emas non quod opus non est.* Pinc. ci. + *Non emas quod opus non est.* 𝔑 = *Quod vero opus asse carum est.* α𝔍u = *reddita oracula.* υ = *reddita per oraculum.* G𝔛 = *Te nosse.* 𝔑 = *Numquid orationem.* 𝔛 = *cum tibi altus aliquos dixerit versus.* ρɔ 𝔛 = *audaces fortuna.*
ipse sibi obstat = B𝔛𝔖. GR 𝔑 — 𝔐a = *sibi ipse obstat.*

29 Aduocatum ista non quaerunt. adfectus ipsos tangunt et natura uim suam exercente proficiunt. Omnium honestarum rerum semina animi gerunt quae admonitione excitantur, non aliter quam scintilla flatu leui adiuta ignem suum explicat. Erigitur uirtus, cum tacta est et inpulsa. Praeterea quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta, quae incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt. Quaedam diuersis locis iacent sparsa
30 quae contrahere inexercitata mens non potest. Itaque in unum conferenda sunt et iungenda, ut plus ualeant animumque magis adleuent. Aut si praecepta nihil adiuuant, omnis institutio tollenda est, ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt non uident alium ingenii esse mobilis et erecti, alium tardi et hebetis, utique alium alio ingeniosiorem. Ingenii uis praeceptis alitur et crescit nouasque persuasiones adicit innatis et de-
31 prauata corrigit. *Si quis*, inquit, *non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuuabunt uitiis obligatum?* Hoc scilicet, ut illis liberetur. Non enim exstincta in illo indoles naturalis est, sed obscurata et obpressa: sic quoque temptat resurgere et contra praua nititur: nancta uero praesidium et adiuta praeceptis eualescit. si tamen illam diutina pestis non infecit, nec enecuit: hanc enim ne disciplina quidem philoso-
32 phiae toto inpetu suo connisa restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiae et praecepta, nisi quod illa generalia prae-

29. B (n.) = *et naturan vim suam.* R + *admonitione animi.* sR βιλοφ 𝔄 + *quam si scintilla.* G = *Exitur virtus.* B (cr. ∾) *et plus valeant.*

30. GP1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *animum quoque magis.* 𝔈𝔊 = *animum magis* om. *que.* Rell. etiam Pinc. ∾. 𝔑 = *nihil adiuverint.* G (cr. ∾) R αγζϡικλΠστυφψ P1. 3. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *aliud ingenium esse hominis mobilis* [ζΠ = *nobilis*] ∾ *aliud tardi.* P4. = *non vident ingenium esse hominis mobilis et erecti aliud tardi.*

alium alio ingeniosiorem = B ιχ P2. Pinc. Sac 𝔄𝔖. GR P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔐a = *alius alio ingeniosior est.*

31. R(s∾) = *Si quis, inquis.* G (s∾) = *recte decreta.* Bγει mo = *vitiosis obligatum.* quod examina. G(s∾) fere omnes ρρ P1. P3. (p.m.) P4 𝔑 — 𝔈2. — *illis* ante *liberetur.* RP3. (s.m.) + *ut liberetur ab illis.* Rell. etiam Piuc. ∾. B (cr. ∾) = *exstincto.* G(s∾) = *obscura.*

nancta est = Sa 𝔖. B (certe in eo nihil aliud vidi) GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *nacta est.* vid. *Nanciscor.*

evalescit = B Sac 𝔄𝔖. GR 𝔑 — 𝔐a = *convalescit.* Pinc. ci. = *si tantum illa diutina.*

non infecit nec enecuit = mss. etiam Gr. (P2. = *efecit*) 𝔑 — 𝔈2. 𝔊ro — 𝔖. Ex. scholarum Salmentic. 𝔄𝔈𝔊 — *non.* 𝔐 — 𝔏4. = *pestis infecit, non enecuit.* G(n.) P1. 3. + *ne de disciplina quidem.*

connisa = B𝔖. GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *connixa.*

32. G — *nisi quod illa generalia praecepta.*

cepta sunt, haec specialia? Utraque res praecipit: sed altera
in totum, particulatim altera. *Si quis*, inquit, *recta habet et
honesta decreta, hic ex superuacuo monetur.* Minime: nam
hic quoque doctus quidem est facere quae debet, sed haec non
satis perspicit. Non enim tantum adfectibus inpedimur, quo 33
minus probanda faciamus, sed inperitia inueniendi quid quaeque
res exigat. Habemus interdum conpositum animum, sed resi-
dem et inexercitatum ad inueniendam officiorum uiam quam ad-
monitio demonstrat. *Expelle*, inquit, *falsas opiniones de
bonis et malis, in locum autem earum ueras repone: et nihil
habebit admonitio quod agat.* Ordinatur sine dubio ista ra- 34
tione animus, sed non ista tantum. Nam quamuis argumentis
collectum sit quae bona, quae mala sint: nihilominus habent
praecepta partes suas. et prudentia et iustitia officiis constant:
officia praeceptis disponuntur. Praeterea ipsum de malis bonis-
que iudicium confirmatur officiorum exsecutione ad quam praece-
pta perducunt. Utraque enim inter se consentiunt: nec illa
possunt praecedere, ut non haec sequantur, et haec ordinem
sequuntur suum: unde adparet illa praecedere. *Infinita*, in- 35
quit, *praecepta sunt.* Falsum est: nam de maximis ac neces-
sariis rebus non sunt infinita. tenues autem differentias habent
quas exigunt tempora, loca, personae. Sed his quoque dantur
praecepta generalia. *Nemo*, inquit, *praeceptis curat insa-* 36
niam: ergo ne malitiam quidem. Dissimile est: nam si in-
saniam sustuleris, sanitas reddita est. si falsas opiniones ex-
clusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum: ut

G(cr. ∾) = *facere quod debet.*

sed haec non satis perspicit = B Pinc. P2. Sac 𝔈 — 𝔐𝔖. RII rell. ρρ maior pars 𝔄 = ∾ *prospicit* (φ = *proficit.* recc. ρρ = *percipit*). G Col. = *sed ad hoc non satis prospicit.* P1. P3. (s.m.) P4. 𝔑 — 𝔈2. 𝔑u 𝔐a = *sed ad haec non satis prospicit.* (P3. p.m.?) ci. Gron. 𝔏 — 𝔅1. = *sed adhuc non satis prospicit.*

33. G(m∾) = *imperitia vivendi.* B(s∾) = *sed redem et inexerc.* R recc. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *sed desidem.* 𝔑 — 𝔊 = *ad inveniendum off. viam.*

34. *quae bona, quae mala sint* = βει 𝔑 — 𝔖. BGR rell. ρρ 𝔄 = *quae bona malaque sint.* de quo vide. B = *officiis constat.* B𝔄 = *Praeter ipsum.* 𝔑 — 𝔖 = *bonis malisque* contra mstos et 𝔄. sG 𝔄 + *quod confirmatur.* R𝔄 = *intra se consentiunt.* 𝔄 = *praecedere nisi haec.* R = *ut non exsequantur.* 𝔄 = *etsi haec ord. sequantur.* G = *secuntur.*

35. B(s∾) — *unde.* 𝔄 + *sed falsum est.*

36. *ne malitiam quidem* = BGR maior pars ρρ 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *nec mal. q.* B (p. m.) = *sanitas redidat.* GR (s∾) 𝔄𝔑 — 𝔅 = *despectus.* ερ = *distinctio rer. ag.* σ = *affectus rer. ag.* 𝔅𝔈1.

sequatur, tamen admonitio conroborabit rectam de bonis malis-
que sententiam. Illud quoque falsum est nihil apud insanos pro-
ficere praecepta: nam quemadmodum sola non prosunt, sic cu-
rationem adiuuant. et denuntiatio et castigatio insanos coer-
cuit. De illis nunc insanis loquor quibus mens mota est, non
37 erepta. *Leges*, inquit, *ut faciamus quod oportet, non ef-
ficiunt: et quid aliud sunt quam minis mixta praecepta?*
Primum omnium ob hoc illae non persuadent, quia minantur:
at haec non cogunt, sed exorant. Deinde leges a scelere de-
terrent: praecepta in officium adhortantur. His adice quod leges
quoque proficiunt ad bonos mores, utique si non tantum impe-
38 rant, sed docent. In hac re dissentio a Posidonio qui pro eo
quod Platonis legibus adiecta principia sunt: *Legem*, inquit,
*breuem esse oportet, quo facilius ab inperitis teneatur.
Uelut emissa diuinitus uox sit: iubeat, non disputet. Nihil
uidetur mihi frigidius, nihil ineptius quam lex cum prologo.
Mone, dic quid me uelis fecisse: non disco, sed pareo.*
Proficiunt uero: itaque malis moribus uti uidebis ciuitates usas
39 malis legibus. At non apud omnis proficiunt. Ne philosophia
quidem: nec ideo inutilis et formandis animis inefficax est: quid
autem philosophia, non uitae lex est? Sed putemus non pro-

= *et sequatur.* 𝔐 — 𝔐a + *et ut sequatur.* B = *adm i nitio.* G αγδζ≃Πσυψ 𝔄𝔑 — 𝔗 = *corroboravit.* 𝔄 — *rectum.* π + *sic et denuntiatio.* G (m∾) = *mens mota est non recta.*

37. Recc. ρρ + *quam cum minis mixta.* 𝔄 = *ad haec non cogunt.* 𝔑 = *ad hoc non cogunt.* R (s∾) = *in officium adordinantur.*

38. *qui pro eo quod* = BG P2. 𝔖. R ρρ P1. 3. 4. Col. Sc 𝔄𝔑 — 𝔊 = *pro eo quod* om. *qui.* 𝔐 — 𝔐a = *Non probo quod* ex ing. Mur. 𝔑 — 𝔗 = *Legem eius.* Rell. etiam Ss. = *Legem enim.* 𝔖 = *Legem enim [ait]* ex ci. Ego quidem ratus *enim* factum esse ex *inquit* hoc posui. 𝔄 — *Nihil videtur mihi frigidius.* R = *frigidius, nihil imperitius.*

lex cum prologo. Mone = 𝔈2. — 𝔖 ex ci. Ermi. γδζπσ = *lex cum prologo mene. dic.* 𝔄𝔑 — 𝔗 = *lex cum prologomene. Dic.* 𝔅 = *lex cum prologomine. Dic.* 𝔈1. = *lex cum* προλεγομένη. *Dic.* BG(p.m.) R Sac = *lex cum prolegomene. Dic.* Rell. ρρ = *lex cum prolegomene* vel *prologomene* vel *prologumene* = Gr. Col. addit *id est cum prolocutione.* mP3. = νόμος ὁ προλογούμενος. ο pro *Mone* habet *me nae.*

Proficiunt vero: itaque = 𝔖 ex ci. B Sa P 1. = *Proficiuntur itaque.* P4. = *Proficiuntur namque.* Col. = *Proficitur itaque.* ιP2. = *Proficiant utique.* unde Sw. etiam ci. = *Proficiant utique: itaque.* Rell. — *vero.* G (m∾) — *civitates* et = *versas malis legibus.*

39. *apud omnis* = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *apud omnes.*

non vitae lex est? = BβιοΙΙστυ φχψ. ρ = *nonne vitae lex est?* 𝔄 = *num vitae lex est?* GR𝔑 — 𝔖 = *nisi vitae lex est?*

ficere leges: non ideo sequitur, ut ne monitiones quidem pro-
ficiant: aut sic et consolationes nega proficere dissuasionesque
et adhortationes et obiurgationes et laudationes. Omnia ista 40
monitionum genera sunt. per ista ad perfectum animi statum
peruenitur. Nulla res magis animis honesta induit dubiosque
et in prauum inclinabiles reuocat ad rectum quam bonorum uiro-
rum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora et uim
praeceptorum obtinet frequenter adspici, audiri frequenter. Oc-
cursus mehercules ipse sapientium iuuat et est aliquid quod ex
magno uiro uel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim quem- 41
admodum prosit, sicut illud intellegam profuisse. *Minuta quae-
dam*, ut ait Phaedon, *animalia, cum mordent, non sentiun-
tur, adeo tenuis illis et fallens in periculum uis est: tumor
indicat morsum et in ipso tumore nullum uolnus adparet.
Idem tibi in conuersatione uirorum sapientium eueniet: non
deprehendes quemadmodum aut quando tibi prosit, pro-
fuisse deprehendes.* Quorsus, inquis, hoc pertinet? Aeque 42
praecepta bona, si saepe tecum sint, profutura quam bona
exempla. Pythagoras ait *alium animum fieri intrantibus
templum deorumque simulacra ex uicino cernentibus et ali-
cuius oraculi operientibus uocem.* Quis autem negauerit feriri

G (m∾) — *et obiurgationes.* R𝔑 — 𝔐a — *et* ante *obiurgationes.*

40. *animis honesta* = BGR Sa P1. 3. 4. 𝔏 — 𝔖. sG γδζλεπσ P2. Col. Sc𝔄𝔑 — 𝔐 = *animos honesta.* unde Grut. ci. = *animos honesto.* P2. = *ad prarum inclin.* Ex. Francisc. 𝔊𝔊𝔐 = *in prarum inclinantes.* Rell. etiam Gr. Pinc. ∾. 𝔖 = *vim pruecepti* contra mstos. R𝔄𝔑 — 𝔐a = *mehercule.*

vel tacente = Rχψ 𝔈l. — 𝔖. φ = *vel ex iacente prospicias.* BG rell. ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *vel iacente.*

41. 𝔖 ex. ci. = *sicut illud intelligo.* 𝔑 = *sicut id intelligam.* B(n.) = *Minutam quaedam.* sBR P2. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *Phaedron.* G P4. Col. = *Fedron.* P1. = *Federon.* P3. = *Phedrom.* Col. = *fallax in periculum.* GR αβζπκλ Πρσφψ P1. 𝔑 — 𝔗 = *fallens in periculis.* P3. = *falle in periculis.* P4. = *fallax in periculis.* B(s∾) = *tumor inducat.* R = *virorum sapientum.* B(cr. ∾) = *non deprehendis.* 𝔄 = *non comprehendes.* 𝔑 = *ut aliquando.*

42. *Quorsus, inquis* = B𝔖. G = *Quorsus, inquit.* 𝔄 = *Quorsum, inquis.* R𝔑 — 𝔐a = *Quorsum, inquit.* Etiam P2. 4. Col. P3. (s.m.) = *inquis.* R = *haec pertinent.* 𝔑 — 𝔗 = *quasi bona exempla.* R βιλεσ P2. Col. P3. (s.m.) Pinc. + *quam bona exempla plus putes* (R P2. Col. P3. s.m. = *putas.*) ρ = *ut bona exempla plus profutura scias.* Rβειλεσχ ex. familiare Pinc. + *cernentibus et alium ante fores.* quod placet Swo, qui etiam suppleri vult *et alium ante fores stantibus.*

operientibus = BG𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. R𝔐 — 𝔐a = *opperientibus.* R 𝔄𝔑 — 𝔊 = *Quis autem negavit.*

43 quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? uelut his
breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis:

Nihil nimis.
Auarus animus nullo satiatur lucro.
Ab alio exspectes alteri quod feceris.

Haec cum ictu quodam audimus nec ulli licet dubitare aut inter-
rogare *quare?* Adeo etiam sine ratione ipsa ueritas ducit. Si
reuerentia frenat animos ac uitia conpescit, cur non et admo-
44 nitio idem possit? Si inponit pudorem castigatio, cur admoni-
tio non faciat, etiam si nudis praeceptis utitur? Illa uero effi-
cacior est et altius penetrat quae adiuuat ratione quod praecipit,
quae adicit quare quidque faciendum sit et quis facientem obe-
dientemque praeceptis fructus exspectet. Si imperio proficitur,
et admonitione: atque proficitur imperio, ergo et admonitione.
45 In duas partes uirtus diuiditur, in contemplationem ueri et actio-
nem: contemplationem institutio tradit, actionem admonitio.
Uirtutem et exercet et ostendit recta actio: acturo autem si
prodest qui suadet, et qui monet proderit. Ergo si recta actio
uirtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demon-
strat: et admonitio necessaria est. Duae res plurimum roboris
animo dant, fides ueri et fiducia: utramque admonitio facit.
46 Nam et creditur illi et, cum creditum est, magnos animus spi-

43. G𝔑 = *Nihil minus.* *ac vitia* = B𝔄𝔖. GR 𝔑 — 𝔐a = *aut vitia.*

44. B (cr. ∾) = *Si inponis.* G (s∾) RαγδζϑλπΠστφ P 1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *praeceptis utimur.* ερ = *pr. utatur.* R (s∾) 𝔑 = *quod praecepit.* 𝔗 — 𝔈1. = *quae praecipit.* 𝔄 = *quod adiicit.* B = *oboedientemque.*

Si imperio proficitur, et admonitione: atque proficitur imperio, ergo et admon. = B (mutatum tamen *atque* ab al. m. in *aeque*). 𝔖 = ∾ *atqui* ∾. G = *Si imp. proficitur, et admonitione proficitur. aeque prof.* ∾. R ρρ Gr. = *Si imperio, et adm. proficitur. aeque prof.* ∾. 𝔑 — 𝔅 = *Si imp. et admon. proficiatur. aeque prof.* ∾. 𝔄 = *Si imperio et admonitione proficitur. imperio ergo et admonitione.* 𝔈1. = *Si imp. et adm. proficit, aeque proficitur imp.* ∾. 𝔈2. — 𝔊 = *Si imp., et admonitione proficitur. Atqui prof.* ∾. 𝔐 — 𝔐a = *Si imperio proficitur, et admonitione proficitur: atqui proficitur* ∾ ex Pinc. v. l., qui tamen nihil amplius laudaverat quam *Si imperio proficitur, et admonitione*, ut moneret aliter in suis libris verba esse collocata atque in 𝔈1.

45. G(m∾) — *acturo* — *necessaria est.* mP 3. = *ostendit recta ratio.* B (s∾) — *et admonitio* ante *necessaria est.* G (cr. ∾) = *fides, veritas et fiducia.* BGαγδεζϑιστυχψ P2. 𝔄𝔑 — 𝔈2. = *utraque admonitio facit.* Col. = *utrasque adm. f.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

46. 𝔄 — *cum* ante *creditum est.* R — *animus* ante *spiritus.* G Gr.

ritus concipit ac fiducia impletur: ergo admonitio non est super-
uacua. M. Agrippa, uir ingentis animi, qui solus ex iis quos
ciuilia bella claros potentesque fecerunt felix in publicum fuit
dicere solebat multum se huic debere sententiae: *Nam con-
cordia paruae res crescunt, discordia maximae dilabun-
tur.* Hac se aiebat et fratrem et amicum optimum factum. Si 47
eiusmodi sententiae familiariter in animum receptae formant
eum, cur non haec pars philosophiae quae talibus sententiis
constat idem possit? Pars uirtutis disciplina constat, pars exer-
citatione: et discas oportet et quod didicisti agendo confirmes.
Quod si est, non tantum scita sapientiae prosunt, sed etiam
praecepta quae adfectus nostros uelut edicto coercent et adligant.
Philosophia, inquit, *diuiditur in haec, scientiam et habi-* 48
*tum animi. Nam qui didicit et facienda ac uitanda perce-
pit nondum sapiens est, nisi in ea quae didicit animus eius
transfiguratus est. Tertia ista pars praecipiendi ex utro-
que est, et ex decretis et ex habitu: itaque superuacua est
ad inplendam uirtutem cui duo illa sufficiunt.* Isto ergo 49
modo et consolatio superuacua est (nam haec quoque ex utroque
est) et adhortatio et suasio et ipsa argumentatio: nam et haec
ab habitu animi conpositi ualidique proficiscitur. Sed quamuis

𝔄𝔑 — 𝔐 = *animos.* In P3. haec vox punctis est notata. 𝔄 = *Menagrippa vir ingentis.*

ex iis quos = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *ex his quos.* Sw. *Nam* ante *concordia* abesse malebat: atque idem senserat quidam Gruteri amicus, qui putabat hanc vocem ortam ex *Nõ* (*Nota*) primum margini adscripto.

47. G(m∾) R P1. 3. 4. — *optimum* post *amicum* P2. = *optime.* 𝔑 — 𝔈1. + *cur vero non haec pars.* B(cr.∾) = *et discat oportet.* 𝔄 = *agendo conformes.*

Quod si est = mss. etiam Gr. (P2. = *Quod si es*) 𝔄. 𝔑 — 𝔖 + *Quod si ita est.* G(s∾) — *etiam* ante *praecepta.*

et adligant (*all.*) = G (s.m.) sR ρρ (exc. ϑxΠσυ) P1. 3. cod. Gron. 𝔄𝔊ro — 𝔖. BG(p.m.) P2. Col. Pinc. ϑυ = *et ablegant.* R = *et allegant.* Π = *et ablegunt.* σ = *et castigant.* x𝔑 — 𝔏4. = *et obligunt.*

48. *Nam qui didicit* = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔈2. Pinc. v. l. 𝔖 = *Illam qui didicit.* 𝔈 — 𝔐a + *Num illam qui did.* G (cr.∾) = *vitanda precepit.* ρυψ 𝔈1. — 𝔊 = *vitanda percipit.* 𝔑 — 𝔅 = *vitanda pruecipit.* G = *transfiguraturus est.* 𝔑 = *ex utraque.* 𝔄 = *ex utroque est adhortacio et suasio et argumentacio. Nam hec ab habitu animi compositi* rell. om.

cui duo illa sufficiant = B. B (s.m.) GR Pinc. = *cui ∾ sufficiant.* 𝔑 — 𝔈1. = *cui duo ista sufficiant.* 𝔈2. = *cum duo ista sufficiant.* γδζηx 𝔈 — 𝔖 = *cum duo illa sufficiunt.* Rell. ρρ = *cui duo illa suff.* (non proditur, utrum habeant *sufficiunt* an *sufficiant*).

49. *adhortatio* = mss. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *exhortatio.* G = *ad habitum animi.*

ista ex optimo habitu animi ueniant, optimus animi habitus et
facit illa et ex illis ipse fit. Deinde istud quod dicis iam per-
fecti uiri est ac summam consecuti felicitatis humanae. Ad haec
autem tarde peruenitur: interim etiam inperfecto, sed proficienti
50 demonstranda est in rebus agendis uia. Hanc forsitan etiam
sine admonitione dabit sibi ipsa sapientia quae iam eo perdu-
xit animum, ut moneri nequeat nisi in rectum: inbecillioribus
quidem ingeniis necessarium est aliquem praeire *Hoc uitabis,
hoc facies.* Praeterea si exspectat tempus quo per se sciat quid
optimum factu sit, interim errabit et errando inpedietur, quo
minus ad illud perueniat quo possit se esse contentus: regi ergo
51 debet, dum incipit posse se regere. Pueri ad praescriptum di-
scunt. digiti illorum tenentur et aliena manu per literarum si-
mulacra ducuntur. deinde imitari iubentur proposita et ad illa
reformare chirographum: sic animus noster, dum eruditur ad
praescriptum, iuuatur. Haec sunt per quae probatur hanc phi-
52 losophiae partem superuacuam non esse. Quaeritur deinde *an
ad faciendum sapientem sola sufficiat.* Huic quaestioni suum
diem dabimus: interim omissis argumentis nonne adparet opus
esse nobis aliquo aduocato qui contra populi praecepta praeci-
piat? Nulla ad aures nostras uox inpune perfertur: nocent qui
optant, nocent qui exsecrantur: nam et horum inprecatio falsos

ex optimo habitu = mss. etiam P2. 4. Col. 𝔄𝔖. G(m∾) 𝔇ℜ — 𝔐a — *optimo.*

optimus animi habitus et facit illa et ex illis ipse fit = Sa 𝔖. Bηκοφ + *optimus animi habitus* [B *s* in *habitus* habet ab al. m.] *ex his est et facit* ∾. GR plerique ρρ ℜ — 𝔅 = *optimus animi habitus ex his est et ex illis.* 𝔈1. — 𝔐a = *optinus animi habitus et ex his est et ex illis.* αβ ειΠφ 𝔄 — *et facit* — *Deinde istud.* RP1. 3. = *Inde istud quod.* ℜ — 𝔅 = *Inde istud opus quod.* G sR = *Unde istud quod.* Col. = *In te quod dicis.* γδζψ = *Tamen istud quod.* η = *Denique istud quod.* 𝔇πτ = *Inde id quod.* λ = *Unde id quod.* 𝔄 = *quod dici ium perfecti.* ℜ—𝔗 = *uc ad summam constituti.* 𝔅 + *ac ad summam consecuti.* 𝔄 = *summa.*

Ad haec autem = B 𝔄𝔖. GR ℜ — 𝔐a = *Ad hoc autem.* 𝔄 — *sed proficienti.*

50. GR = *dabit ipsa sibi.* 𝔄 = *ut moneri nequeat nisi in repertum.* ερ + *praeire dicentem.* π + *praeire qui dicat.* Nonn. ρρ = *Haec vitabis, haec.* B(*m* n.) GGr. = *optimum factum sit.* praefert Grut. ℜ — 𝔅 = *optimum factum est.* 𝔄 = *interim creabit.* R = *ad istud perveniat.*

51. 𝔄 + *Pueri et ad praescriptum.* R — *et* ante *ad illa reform.* 𝔄 = *removere chir.* B(p.m.) G = *cyrographum.* R = *cirographum.* BII nonn. alii ρρ = *ad praescriptum vivat.* RζσP2. = *ad praescriptum iuvat.*

52. R = *diem suum dabit.* P2. Col. ℜ — 𝔈2. = *impune profertur.* P3. = *praefertur.* P4. = *perfert.*

nobis metus inserit et illorum amor male docet bene optando. Mittit enim nos ad longinqua bona et incerta et errantia, cum 53
possimus felicitatem domo promere. Non licet, inquam, ire recta uia: trahunt in prauum parentes, trahunt serui. nemo errat uni sibi, sed dementiam spargit in proximos accipitque inuicem. Et ideo in singulis uitia populorum sunt, quia illa populus dedit. Dum facit quisque peiorem, factus est: didicit 54
deteriora, dein docuit. effectaque est ingens illa nequitia congesto in unum quod cuique pessimum scitur. Sit ergo aliquis custos et aurem subinde peruellat abigatque rumores et reclamet populis laudantibus. Erras enim, si existimas nobiscum uitia nasci: superuenerunt, ingesta sunt. Itaque monitionibus crebris opiniones quae nos circumsonant repellantur. Nulli nos uitio natura conciliat. illa integros ac liberos genuit. Nihil 55
quo auaritiam nostram inritaret posuit in aperto. pedibus aurum argentumque subiecit calcandumque ac premendum dedit quicquid est propter quod calcamur ac premimur. Illa uoltus nostros erexit ad coelum et quicquid magnificum mirumque fecerat uideri a suspicientibus uoluit: ortus occasusque et properantis mundi uolubilem cursum, interdiu terrena aperientem, nocte coelestia, tardos siderum incessus, si conpares toti, citatissi- 56
mos autem, si cogites quanta spatia numquam intermissa uelocitate circumeant, defectus solis ac lunae inuicem obstantium,

𝔍u + *metus et inserit.*

53. R (cr. ∾) = *cum possumus.* βειο (m∾)πσχ = *domo promereri.* G𝔑 — 𝔅 = *errat sibi uni.* 𝔈1. 2. — *sibi.* 𝔄 = *accepitque.* G (s∾) = *in singulos vitia.* 𝔄 = *peior enim factus est.* P2. Col. (s.m.) = *peior factus est.* επρ + *factus est peior.*

dein docuit = B. GR𝔄𝔑 — 𝔖 = *deinde docuit.*

54. 𝔑 — 𝔐 = *et aures subinde pervellat* contra mstos etiam Gr. G — *enim* post *Erras.* sSa (ant. m.) 𝔖 = *convicia quae nos circumsonant.* Rell. etiam Sac ∾.

repellantur = B βειορσ P2. Pinc. Sac 𝔄𝔖. GR rell. Gr. 𝔑 — 𝔐a = *compescamus.* sG sR P2. 𝔄𝔐 — 𝔐a + *nos illa integros.* Col + *illa nos int.* B = *nulla integros.* 𝔖 — *illa.* 𝔑 — 𝔊 = *liberos ac integros.*

55. *Nihil quo avaritiam* = Bαβ ιοΠρφ P2. 𝔄𝔖. GR rell. ρρ P1. 3. 4. Col. = *Nihil quod av.* 𝔑 — 𝔐a = *Nihil quidem quod av.* P2. = *in imperato.* Grut. ci. = *in parato.* 𝔑 — 𝔐a = *aurum et argentum.* GR fere omnes ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔐 + *et quicquid est.* B Pinc. 𝔏 — 𝔖∾ 𝔄 = *per quod calcamur.* γδζυ 𝔑 — 𝔐a = *in coelum.*

nocte coelestia = B. G𝔄𝔅 — 𝔖 = *noctu coel.* R = *noctuque coel.* 𝔑 — 𝔗 = *interdum terr. ap. nata coel.*

56. GP1. 3. = *si compotes toti.* R (s∾) ci. Grut. = *si computes toti.*

citatissimos autem = mss. (exc. γδζυ). γδυ 𝔄𝔑 — 𝔖 — *autem.* ζ = *citatissimum axem.* ζ = *circumeat.*

ac lunae = mss. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *et lunae.* G(s∾) — *invicem.*

alia deinceps digna miratu, siue per ordinem subeunt, siue subitis causis mota prosiliunt ut nocturni ignium tractus et sine ullo ictu sonituque fulgores coeli patescentis columnasque ac
57 trabes et uaria simulacra flammarum. Haec supra nos itura disposuit: aurum quidem et argentum et propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem propter quae pugnaremus extulimus. nos et causas periculorum nostrorum et instrumenta disiecto terrarum pondere eruimus. nos fortunae mala nostra tradidimus nec erubescimus summa apud nos haberi quae fuerant ima terrarum.
58 Uis scire quam falsus oculos tuos deceperit fulgor? nihil est istis, quamdiu mersa et inuoluta coeno suo iacent, foedius, nihil obscurius. Quidni, quae per longissimorum cuniculorum tenebras extrahuntur? nihil est illis, dum fiunt et a faece sua separantur, informius. Denique ipsos opifices intuere per quorum manus sterile terrae genus et informe perpurgatur: uidebis quanta fuligine oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos quam corpora et in possessore eorum quam in artifice plus sor-
59 dium est. Necessarium itaque est admoneri et habere aliquem

subitis causis = mss. (exc. ϰλ P 3. 4.) etiam Gr. duo codd. Steph. (ad Dalech. Ep. 32.) Sac 𝔄𝔅ℭ1. ℜu — 𝔖. ϰλ P3. 4. ℜ — 𝔅1. (exc. 𝔅 ℭ1.) = *subditis causis.*

coeli patescentis = cod. Steph. (l. l.) Mss. rell. etiam Pinc. Gr. Sa ℜ — 𝔅 = *patescentes*, quod ad fulgores referebant. 𝔏 — 𝔅 1. = *patiscentis.* ℭ 1. = *fathiscentes.* ℭ2. — 𝔐 ℜu 𝔐a = *fatiscentis* (*fath.*) 𝔖 = *fatiscentes.* Pinc. voluit *coeli fatiscentes*, ut *coeli* esset Nom. Plur. Sc 𝔄 = *columnasque patescentes.*

columnasque = mss. (exc. χ) etiam Gr. Sa ℜ — ℭ1. Pendet a *videri a suspicientibus voluit.* χ ℭ2. — 𝔖 = *columnaeque.* Sc𝔄 — *ac trabes.*

57. *Haec supra nos itura disposuit* = mss. (exc. αεηπσψ) etiam Pinc. Gr. Sac 𝔄. αηπσψ ℜ — 𝔗 = *natura disposuit.* 𝔅 — 𝔏 4. = *natura disponit.* 𝔊ro — 𝔖 = *itura disponit.* Sed Sw. hoc corrigi iussit. ε = *supra nos noscitura disposuit.* B (s∾) = *causa periculorum.* 𝔄ℜ — 𝔗 = *nostra tradimus.* Steph. (ad Dalech. Ep. 32.) ci. = *Nos et nostra fortunae male tradimus.* B(cr. ∾) = *quae fuerint.* 𝔄 = *fuerunt.*

58. *deceperit* = mss. (exc. GRλ) 𝔄𝔖. G = *deciperit.* Rλ ℜ — 𝔐a = *decipit.* ℜ = *iacere foedius.* 𝔄 + *nihil foedius.*

Quidni, quae = mss. (exc. P2. Col.) ℜ — 𝔅 𝔏 4. Col. = *Quidni, qui.* P2. 𝔄ℭ1. — 𝔖 (exc. 𝔏4.) = *Quidni? quando.* BGR(s∾) γδ ηλΠπψ P 1. 3. 4. maior codd. Pinc. pars = *et infernum perpurgatur.* ζ = *et infectum perp.* ρ = *et infestum perp.* 𝔄 = *et in ferrum perp.* Rell. ρρ P2. Col. ℜ — 𝔖 ∾. G(s∾) = *quanta caligine.* ε = *fuligine obluantur.* π = *obvolvantur.* Rell. ρρ plerique = *obliniantur.* P1. 2. = *in possessiore.* G Col. = *in possessione.* P3. = *in possessionem.* 𝔄 — *quam in* ante *artifice.* G (s∾) = *populus sordidum est.*

59. R (s∾) 𝔄 — *est* ante *admoneri.*

aduocatum bonae mentis, e tanto fremitu tumultuque falsorum
unam denique audire uocem. Quae erit illa uox? ea scilicet
quae tibi tantis clamoribus ambitionis exsurdato salubria insusur-
ret uerba, quae dicat: Non est quod inuideas istis quos magnos
felicesque populus uocat. non est quod tibi conpositae mentis
habitum et sanitatem plausus excutiat. non est quod tibi tran- 60
quillitatis tuae fastidium faciat ille sub illis fascibus purpura cul-
tus. non est quod feliciorem eum iudices cui submouetur quam
te quem lictor semita deicit. Si uis exercere tibi utile, nulli
autem graue imperium, submoue uitia. Multi inueniuntur qui
ignem inferant urbibus, qui inexpugnabilia seculis et per aliquot
aetates tuta prosternant, qui aequum arcibus aggerem adtollant
et muros in miram altitudinem eductos arietibus ac machinis
quassent. multi sunt qui ante se agant agmina et tergis ho- 61
stium et graues instent et ad mare magnum perfusi caede gen-
tium ueniant: sed hi quoque, ut uincerent hostem, cupiditate
uicti sunt. Nemo illis uenientibus restitit, sed nec ipsi ambi-
tioni crudelitatique restiterant: tunc, cum agere alios uisi sunt,
agebantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena uastandi
et ad ignota mittebat. An tu putas sanum qui a Graeciae pri- 62
mum cladibus in qua eruditus est incipit? qui quod cuique opti-
mum est eripit, Lacedaemona seruire iubet, Athenas tacere.

e tanto fremitu = GR αε☉κλοΠτ Gr. (exc. P2.) Sc 𝔄𝔑 — 𝔗. quam scripturam cur Sw. vitiosam dicat, non video. BSa = *e tan tanto fr.* syllaba *tan* temere repetita. Hinc 𝔖 = *et in tanto.* γδζφψ = *in tanto fr.* 𝔅 = *est tanto fr.* 𝔈1. — 𝔐a + *eque tanto fr.* (𝔐 = *aeque tanto*). Pinc. ci. 𝔊 — 𝔐 = *veram denique audire* contra mstos etiam Pinc. Gr.

ambitionis = BR 𝔑 — 𝔗. GP1. 3. 4. = *ambitionibus.* sG P2. Col. 𝔅 — 𝔖 = *ambitiosis.* 𝔄 = *clam. seditiosis.*

60. G (s∾) P1. = *sub illis piscibus.* P4. = *sub illis fastibus.*

ερ = *purpuratus cultus.* γδ + *submovetur cui turba vel populus deficit.*

quam te quem lictor = R sG ρρ (exc. αη☉Ππ) P2. Col. Pinc. 𝔄𝔑u — 𝔖. BG P1. 3. 4. — *quem.* 𝔅 — 𝔅1. — *te.* 𝔑 — 𝔗 = *quam quem litorum semita.* P4. = *deiicitur.* Plerique recc. ρρ = *deiecit.* B(p.m.) = *aliquod aetates.* G𝔄 = *aequum artibus.* B(s∾) = *adtollent.* 𝔄 = *et murum.*

eductos = B𝔖. GR𝔅 — 𝔐a = *adductos.* 𝔄 = *adductum.* 𝔑 — 𝔗 = *deductos.* R = *et machinis.*

61. *et graves* = BG P1. 3. R P2. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔖 — *et.* R maior pars ρρ P4. = *insistant.* G P1. 3. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *resistant.* B P2. Col. 𝔅 — 𝔖 ∾. ε = *ut vicerunt.* G(s∾) P1. 3. 4. = *hostium cupiditate.* 𝔑 — 𝔊 = *resistit.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. γδερ = *crudelitatique restiterunt.* ηπ = *agere nixi sunt.*

aliena vastandi = BGR 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *al. devastandi.* G = *mittebatur.*

62. 𝔑 — 𝔈1. = *incepit.*

eripit = mss. etiam Pinc. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *eripuit.* R = *Lace-*

non contentus tot ciuitatium strage quas aut uicerat Philippus aut
emerat alias alio loco proicit et toto orbe arma circumfert. nec
subsistit usquam lassa crudelitas inmanium ferarum modo quae
63 plus quam exigit fames mordent? Iam in unum regnum multa
regna coniecit. iam Graeci Persaeque eumdem timent. iam
etiam a Dareo liberae nationes iugum accipiunt: it tamen ultra
Oceanum solemque. indignatur ab Herculis Liberique uestigiis
uictoriam flectere. ipsi naturae uim parat. Non ille ire uult,
sed non potest stare, non aliter quam in praeceps deiecta pon-
64 dera quibus eundi finis est iacuisse. Ne Cn. quidem Pompeio
externa bella ac domestica uirtus aut ratio suadebat, sed insa-
nus amor magnitudinis falsae. Modo in Hispaniam et Serto-
riana arma, modo ad colligendos piratas ac maria pacanda uade-
bat: hae praetexebantur causae ad continuandam potentiam.
Quid illum in Africam, quid in Septemtrionem, quid in Mithri-
65 datem et Armeniam et omnis Asiae angulos traxit? infinita sci-
licet cupido crescendi, cum sibi uni parum magnus uideretur.
Quid Caesarem in sua fata pariter ac publica inmisit? gloria et
ambitio et nullus supra ceteros eminendi modus. Unum ante
66 se ferre non potuit, cum respublica supra se duos ferret. Quid,
tu C. Marium semel consulem, (unum enim consulatum acce-
pit, ceteros rapuit,) cum Teutonos Cimbrosque concideret,

daemon e m. P1. 3. 4. 𝔎 — 𝔖 = *La- cedaemon i a m.* 𝔄 = *Lacedaemo- n i a s.* Rell. etiam P2. Col. Pinc. ∾.

civitat i um = B. GR 𝔄𝔎 — 𝔖 = *civitat u m.* sG R βιλοπτχ 𝔄 = *in- t e remerat.* 𝔎 — 𝔐a (exc. 𝔏4. ∾) + *e t alias alio* contra mstos etiam Pinc. Gr. P1. = *N o n subsistit.* RP3. 𝔎 — 𝔐a = *nec subs t i t i t.* 𝔄 = *usq u e.* P1. 3. 4. Col. 𝔎 — 𝔖 = *u n quam.* 𝔎 — 𝔗 + *quae n o n plus quam.* B = *fum i s.* 𝔄 = *mordent u r.*

63. B(p.m.) = *regna c o i ecit.* 𝔄 = *Perse q u i eumdem.* 𝔄 — *etiam* ante *a Dareo.*

i t tamen = BαγδεΠυ Sa ci. Lips. 𝔖. R rell. ρρ (exc. βιχ) P3. = *i s tamen.* P1. 4. = *h i i s tamen.* βιχ P2. Col. 𝔄𝔏 — 𝔐a = *h i c tamen.* 𝔎 — 𝔖 = *I d e m tamen.* 𝔐 = *I r e tamen v u l t ultra Oc.* γδεΠχ = *indigna t u s.* 𝔎 — 𝔗 = *ab Her- cul e Liberique.*

64. G𝔄𝔎 — 𝔖 = *Nec — quidem.* BG = *G n e o quidem.* βιοχ P2. Col. 𝔅 — 𝔐 + *externa i n i r e bella.*

a c domestica = B sG R (lit.) sP3. 𝔄𝔖. G Gr. 𝔎 — 𝔐a = *a u t do- mestica.* πσχ = *a d Sertoriana ar- ma.* RP3. (al. m.) = *ad colli d en- dos piratas.* 𝔐 = *ad co g endos pir.* B = *Mithridat e n.*

omn i s = B𝔄. GR 𝔎 — 𝔖 = *omn e s.*

65. G + *Quid e r g o C. Caesa- rem.* B(s.m.) GR𝔎 — 𝔖 + *C. Cae- sarem.* B (p.m.) 𝔄 ∾. Rell. n. l. BG = *in sua f a c t a.* G (m∾) P1. 3. Col. = *in sua fata in v a s it.* P4. = *in sua fata m a n s i t.* 𝔄 + *v a- n a gloria.* G(m∾) = *Und e ante se.* 𝔄 = *Unum a u t e m se.* mG 𝔄 = *cum r e g e s supra se.*

66. 𝔄𝔎 — 𝔈1. = *Quid n i C. Ma- rium.* R — *tu.* BG = *G. Marium.*

Teut o n o s = Sa Pinc. 𝔖. BR fere omnes ρρ Sc 𝔄 = *T h eutonos.*

cum Iugurtham per Africae deserta sequeretur, tot pericula putas adpetisse uirtutis instinctu? Marius exercitus, Marium ambitio ducebat. Isti, cum omnia concuterent, concutieban- 67
tur turbinum more qui rapta conuoluunt, sed ipsi ante uoluuntur et ob hoc maiore inpetu incurrunt, quia nullum illis sui regimen est. Ideoque cum multis fuerunt malo, pestiferam illam uim qua plerisque nocuerunt ipsi quoque sentiunt. Non est quod credas quemquam fieri aliena infelicitate felicem. Omnia 68
ista exempla quae oculis atque auribus nostris ingeruntur retexenda sunt et plenum malis sermonibus pectus exhauriendum. Inducenda in occupatum locum uirtus quae mendacia et contra uerum placentia exstirpet, quae nos a populo cui nimis credimus separet ac sinceris opinionibus reddat. Hoc est enim sapientia 69
in naturam conuerti et eo restitui unde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est hortatores insaniae reliquisse et ex isto coetu inuicem noxio procul abisse. Hoc ut esse uerum scias adspice quanto aliter unusquisque populo uiuat, aliter sibi. Non est per se magistra innocentiae solitudo nec frugalitatem docent rura, sed ubi testis ac spectator abscessit uitia subsidunt quorum monstrari et conspici fructus est. Quis eam quam nulli 70
ostenderet induit purpuram? quis posuit secretam in auro dapem? quis sub alicuius arboris rusticae proiectus umbra luxuriae

Alii ϱϱ = *Theutones.* 𝔑 = *Theutonichos.* 𝔗 — 𝔅l. = *Theutonicos.* Gr. 𝔑u 𝔐a = *Teutonicos.* G = *cum uirgultam per Africae.*

exercitus = B. GR𝔛𝔑 — 𝔖 = *exercitum.* Rell. n. l.

67. P4. = *Ista cum omnia.* G (s∾) P1. 3. = *Isti cum omnia concurrerent.* Col. = *fulminum more.* G (m∾) P1. 2. P3. (p.m.) Col. 𝔅 — 𝔈2. — *sed ipsi ante volvuntur.* P3. (s.m.) = *sed ipsi antevolvuntur etiam ob hoc.* 𝔑 — 𝔐a = *et ob haec.* R = *incurrant.* 𝔑 — 𝔗 = *suum regimen.* 𝔐 = *sui frenum est.* 𝔅 — 𝔊 = *sui regnum est.*

fuerunt malo = B sG γδεζΠρστυ φψ (ex his ϱϱ duo = *fuerint.*) Pinc. 𝔖. βι P2. = *fuerunt malum.* GR rell. Gr. 𝔑 — 𝔐a = *fuerunt mali.* 𝔛 = *fuerunt mala.* 𝔛 = *nocuerant.* B(s∾) = *aliena felicitate.*

68. 𝔛 = *ad plenum* et = *adhauriendum.* 𝔛 + *quae contra mendacia.*

et contra verum = mss. etiam Gr. (GP1. 3. = *rerum.* P4. — *verum*) 𝔛 𝔑u — 𝔖. 𝔑 — 𝔅l. — *et.* G = *ut sinceris.*

69. *Hoc est enim* = BR maior pars ϱϱ P2. Col. 𝔛𝔖. GP1. 3. 𝔑 — 𝔐a = *Haec est enim.* P4. = *Haec enim est.* ζφ = *expulerut.* G = *expellerit.* 𝔛 = *insaniose reliquisse.* BG (s∾) R (m∾) αγδεζηϑκλΠρτυ P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔅 = *In isto coitu.* quod fortasse erat recipiendum.

abisse = B𝔛. Pinc. P2. 𝔐 — 𝔖 = *abiisse.* RCol. = ∾ *abegisse.* G (m∾) αγδζηϑκλρτφχ P 1. 3. 4. 𝔑 — 𝔊 = *noxia procul abegisse.* R(s∾) = *vitia subdunt.*

70. P3. = *nulli ostendat.* G = *proiectus umbram.* ϱϱ 𝔛 = *pro-*

suae pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, ne
paucorum quidem aut familiarium: sed adparatum uitiorum suo-
rum pro modo turbae spectantis expandit. Ita est: inritamen-
71 tum est omnium in quae insanimus admirator et conscius. Ne
concupiscamus efficies, si ne ostendamus effeceris. Ambitio et
luxuria et inpotentia scenam desiderant: sanabis ista, si abscon-
deris. Itaque si in medio urbium fremitu conlocati sumus, stet
ad latus monitor et contra laudatores ingentium patrimoniorum
72 laudet paruo diuitem et usu opes metientem. Contra illos qui
gratiam ac potentiam adtollunt otium ipse suspiciat traditum lite-
ris et animum ab externis ad sua reuersum. Ostendat ex con-
stitutione uolgi beatos in illo inuidioso fastigio suo trementes et
adtonitos longeque aliam de se opinionem habentes quam ab aliis
habetur. Nam quae aliis excelsa uidentur ipsis praerupta sunt.
Itaque exanimantur et trepidant, quotiens despexerunt in illud
73 magnitudinis suae praeceps. Cogitant enim uarios casus et in
sublimi maxime lubricos: tunc adpetita formidant et quae illos
graues aliis reddit grauior ipsis felicitas incubat: tuuc laudant
otium lene et sui iuris. odio est fulgor et fuga a rebus adhuc

tectus umbra. RP3. (s.m.) = *tectus umbra.* P 2. = *proceptus umbra.* P4. = *praetextus umbrae.* P 1. = *pectus umbram.* P 3. (p.m.) = *positus umbram.* 𝔑 — 𝔈2. = *umbra rusticae arboris positus.* B Col. Pinc. 𝔈 — 𝔖 ∾. B(s∾) = *luxuriam suam.* 𝔑 — 𝔗 = *lauter est.* R𝔑 — 𝔊 = *nec paucorum quidem.*

aut familiarium = mss. 𝔄𝔑. 𝔗 — 𝔖 = *et fam.* G (cr. ∾) γδϑσ = *spectantium.* ζ mγ mɔ = *spectantibus.*

Ita est = BR Π rell. ϱϱ maior pars Sac 𝔄𝔖. G𝔑 — 𝔐a = *Itaque.* B — *est* ante *omnium.* 𝔄 = *in quae insanit animus.*

71. R𝔈1. 2. = *si ut non ostendamus.* ιπ + *si ne ut ostendamus.* P1. 2. 3. 𝔑 — 𝔅 = *si non ostendamus.* P4. = *sicut ostendumus.* Pinc. 𝔄𝔈 = *si ne offendamus.* δϱ = *ambitio et impudentia.* mγ = *ambitio et intemperantia.* Steph. (Prood. II. cx.) ci. + *si te absconderis.* εϱ + *ex parvo divitem.*

72. Π nonn. alii ϱϱ = *suscipiat traditum.* In P 3. videbatur olim fuisse *ex constitutione vulti* aut *nubti.*

in illo invidioso = BGR 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *in isto inv.* ο = *et attonitos longaevos.* B (cr. ∾) G (cr. ∾) = *Itaque exanimantur.* βιΠφ = *quotiens dispexerunt.* σ = *quotiens aspexerunt.* 𝔑 — 𝔗 = *quotiens respexerunt in istud.* 𝔅 = *respexerunt in illis.*

73. 𝔐 — 𝔐a + *et quae et illos* contra mstos etiam Gr. G (s∾) 𝔑 — 𝔅 = *gravior illis felicitas.*

incubat = mss. (exc. ζστφ P2. 3. Col.) etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. sG P2. 3. Col. = *incumbat.* (ζστφ) 𝔈1. — 𝔐a = *incumbit.* B = *ostium lene.* P1. 4. = *ostium leve.* G𝔑 — 𝔈 1. = *hostium lene.* P3. = *hostium leve.* 𝔄 = *omne leve.* P2. = *omni leve.* mG Col. = *Tunc claudunt hostium lene.* R = *otium leve.* 𝔑 — 𝔐a + *et fuga ium a rebus* contra mstos. Gr. 𝔄 — *a* ante *rebus.*

stantibus quaeritur: tunc demum uideas philosophantis metus et aegrae fortunae sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna et mens bona, ita melius in malis sapimus: secunda rectum auferunt. Uale.

EPISTULA III. (95.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Petis a me ut id quod in diem suum dixeram debere differri repraesentem et scribam tibi *an haec pars philosophiae quam Graeci παραινετικὴν uocant, nos praeceptiuam dicimus satis sit ad consummandam sapientiam.* Scio te in bonam partem accepturum, si negauero. Eo magis promitto et uerbum publicum perire non patior: *Postea noli rogare quod inpetrare nolueris.* Interdum enim enixe petimus id quod recusaremus, si quis obferret. Haec siue leuitas est siue uernilitas, 2
punienda est promittendi facilitate. Multa uideri uolumus uelle, sed nolumus. Recitator historiam ingentem adtulit minutissime scriptam, artissime plicatam et magna parte perlecta: *Desinam,* inquit, *si uultis.* Adclamatur *Recita, recita* ab his qui illum obmutescere illic cupiunt. Saepe aliud uolumus, aliud

G(m∾) P1. 3. 4. = *tunc demum iudicas.*

philosophantis metus = mss. etiam Gr. Ss. 𝔛𝔑 — 𝔖. 𝔊rc = *philosophantes metus.* La Grange recte = *vous verrez alors la crainte philosopher.* 𝔐𝔑 — 𝔖 (exc. 𝔊rc.) = *philosophantes metu* ex ing. Mur. G𝔑 — 𝔅 = *contraria sunt.* 𝔛 = *in bonis sapimus.*

Lib. XV. Ep. 3. (95.)

𝔐𝔑 — 𝔍u = *debere referri.* P4. = *debere deferri.* Lips. (Elect. I, 26.) scribi iussit *in diem dixeram debere, repraesentem* rell. om. 𝔑 — 𝔈1. = *rescribam.* R — *tibi* post *scribam.* B𝔈1. = *Graeci paraeneticen.* R𝔅 = *Gr. pareneticen.* G = *Gr. pareticam.* π = *Gr.* παρατικτην. Nonn. alii ρρ = *Gr. Pareticen.* e = *Graeci parentilʒent.* 𝔛 = *Gr. paraneticen.* 𝔑 — 𝔗 = *Gr. parentiam.* B = *ad consummendam.* 𝔛 = *ad consumendam.* G = *Ego magis promitto.* R — *Eo magis.* αΠτ = *imperare nolueris.*

enixe petimus = B(p.m.). B (s.m.) GR 𝔛𝔑 — 𝔖 = *obnixe petimus,* contra quam vocem vid. Ruhnk. ad Vell. I, 9. p. 36. cf. etiam ad Ep. 35, 1.

2. ερ = *sive vernulitas.* P4. = *sive vermilitas.* G P1. 3. = *sive virilitas.* RCol. = *sive inutilitas.* B = *punienda est mutendi facilitate.* 𝔛 = *velle que nolumus.* B (cr. ∾) = *minutissimis scriptam.* recte, opinor. 𝔛 = *acutissime plicatam.* G(m∾) P1. 4. — *artissime plicatam.* BGΠ nonn. alii ρρ P3. 𝔑 — 𝔈1. = *plictam.* de quo vide. e huius vocis sedem habet vacuam. G = *et magis parte.* B 𝔑 — 𝔗 = *Desinam, inquit, multis.* sB = *Recitare recita.* G (s: *est*) — *recita* ante *ab his.*

illic cupiunt = BGR ρρ (exc. ερφ) 𝔛𝔑 — 𝔈1. ερ = *illic cupiebant.* φ = *illum cupiunt.* 𝔈2. — 𝔖 = *illico cupiunt.* 𝔛 = *Saepe illud volumus.*

optamus et uerum ne dis quidem dicimus: sed di aut non exau-
diunt aut miserentur. Ego me omissa misericordia uindicabo
et tibi ingentem epistulam inpingam, quam tu si inuitus leges,
3 dicito: Ego mihi hoc contraxi, teque inter illos numera quos
uxor magno ducta ambitu torquet, inter illos quos diuitiae per
summum adquisitae sudorem male habent, inter illos quos hono-
res nulla non arte atque opera petiti discruciant et ceteros ma-
4 lorum suorum conpotes. Sed ut omisso principio rem ipsam
adgrediar: Beata, inquiunt, uita constat ex actionibus rectis.
ad actiones rectas praecepta perducunt: ergo ad beatam uitam
praecepta sufficiunt. Non semper ad actiones rectas praecepta
perducunt, sed cum obsequens ingenium est: aliquando frustra
5 admouentur, si animum opiniones obsident prauae. Deinde
etiam si recte faciunt, nesciunt facere se recte. Non potest
enim quisquam nisi ab initio formatus et tota ratione conpositus
omnes exsequi numeros, ut sciat quando oporteat et in quan-
tum et cum quo et quemadmodum et quare. Non potest toto
animo ad honesta conari, ne constanter quidem aut libenter:
6 sed respiciet, sed haesitabit. Si honesta, inquit, actio ex
praeceptis uenit, ab beatam uitam praecepta abunde sunt: atqui
illud, ergo et hoc. His respondebimus actiones honestas et
praeceptis fieri, non tantum praeceptis. Si aliae, inquit, artes
contentae sunt praeceptis, contenta erit et sapientia: nam et
haec ars uitae est. Atqui gubernatorem facit ille qui praecepit:
Sic moue gubernaculum, sic uela submitte, sic secundo uento

Ego me = B P2. 𝔄𝔑 — 𝔖. G (cr. ∾) R (cr. ∾) γδη𝔇 mο rell. Gr. = *Ergo me.*

3. ε = *malo ducta ambitu.* R (s∾) 𝔄 — *non* post *nulla.* R = *opera atque arte.*

4. ρ = *Sed ut omisso prohemio.* 𝔑 — 𝔗 — *Non semper — perducunt.* G (n.) + *Non sunt semper ad actiones.* 𝔅 — 𝔅1. + *Non tamen semper* contra mstos etiam Gr. Pinc. ψ = *alioquin frustra.* Gr. fere omnes 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *frustra admonentur.*

5. G (s∾) P1. 3. 4. — *in* ante *quantum.*

et quare = Bρρ (exc. αη𝔇II). GR αη𝔇II 𝔄𝔑 — 𝔖 — *et.* B = *toto animo te onesta conari me constanter.* G = *sed respiciat.* 𝔑 = *sed exitabit.*

6. *atqui illud* = B ρρ P2. 4. Col. 𝔖. GR P 1. 𝔄𝔑 — 𝔖 = *atque illud.* P3. = *at quae illud.* Pinc. 𝔐 — 𝔐a + *atqui est illud.*

ergo et hoc = B sG Pinc. 𝔄𝔐 — 𝔖. R — *et hoc.* G (p.m.) P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔖 = *ergo hic.* P2. — *hoc.* Col. = *et his hic resp.*

respondebimus = B sGR ρρ (exc. γδκρσ) P2. Col. 𝔄. G (p.m.) γδκρσ P3. 4. 𝔑 — 𝔖 = *respondemus.* P1. = *respondentem.*

et praeceptis fieri = G (s.m.) Sac 𝔄𝔖. BR P2. P3. (s.m.) Col. = *ex praeceptis fieri.* G (p.m.) P 1. 3. (p.m.) 4. 𝔑 — 𝔐a = *ex decretis fieri.*

utere, sic aduerso resiste, sic dubium communemque tibi uin-
dica. Alios quoque artifices praecepta confirmant: ergo in hoc 7
idem poterunt artifices uiuendi. Omnes istae artes circa instru-
menta uitae occupatae sunt, non circa totam uitam. Itaque
multa illas inhibent extrinsecus et inpediunt: spes, cupiditas,
timor. At haec quae artem uitae professa est nulla re quo mi-
nus se exerceat uetari potest: discutit enim inpedimenta et tra-
ctat obstantia. Uis scire quam dissimilis sit aliarum artium con- 8
dicio et huius? In illis excusatius est uoluntate peccare quam
casu, in hac maxima culpa est sponte delinquere. Quod dico
tale est. Grammaticus non erubescet soloecismo, si sciens fa-
cit: erubescet, si nesciens. Medicus si deficere aegrum non
intellegit, quantum ad artem magis peccat, quam si se intellegere
dissimulat. At in hac arte uiuendi turpior uolentium culpa est.
Adice nunc quod artes quoque pleraeque, immo ex omnibus li- 9
beralissimae habent decreta sua, non tantum praecepta sicut
medicina. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis,
alia Themisonis. Praeterea nulla ars contemplatiua sine decre-
tis suis est quae Graeci uocant *δόγματα*, nobis uel *decreta* licet
adpellare uel *scita* uel *placita*, quae et in geometria et in astro-
nomia inuenies. Philosophia autem et contemplatiua est et 10
actiua: spectat simul agitque. Erras enim, si tibi illam putas
tantum terrestres operas promittere: altius spirat. Totum, in-

G (s∽) ℜ — 𝔈1. = *sic dubium omne.*

7. *ergo in hoc idem* = BG ρρ (exc. ερ) Sac 𝔄𝔖. ερ — *in.* ℜ — 𝔊 = *ergo ne hoc idem* ∽ ? 𝔐 — 𝔐𝔞 = *ergo non hoc idem* ∽ ? G = *poterant.* B = *artifice viuendi.* G(s.m.) = *iubent extrinsecus.*

8. *aliarum artium* = BG 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. R — *artium.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *harum artium.* B (s∽) P2. = *excusatus est.* G(s∽) = *exusatio est.* αϑοΠσφ P1. 3. ℜ — 𝔗 = *excusatio est.* 𝔄 = *exc n cius est.* π + *tam voluntate.* σ + *potius voluntate.* G(s∽) R(s∽) αγδϑοΠχψ = *maxime culpa est.*

non erubescet soloecismo = B 𝔖. GR maior pars ρρ = *erubescet soloecismum.* 𝔄 = *erubescit soloecismo.* ℜ — 𝔐𝔞 = *erubescit soloecismum.* 𝔖 = *si sciens fecit.*

erubescet, si nesciens = mss. 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *erubescit, si nesciens.* B(n.) = *quantum ad partem.*

9. B = *ex omnibus liberatissimae.* B(s∽) = *ars contemptiva.* BGR𝔄ℜ — 𝔈1. = *vocant dogmata.* 𝔗 inter *vocant* et *dogmata* spatium habet vacuum. 𝔐 — 𝔐𝔞 — *vel* ante *decreta.* π = *nobis autem decreta.* σ = *nobis vero decreta.*

et in geometria = BG. R 𝔄ℜ — 𝔖 — *et.*

10. *simul agitque* = mss. (exc. Gϑτ) 𝔄𝔖. Gϑτ ℜ — 𝔐𝔞 = *simulque agit.*

si tibi illam putas = BGR. 𝔄ℜ — 𝔖 — *tibi.* B = *terrestres opera.* αερυ = *terrestres opes.*

quit, mundum scrutor nec me intra contubernium mortale contineo suadere uobis ac dissuadere contenta. magna me uocant supraque uos posita:

11 *Nam tibi de summa coeli ratione deumque*
Disserere incipiam et rerum primordia pandam:
Unde omnis natura creet res, auctet alatque
Quoque eadem rursus natura perempta resoluat,

ut ait Lucretius. Sequitur ergo ut, cum contemplatiua sit, habeat decreta sua. Quid? quod facienda quoque nemo rite obibit, nisi is cui ratio erit tradita qua in quaque re omnes officiorum numeros exsequi possit quos non seruabit qui in rem prae-
12 cepta acceperit, non in omne. Inbecilla sunt per se et, ut ita dicam, sine radice quae partibus dantur. Decreta sunt quae muniant, quae securitatem nostram tranquillitatemque tueantur, quae totam uitam totamque rerum naturam simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiae et praecepta quod inter elementa et membra: haec ex illis dependent. illa et horum cau-
13 sae sunt et omnium. Antiqua, inquit, sapientia nihil aliud quam facienda ac uitanda praecepit et tunc longe meliores erant

B = *contine t o.* R(s∾) = *magna vo c c nt.* G = *supraque n os.*

11. G = *D e serere incipiam.* 𝔄 = *omn e s natura.* B = *natura e-reet.* G = *natur e cre a t.* R Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *natura cre a t.*

auc t et alatque = B (p.m.) 𝔐 — 𝔖 Lucret. I, 51. sB = *auc i tet alatque.* G = *h a u r i t alatque.* mG = *r e x a v e r t i t alatque.* R = *au g et alatque.* P2. = *au g et e t alat.* P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔅 = *h a u-r i t e t alat q u a e.* Col. = *c r e-v i t res a u g e a t e t alat, e s t quoque.* Pinc. 𝔄 = *au g et al i tque.* 𝔈1. — 𝔊 = *h a u r i t al i tque.* ϱϱ promiscue = *au g e a t, au g et, e-d a t, g i g n a t.* G (m∾) P 2. = *ca n dem rursus.* R + *in u n a qua-que re.*

qui in r e m praecepta acceperit, n o n i n o m n e = BR Pinc. ex. Francisc. Sa 𝔊ro — 𝔖. G = *q u e in r e praecepta acceperit. N a m in omn e m* (tres voces ultimae sunt notatae). γδ = ∾ *acceperit non omn e m.* αηϑιΠυχ = ∾ *non omne* om. *in.* o = ∾ *N o n n e imbecilla.* Rell. ϱϱ P2. Col. 𝔑 — 𝔅 = ∾ *acce-perit, non in n o m i n e.* P1. 3. = *qu o d in r e praecepta acceperit, non in o m e n sunt n u becilla per se.* P4. = *q u o s nemo rite obibit qui in t e praecepta acceperit. non omn i s imbecill i a sunt.* (Etiam Col. = *Imbecill i a.*) Sc 𝔄 = ∾ *n a m in omn e m v i t a m. Imb.* Codd. quidam Ermi = ∾ *non in o-mn e m v i t a m.* 𝔈1. — 𝔊 = *qui in r e praecepta acceperit, non in n o m i n e.* 𝔐 = *qui m e r a praec. acceperit. Imbecilla sunt.* 𝔏 = *qui in r e praec. acceperit. Imb.* rell. om. Lips. ci. = ∾ *non in c o m m u-n e.* Sw. ci. = ∾ *non in n o m e n.* vel *in r e* ∾ *non in n o m i n e.*

12. G (s∾) P1. = *quae a r tibus dantur.* P3. = *quae o m n i b u s a r tibus dantur.* 𝔄 = *ill a e et horum causae sunt.* 𝔑 — 𝔅 = *et horum causae sunt r a t i o n u m.*

13. *a c vitanda* = mss. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *e t vitanda.* G = *prae-ce p e r it.*

uiri: postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex enim
illa et aperta uirtus in obscuram et solertem scientiam uersa est
docemurque disputare, non uiuere. Fuit sine dubio, ut dicitis, 14
uetus illa sapientia tum maxime nascens rudis non minus quam
ceterae artes quarum in processu subtilitas creuit. Sed ne opus
quidem adhuc erat remediis diligentibus. Nondum in tantum
nequitia surrexerat nec tam late se sparserat: poterant uitiis
simplicibus obstare remedia simplicia. Nunc necesse est tanto
operosiora esse muuimenta quanto uehementiora sunt quibus pe-
timur. Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum qui- 15
bus sisteretur fluens sanguis, uolnera coirent: paulatim deinde
in hanc peruenit tam multiplicem uarietatem. Nec est mirum
tunc illam minus negotii habuisse firmis adhuc solidisque corpo-
ribus et facili cibo nec per artem uoluptatemque corrupto: qui
postquam coepit non ad tollendam, sed ad inritandam famem
quaeri et inuentae sunt mille conditurae quibus auiditas excita- 16
retur, quae desiderantibus alimenta erant onera sunt plenis.
Inde pallor et neruorum uino madentium tremor et miserabilior
ex cruditatibus quam ex fame macies. inde incerti labantium
pedes et semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. inde in totam
cutem humor admissus distentusque uenter, dum male adsuescit
plus capere quam poterat. inde subfusio luridae bilis et decolor
uoltus tabesque in se putrescentium et retorridi digiti articulis
obrigescentibus neruorumque sine sensu iacentium torpor aut
palpitatio [corporum] sine intermissione uibrantium. Quid ca- 17
pitis uertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta et
cerebri aestuantis uerminationes et omnia per quae exoneramur

𝔛 + *illa clara et aperta.*
14. R — *ut dicitis.*
tum maxime = mss. 𝔛𝔑 — 𝔖 = *cum maxime.*
quanto vehementiora = BR αβε ηλΠπχψ mτ P2. P3. (s.m.). GP1. 3. (p.m.) 4. 𝔛𝔑 — 𝔖 = *quanto valentiora.* ο = *quibus premimur.* ρ = *quibus impetimur.* υ = *quibus perimus.* 𝔑 — 𝔅 = *quibus patimur.*
15. G(s∾) κστφ = *nec per artem voluptate corrupto.* R = *nec per artem nec voluptatem corrupto.* G (s∾) nonn. ρρ P1. 3. 4. = *quod postquam coepit.* P2. — *qui.* 𝔛 — *et* ante *inventae.*
16. R + *Inde et pallor.* GR ρρ (exc. χ ∾) 𝔛𝔑 — 𝔊 = *labentium.* R = *liridae bilis.* G = *viride bilis.* π + *putrescentium dentium.* 𝔛 = *tabescentium.*
retorridi = BSa 𝔖. GR 𝔛𝔑 — 𝔐a = *retorti.* G + *nervorumque.*
palpitatio corporum = mss. etiam Gr. Ss. 𝔛𝔑 — 𝔊𝔑u — 𝔖 (𝔖 = [*corporum*] quod imitatus sum). 𝔐 — 𝔅l. — *corporum.* Sw. dicit rectius se hanc vocem ablegaturum fuisse: nam ex praecedentibus suppleri *nervorum.*
17. G = *cerebra aestuantis.* P1. 3. 4. Col. 𝔖 = *ex aestuantis.* P2.

internis ulceribus adfecta? innumerabilia praeterea febrium genera, aliarum inpetu saeuientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore et multa membrorum quassatione
18 uenientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriae? Inmunes erant ab istis malis qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac uero labore durabant aut cursu defatigati aut uenatu aut tellure uersata. Excipiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non posset. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum supellèctile nec tot ferramentis atque pyxidibus.
19 Simplex erat ex causa simplici ualitudo: multos morbos multa fercula fecerunt. Uide quantum rerum per unam gulam transiturarum permisceat luxuria, terrarum marisque uastatrix. Necesse est itaque inter se tam diuersa dissideant et hausta male digerantur aliis alio nitentibus. Nec mirum, quod inconstans uariusque ex discordi cibo morbus est et illa ex contrariis natu-
20 rae partibus in eumdem conpulsa redundant. Inde tam nullo aegrotamus genere quam uiuimus. Maximus ille medicorum et huius scientiae conditor *feminis nec capillos defluere* dixit *nec pedes laborare*. Atqui et capillis destituuntur et pedibus aegrae sunt. Non mutata feminarum natura, sed uita est: nam cum uirorum licentiam aequauerint, corporum quoque uirilium in-

= *et extuantis*. 𝔑 — 𝔐 = *impetu subeuntium*. 𝔑 — 𝔅 = *tenui peste repentina*. G = *cassatione*. R = *quassatione vehementium*. B (cr. ∾) = *quass. viventium*.

18. R fere omnes ρρ Pinc. ex. Francisc. et familiare = *defatigata*.

aut tellure versata = 𝔄 𝔈2. — 𝔖. BG P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔈1. = *aut tollere versantia*. R = *aut tellure versantia*. ρρ Pinc. ex. Francisc. et famil. = *aut tellurem versantia*. G(s∾) = *esurienti*.

non posset = mss. (exc. α) 𝔄𝔖. α 𝔑 — 𝔐a = *non poterat*. B(s∾) = *ferramentu*.

19. 𝔑 — 𝔅 — *fercula*. 𝔑 — 𝔅 + *terrarumque*. G(s∾) = *et angusta male digerantur*. B (s∾) = *quod instans variusque*. P3. (n.) + *et ex illa ex contrariis*. Steph. (ad Dalech. Ep. 30.) ci. + *in eundem locum* vel *ventrem compulsa*.

20. Steph. (l. l.) ci. + *tam nullo non aegrotamus*. P4. = *aegrotamus quam minimus*. G (s∾) = *eiusmodi scientiae*. Col. 𝔑 — 𝔈1. + *huiusmodi scientiae*. γδζ + *pedes laborare podagra*. 𝔄 — *et* ante *capillis*.

Atqui et capillis = mss. (exc. σ) etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖. σ + *Atqui nunc et illae capillis*. 𝔅 𝔈 1. = *Atqui etiam capillis*. 𝔈𝔖. + *Atqui iam et capillis* ex Pinc. ing. 𝔑 — 𝔗 + *et aegrae sunt*. BGRII nonn. alii ρρ 𝔑 — 𝔅 = *sed victa est*. B𝔄 = *licentiam aequarunt*. R = *licentiam aequaverant*. G = *equinaverint*. P1. 3. = *aequinaverint*. G(m∾) R(m∾) — *corporum quoque* — *pervigilant*.

commoda aequarunt. Non minus peruigilant, non minus potant 21
et oleo et mero uiros prouocant. aeque inuitis ingesta uisceri-
bus per os reddunt et uinum omne uomitu remetiuntur. aeque
niuem rodunt, solatium stomachi aestuantis. Libidine uero ne
maribus quidem cedunt: pati natae (di illas deaeque male per-
dant!) adeo peruersum commentae genus inpudicitiae uiros in-
eunt. Quid ergo mirandum est maximum medicorum ac naturae 22
peritissimum in mendacio prendi, cum tot feminae podagricae
caluaeque sint? Beneficium sexus suis uitiis perdiderunt et,
quia feminam exuerant, damnatae sunt morbis uirilibus. Anti-
qui medici nesciebant dare cibum saepius et uiuo fulcire uenas
cadentes. nesciebant sanguinem mittere et diutinam aegrotatio-
nem balneo sudoribusque laxare. nesciebant crurum uinculo
brachiorumque latentem uim et in medio sedentem ad extrema
reuocare. Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum 23
genera, cum essent periculorum paucissima. Nunc uero quam
longe processerunt mala ualitudinis? Has usuras uoluptatium
pendimus ultra modum fasque concupitarum. Innumerabiles
esse morbos non miraberis: coquos numera. Cessat omne stu-
dium et liberalia professi sine ulla frequentia desertis angulis
praesident. In rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est:
at quam celebres culinae sunt, quanta circa nepotum focos iuuen-

i n c o m m o d a aequarunt = B mG mR ϼϼ P2. 4. Col. Sac 𝔄𝔖. (P1. 3.) ℜ — 𝔅 = *v i t i a aequarunt.* 𝔅 — 𝔐a = *v i t i a uequav e r unt.*

21. P1. 3. 4. — *non minus pervigilant.* Cod. antiq. Pinc. = *pervigil e n t u r.* Pinc. ci. = *p u g i l l a n t u r.* P 4. 𝔄 — *non minus potant.* σ = *non minus p e c t i n e et oleo.* B (cr. ∾) = *aeque invit i i s.* 𝔄 + *invitis a l i a s v i r i s.* GR (s∾) P1. 3. 4. — *os.* ℜ — 𝔊 = *remit t u n t.* P1. = *remeti u n t.* P3. = *re r e tiuntur.* 𝔄ℜ = *aeque v i v e.* P1. 3. 4. 𝔄 = *r e d dunt.* 𝔄 = *viros v i n c u n t.*

22. *pr e ndi* = BGR 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *pre h e ndi.* 𝔄 = *vitiis suis.* ℜ — 𝔐a = *su i vitiis* contra mstos etiam Gr.

exuer a nt = Bℜ — 𝔅. GR𝔄𝔈1. — 𝔖 = *exuer u nt.* σχ = *morbis virilibus i m p l i c a t a e sunt.* B (cr. ∾) = *Antiqu i s medici.* Correctiss. ex. Pinc. = *dare s c y p h u m saepius.* P 2. (p.m.) = *dare c i v i u m saepius.*

sanguinem mittere = B (= *sang i nem*) P4. Sac 𝔄𝔖. GR P1. 2. 3. Col. ℜ — 𝔊ℜu 𝔐a = *sanguinem e - mittere.* ϼϼ = *sanguinem mittere* vel *e mittere.* Lips. ci. (Elect. I, 16.) 𝔐 — 𝔅1. = *s a n i e m e mittere.* R(n.) + *nesciebantq u e crurum.* εη 𝔄ℜ — 𝔈 2. = *crurum vincul a.* 𝔄 = *b a l n e orumque.*

23. R = *c u m longe processerunt.*

voluptat i um = B(p.m.). B(s.m.) GR 𝔄ℜ — 𝔖 = *voluptat u m.* G = *Innum e r a les.* mɔ = *Innumerabiles v e r o morbos non n u m e r a b i s.* 𝔐 — 𝔅1. = *morbos mir a r i s* contra mstos etiam Gr. R = *quanta c u r a nepotum e s t ?* 𝔐 — *circa.*

24 tus premit! Transeo puerorum infelicium greges quos post
transacta conuiuia aliae cubiculi contumeliae exspectant. Trans-
eo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta, ut
eadem omnibus laeuitas sit, eadem primae mensura lanuginis,
eadem species capillorum, ne quis cui rectior est coma crispulis
misceatur. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum
per quos signo dato ad inferendam coenam discurritur. Di boni,
25 quantum hominum unus uenter exercet! Quid? tu illos bole-
tos, uoluptarium uenenum, nihil occulti operis iudicas facere,
etiam si praesentanei non fuerunt? Quid? tu illam aestiuam
niuem non putas callum iecinoribus obducere? Quid? illa
ostrea, inertissimam carnem coeno saginatam, nihil existimas
limosae grauitatis inferre? Quid? illud Sociorum garum, pre-
tiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe
26 praecordia? Quid? illa purulenta et quae tantum non ab ipso
igne in os transferuntur iudicas sine noxa in ipsis uisceribus
exstingui? Quam foedi itaque pestilentesque ructus sunt! quan-
tum fastidium sui exhalantibus crapulam ueterem! Scias putre-
scere sumpta, non concoqui. Memini fuisse quondam in ser-
mone nobilem patinam in quam quicquid apud lautos solet diem
27 ducere properans in damnum suum popina congesserat: uene-

Pinc. ci. = *premitur*. R(m∾) — *premit*.

24. R = *alieni cubiculi*. P1. = *cubuculi*. G castig. ex. Pinc. = *cubili*. P4. — *contumeliae*.

laevitas = 𝔖. Rell. = *levitas*. Amicus quidam Grut. ci. = *aevitas*. G(s∾) P1. 3. 𝔑 — 𝔈2. = *prima mensura*. 𝔄 — *cui* ante *rectior*. G𝔄 — *est* post *rectior*. 𝔈1. 2. = *e rectior*.

25. mo = *voluntarium venenum*. ε = *voluntarium voluptatum venenum*. P3. = *occulti corporis*. R(m∾) = *etiamsi puntanei*. ε = *praesentati ei non fuerunt*. σ = *praesentarii non ferant*. R P4. Col. Sc 𝔄 = *non fuerint*. P1. 3. 𝔈1. — 𝔊 = *non fuerant*. 𝔐 — 𝔐a = *non furant* ex ing. Mur. Nic. Heins. ad Tac. A. XII, 67. ci. = *praesentanei obfuerant*. Rell. ∾. G = *illam festivam*. B = *iocineribus*. P1. 3. = *iecoribus*. P4. = *lectionibus*. 𝔄 = *iocinoribus*. 𝔑 — 𝔅 = *itineribus*. 𝔑 — 𝔅 = *illam ostream*. R = *illud Soriorum*. 𝔈1. 2. = *illud Sosiorum*. ε = *illud Sociagorum*.

26. P1. = *illam purulenta*. P2. 𝔄 = *illa pirulenta*. P3. = *illa prurulenta*. 𝔑 — 𝔅 + *tantummodo*. P3. = *tantummodo ab ipso*. Recc. ρρ nonn. Col. = *quae tantum ab ipso* om. *non*. P2. 𝔖 = *ex ipso igne*. G(cr. ∾) = *exstinguuntur*.

foedi itaque pestilentesque = BGR ρρ Gr. Sac 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔐a = *foedi atque pestilentes*. R(p.m.) = *exaltantibus crapulam*. G = *crapulam ventrem*. 𝔑 — 𝔊 = *crupula ventrem*. 𝔄 + *et scias*. GP3. 4. 𝔑 — 𝔊 = *non coqui*. P1. = *vero coqui*. Pinc. ci. ℭ — 𝔐 = *Aesopi nobilem patinam*. Pinc. ci. = *solet diduci in diversas patinas*.

riae spondylique et ostrea eatenus circumcisa qua eduntur interuenientibus distinguebantur echinis. torti destructique sine ullis ossibus mulli constrauerant. Piget iam esse singula: coguntur in unum sapores. in coena fit quod fieri debet saturo in uentre: exspecto iam ut manducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est testas excerpere atque ossa et dentium opera coquum fungi? Graue est luxuriari per singula: omnia semel et 28
in eumdem saporem uersa ponantur. Quare ego ad unam rem manum porrigam? plura ueniant simul. multorum ferculorum

27. Pinc. ci. = *et ostrea e testis circumcisa, quae dentibus interuenientibus distinguebantur* aut *quae dentium interventu distinguebantur:* nam scribendum esse *echini* et ad sequentia referendum. G γδηϟΠ (s.m.) P 1. 3. 4. = *quae eduntur.* βιΠ (p.m.) στ (p.m.) υP2. Col. 𝔛 = *quae duntur.* χ = *quatenus dantur.* ε + *condimentis interuenientibus.* ιο + *quaedam interuenientibus.*

echinis. torti destructique. Sic scribendum videtur libris diligenter excussis. B = *echini to* [corr. *echinis*] *torti* [lit.] *destructique.* Sa = *echinis. totam destructique.* γδζπφχψ = *echinis torti districtique.* βι = *echini torti distinctique.* P 2. Col. = *Ethini torti distinctique.* ο = *echini torti distentique.* υ = *echini torti districtique.* G = *eqas totam distinctaque.* mG = *echini torti.* P1. = *equus totam districtique.* P 4. = *equus in totum districtique.* P3. = *equini torti distractique.* Rα 𝔑 — 𝔈 1. = *echinis: totam* [sR = *torti*] *distractique.* Cod. quidam Ermi = *Echini torti distractique.* Πϟχ = *echinis totam distructique.* η = *echinis totam distinctique.* Quaedam exx. Pinc. = *districtique,* alia = *distinctique.* 𝔛 = *echini torti muli distinctique* [etiam Sc = *distinctique*] *sine ullis ossibus multis contraxerant.* Erm. ci. = *echinis. Totam distracti sine ullis.* 𝔈2. — 𝔐 = *echinis: torti distracti sine ullis.* 𝔏 — 𝔅 1. = *echinis: torti distractique.* 𝔑u 𝔐a = *torti destrictique* ex em. Gron. 𝔖 partim ex ing. = *echinis; totam destricti sine ullis.* Ad *totam* Sw. supplet *patinam.* B (cr. ∾) = *multi construuerant.* 𝔑 — 𝔅 = *nulli constrauerant.* GP1. 4. = *construuerat.* 𝔈 1. = *constrauerunt.* δ = *missi constrauerant.* βπτ = *mulli contraxerant.* η = *multa construuerant.* Col. = *multis contraxerant.* P2. = *muli contraxerunt.* βεηιλοπστ P 2. cod. Gron. 𝔛 + *Piget esse iam pituitam.* quod probat Gron. Col. = *pituitam singula.* P4. + *piger esse piget esse iam singula.* 𝔈1. = *Piget esse picta singula.* 𝔅 = *Piget esse picta: ita singula.* B (cr. ∾) = *conguntur.* P2. Col. quidam Pinc. 𝔛 = *congeruntur.* 𝔑 — 𝔈1. = *coquuntur in urna saporis.* ηφ P3. = *in unum saporem.* Rell. mss. etiam Gr. = *saporis* (*sapor is*). Ex. Pinc. ac Fac. et Prim. = *contraxerint pituitam singula. Coquuntur in unum. Sapor is in coenam fit qui fieri.* G sB 𝔛 = *qui fieri.* G — *debet.* σ = *quod fieri debet stat in ventre confusio.* B(s∾) = *sat in ventre.* 𝔑 — 𝔈1. = *exta ex corpore atque ossa.* G = *testas excipere.* R — *ossa et.* 𝔛 = *opera circumfungi.* 𝔑 — 𝔅 = *coquum frangi.*

28. G(cr. ∾) γδ P1. 3. 𝔈1. = *versa parantur.* R𝔑 — 𝔅 𝔍u = *Quare ergo.* 𝔑 — 𝔅 = *veniunt simul.* 𝔛 = *multorum seculorum.* Colvius ad Appul. M. X. ci. = *fer-*

ornamenta coeant et cohaereant. Sciant protinus hi qui iactationem ex istis peti et gloriam aiebant non ostendi ista, sed conscientiae dari. Pariter sint quae disponi solent uno iure perfusa: nihil intersit: ostrea, echini, spondyli, mulli perturbati
29 concoctique ponantur. Non esset confusior uomentium cibus. Quomodo ista perplexa sunt sic ex istis non singulares morbi nascuntur, sed inexplicabiles, diuersi, multiformes: aduersus quos et medicina armare se coepit multis generibus, multis obseruationibus. Idem tibi de philosophia dico. Fuit aliquando simplicior inter minora peccantes et leui quoque cura remediabiles:
30 aduersus tantam morum euersionem omnia conanda sunt. Et utinam sic denique lues ista uindicetur! Non priuatim solum, sed publice furimus. Homicidia conpescimus et singulas caedes: quid bella et occisarum gentium gloriosum scelus? Non auaritia, non crudelitas modum nouit. Et ista quamdiu furtim et a singulis fiunt, minus noxia minusque monstrosa sunt: ex senatusconsultis plebisque scitis saeua exercentur et publice
31 iubentur uetita priuatim. Quae clam commissa capite luerent

culorum scitamenta. 𝔑 — 𝔅 = *coeant et coerceunt.* αβε𝔇 = *cohereeant.* R nonn. ρρ = *gloriam agebant.* G = *gloriam agestant.* 𝔄 + *conscientiae vel continencie.* ε = *conscientia.* 𝔑 — 𝔅 = *Puriter sicut.* R = *nihil interest.* 𝔄 = *ostrea.*

echini, spondyli, mulli perturbati = Sa. Bβιοπστφψ = ∞ *sponduli* [B cr. = *spondylli*] *mulli* ∞. η = *echini, spondyli perturbuti in ollis.* 𝔑 — 𝔅 = *echinis ponduli* [etiam R p.m. = *ponduli*] *nullis perturbati.* GP1. = *echinis pondula mullis.* Col. = *echini, ponduli mulli.* P3. = *echinnis pondula mullis.* P4. = *echinis pendula mullis.* 𝔈1. — 𝔐a = *echinis, spondyli perturbati mullis.*

29. B (cr.∞) = *moventium cibus.* R + *et medicina.* 𝔖 ex ci. Lips. = *multigeneribus observationibus* contra mstos et imprr.

Idem tibi = mss. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖. 𝔅 — 𝔐a — *tibi.*

remediabiles = mss. etiam Gr. Gron. Sac 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔑u — 𝔖. probat Gron. 𝔈2. — 𝔅1. = *medicabiles.* 𝔐 — 𝔐a = *adversum.* 𝔑 — 𝔐a — *sunt* post *conanda.*

30. P4. = *et utique sic denique.* Col. = *et nunc sit denique.*

vindicetur = mss. (exc. εη𝔇ρσχ) etiam P2. 3. Sac 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖 (B p.m. = *vindicatur*). ερχ = *vincatur.* η = *iudicetur.* 𝔇 = *dicceretur.* σ = *vindicaretur.* P1. = *unidicetur.* P4. + *non vindicetur.* Col. = *meditetur.* 𝔈2. — 𝔐a = *vinceretur.* R = *et occisorum gloriosus çelus.* G (m∞) quatuor ex recc. ρρ P1. 3. = *occisorum gloriosum.* P4. = *occisorum gentium gl.* 𝔑 — 𝔗 — *gentium.* G (cr.∞) = *et ad singula fiunt.* 𝔄 — *a* ante *singulis.* 𝔑 — 𝔅 = *et singula fiunt.* sBGR Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *monstruosa.* πσ = *in scena exercentur.* P2. = *scaeva exercentur.* P3. = *scena exercentur.* P4. = *sena exercentur.* ζ𝔐 — 𝔏4. = *scelera exercentur.* Rell. etiam Gr. ∞. B = *vetata.* 𝔄 + *vetata vel vetita.*

31. G𝔑 — 𝔅 = *Quaedam commissa.* 𝔈1. = *Privatim quidam commissa.* βιχλτφ 𝔄𝔈2. — 𝔊 = *privatim quae commissa.* Col. = *pri-*

tamen, quia paludati fecere, laudamus. Non pudet homines,
mitissimum genus, gaudere sanguine alterno et bella gerere
gerendaque liberis tradere, cum inter se etiam mutis ac feris
pax sit. Aduersus tam potentem explicitumque late furorem
operosior philosophia facta est et tantum sibi uirium sumpsit
quantum iis aduersus quae parabatur accesserat. Expeditum 32
erat obiurgare indulgentes mero et petentes delicatiorem cibum.
non erat animus ad frugalitatem magna ui reducendus a qua
paululum discesserat.

Nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistra.

Uoluptas ex omni quaeritur. nullum intra se manet uitium. In
auaritiam luxuria praeceps est. honesti obliuio inuasit. nihil
turpe est cuius placet pretium. Homo, sacra res homini, iam 33
per lusum ac iocum occiditur et quem erudiri ad inferenda acci-
piendaque uolnera nefas erat is iam nudus inermisque producitur
satisque spectaculi ex homine mors est. In hac ergo morum
peruersitate desideratur solito uehementius aliquid quod mala
inueterata discutiat: decretis agendum est, ut reuellatur penitus
falsorum recepta persuasio. His si adiunxerimus praecepta, 34

vatimque commissa. R (al. m.) = *luerent u r.*

tamen quia = G ϱϱ (exc. υ) quidam Pinc. 𝔑 — 𝔊. probat Grut. Sc = *tam quia.* BRSa P1. 3. 4. = *tum quia* (in R *tum* est deletum). P2. = *tumque.* Col. = *tum quae.* υ = *nunc quia.* 𝔛𝔖 = *ium quia.* Sw. putat hoc verum esse aut prorsus abiiciendam vocem controversam. 𝔐 — 𝔐a = *eadem quia.* Gαγδεη⁵οΠχ P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔅 = *paulatim fecere.* ζφψ𝔈1. = *palam fecere.* Grut. ci. = *paludatim fecere.* R = *paludati fecerunt.* G P1. quidam Pinc. 𝔑 — 𝔈1. = *hominis.* Alii Pinc. = *hominum.* π = *sanguine alieno.* R + *et bella gerere.* ρ = *brutis ac feris.* σ + *ac feris animalibus.*

quantum iis = B. GR𝔛𝔑 — 𝔖 = *quantum his.* B (cr. ∾) = *adversus quam.*

32. B (cr. ∾) = *obiurgaret.* B (s∾) = *delicatorem.* 𝔈2. — 𝔍u = *a quo paululum.* B (cr. ∾) = *a qua pauilum.* GP1. = *paulum.*

ex omni quaeritur = BG P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔊. Sa (?) 𝔖 + *ex omni parte quaeritur.* R𝔛 = *ab omni quaeritur.* sR P2. Col. Pinc. („verior lectio ex variis exemplaribus colligitur") 𝔐 — 𝔐a = *ab omni parte quaeritur.* Lips. ci. = *ex homine quaeritur.*

honesti = B sG Pinc. 𝔛𝔖. P2. Col. = *honestum.* R P3. (s. m.) = *honestatum.* G (p. m.) P1. 3. (p. m.) P4. 𝔑 — 𝔐a = *honestatis.* π = *oblivio invaluit.* 𝔑 = *nil turpe.*

33. 𝔑 — 𝔅 + *sacra res est.*

homini iam = BR antiqq. ϱϱ et rell. fere omnes P2. P3. (s. m.) Pinc. 𝔛 𝔑u — 𝔖. G (P1. P3. p. m. P4. Col.) 𝔑 — 𝔅1. = *homo ium.*

ac iocum = BG𝔛. R + *ac per iocum.* 𝔑 — 𝔖 = *et iocum.* B (cr. ∾) = *iis iam nudus.*

ex homine = mss. etiam Pinc. Gr. 𝔛𝔊ro — 𝔖. 𝔑 — 𝔏4. = *in homine.* 𝔛 — *solito.*

consolationes, adhortationes, poterunt ualere: per se inefficaces sunt. Si uolumus habere obligatos et malis quibus iam tenentur auellere, discant quid malum, quid bonum sit. sciant omnia praeter uirtutem mutare nomen, modo mala fieri, modo bona.
35 Quemadmodum primum militiae uinculum est religio et signorum amor et deserendi nefas, tunc deinde facile cetera exiguntur mandanturque iusiurandum adactis: ita in iis quos uelis ad beatam uitam perducere prima fundamenta iacienda sunt et insinuanda uirtus. Huius quadam superstitione teneantur. hanc ament.
36 cum hac uiuere uelint, sine hac nolint. Quid ergo? non quidam sine institutione subtili euaserunt probi magnosque profectus adsecuti sunt, dum nudis tantum praeceptis obsequuntur? Fateor: sed felix illis ingenium fuit et salutaria in transitu rapuit. Nam ut di inmortales nullam didicere uirtutem cum omni editi et pars naturae eorum est bonos esse, ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem in ea quae tradi solent perueniunt sine longo magisterio et honesta conplexi sunt, cum primum audiere:
37 unde ista tam rapacia uirtutis ingenia uel ex se fertilia. At illis aut hebetibus et obtusis aut mala consuetudine obsessis diu rubigo animorum effricanda est. Ceterum ut illos in bonum pronos citius educit ad summa et hos inbecilliores adiuuabit ma-

34. 𝔄 = *His si adduxeris.* G (m∾) — *adhortationes.* R — *et* ante *malis.* 𝔄 = *a malis.* P4. 𝔏 — 𝔅1. (exc. 𝔏4.) = *Si nolumus habere.* 𝔐 = *Si volumus solvere.* π = *Si volumus liberare.* ε + *obligatos animos.*

avellere = G𝔑 — 𝔖. B𝔄 = *a vulnere.* R = *ab ubere.* Rell. n. l. G — *mutare nomen.* mG = *immutare nomen.* B(cr.∾) = *male fieri.*

35. *signorum amor* = χ 𝔈2. — 𝔖. Rell. mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *singulorum amor.* R Col. = *tunc demum.* At solet Seneca copulare *Tunc* et *Deinde.* vid. Ind. BG P 1. 3. 4. Col. = *ceterae.* G (cr.∾) R P1. 2. 3. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *facile extinguuntur.* B (s.m.) G 𝔑 𝔈1. = *mandaturque.* sR P2. Col. 𝔄𝔑 + *in iusiurandum.* 𝔈2. — 𝔐 𝔍u + *ad iusiurandum.*

in iis quos = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *in his quos.* Rell. n. l. 𝔑 — 𝔅 = *ad beatam vitam ducere.* sR P2. (s.m.) P3. (s.m.) = *inseminanda virtus.* G (s.m.) R ρρ (exc. αζΠψ) 𝔄 = *cuius quadam.* G(m∾) — *sine hac nolint — non quidam.*

36. mG 𝔇σ 𝔑 — 𝔅 = *nam quidam.* ε𝔈1. = *num quidam.* P3. 4. 𝔑 — 𝔈2. = *sine instructione.* B(cr. ∾) = *subtile.* 𝔄 + *probi vel probra.* R (m∾) P1. 3. — *bonos esse.* 𝔑 — 𝔐a = *esse bonos.*

audiere = BG (BG p.m. = *audire*) R maior pars ρρ 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *audierunt.* B(s∾) = *rapaci.*

37. *At illis* = P4. 𝔈1. — 𝔖. BGR rell. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *et illis.* 𝔄 = *haud hebetibus.* B = *optusis.* B = *robigo.* 𝔄 = *animarum.* G (m∾) = *in bonum prognoscitis.* Col. = *inducit ad summa.* G = *adiuvavit.* R𝔄 = *adiuvat.* Nonn. ρρ = *ita hos imbecilliores.* 𝔄 = *et hoc imbecil-*

lisque opinionibus extrahet qui illis philosophiae placita tradide-
rit : quae quam sint necessaria licet uideas. Quaedam insi- 38
dent nobis quae nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt.
Nec haec audacia reprimi potest nec illa inertia suscitari, nisi
causae eorum eximuntur, falsa admiratio et falsa formido. Haec
nos quamdiu possident, dicas licet: Hoc patri praestare debes,
hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus. Temptantem auaritia
retinebit. sciet pro patria pugnandum esse: dissuadebit timor.
sciet pro amicis desudandum esse ad extremum usque sudorem:
sed deliciae uetabunt. sciet in uxore grauissimum esse genus 39
iniuriae pellicem: sed illum libido in contraria inpingit. Nihil
ergo proderit dare praecepta, nisi prius amoueris obstantia prae-
ceptis, non magis quam proderit arma in conspectu posuisse
propiusque admouisse, nisi usurae manus expediuntur. Ut ad
praecepta quae damus possit animus ire soluendus est. Pute- 40
mus aliquem facere quod oportet: non faciet adsidue, non faciet
aequaliter: nesciet enim quare faciat. Aliqua uel casu uel
exercitatione exibunt recta: sed non erit in manu regula ad
quam exigantur, cui credat recta esse quae fecit. Non promit-
tet se talem in perpetuum qui bonus casu est. Deinde praesta-
bunt tibi fortasse praecepta ut quod oportet facias, non praesta-

liores. GR = *extrahit.* G (s.m.) 𝔄 = *extrahat.* G (n.) + *At qui illis.* G𝔈2. 𝔊 = *placida.* 𝔈1. — 𝔊 = *quam sit necessaria.* mG ɩmπ P2. Col. = *seculo videas.* Nonn. ϱϱ + *si licet videas.* BGR alii ϱϱ P1. 3. 4. Sac 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖 = *scilicet videas.*

38. χ𝔍u = *quaedam incident.* B = *ad agros pigros.* 𝔄 = *hec inertia.* R — *eorum* post *causae.*

eximuntur = B. GR𝔄𝔑 — 𝔖 = *eximantur.* 𝔑 — 𝔈1. + *falsa autem admiratio.*

et falsa formido = B sG 𝔄𝔖. RG (p.m.) 𝔑 — 𝔐a — *et.* 𝔄 — *debes* post *praestare.* R = *avaritiā.* B(p.m.) = *desuadendum esse.* P1. 𝔄 = *dissuadendum esse.* P4. 𝔑 = *dissudandum.* G(cr. ∾) = *desudendum.* B(del.) G Col. + *usque ad sudorem.* Propterea Grut. putat vocem *sudorem* posse in suspicionem venire.

39. *in uxore* = mss. etiam Gr. Pinc. Sac 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *in uxorem.* 𝔅 — 𝔐a + *habere pellicem.*

inpingit = BGR 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖 (B p.m. = *inpinguit*). 𝔈2. — 𝔐a = *impinget.* π = *impellet.* 𝔑 = *nisi prius admoveris.*

obstantia = R𝔑 — 𝔖. BG fere omnes ϱϱ 𝔄 = *obstatura.* de quo videas. G = *expediantur.* P1. 3. 𝔑 — 𝔈2. = *animus solvendus ire* om. *est.* Rell. etiam Gr. Pinc. ∾.

40. *nesciet enim* = mss. 𝔄𝔗. 𝔑 — 𝔐a = *nescit enim.* R𝔑 — 𝔅 = *quare faciet.* G(cr. ∾) P1. 3. = *exhibent recta.* Pinc. = *exhibuit recta.* 𝔑 = *exibet recta.* 𝔗 = *exhibet recta.* 𝔅 = *exhibit recta.* 𝔈1. — 𝔊 = *exhibebit recta.* 𝔑 — 𝔅 = *cui credant.* 𝔄 = *Non promittit.* B = *qui bonus casus est.* G𝔔xσ P1. 3. 4. = *qui bonis usus est.* 𝔑 — 𝔖 = *qui casu bonus est.* Rell. ∾.

bunt ut quemadmodum oportet: si hoc non praestant, ad uirtu-
41 tem non perducunt. Faciet quod oportet monitus, concedo:
sed id parum est, quoniam quidem non in facto laus est, sed in
eo quemadmodum fiat. Quid est coena sumptuosa flagitiosius
et equestrem censum consumente? quid tam dignum censoria
nota, si quis, ut isti ganeones loquuntur, sibi hoc et genio
suo praestet? et totiens tamen sestertio aditiales coenae fruga-
42 lissimis uiris constiterunt. Eadem res, si gulae datur, turpis
est, si honori, reprehensionem effugit. Non enim luxuria, sed
inpensa solemnis est. Mullum ingentis formae (quare autem
non pondus adicio et aliquorum gulam inrito? quatuor pondo
et selibram fuisse aiebant) Tiberius Caesar missum sibi cum
in macellum deferri et uenire iussisset: *Amici,* inquit, *omnia*
me fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit aut P.
43 *Octauius.* Ultra spem illi coniectura processit: licitati sunt.
uicit Octauius et ingentem consecutus est inter suos gloriam,
cum quinque sestertiis emisset piscem quem Caesar uendiderat,
ne Apicius quidem emerat. Numerare tantum Octauio fuit

G (s∾) P1. P3. (s∾) 4. Col. 𝔑 — 𝔈2. — *ut* ante *quemadmodum.*

si hoc non praestant = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 + *et si hoc non praestant.* 𝔑 — 𝔅 — *non* ante *perducunt.*

41. P3. 𝔑 — 𝔈2. + *Faciet ergo.* Rell. etiam Gr. Pinc. ∾. B = *equestrem ceiaam consumente.* G𝔑 — 𝔗 = *equestrem cenam.* R(s∾) — *censum.* G (s∾) = *quid tam magnum.* B = *ganeoses loquuntur.* Gαγδε𝔍κλΠτψ P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔈1. = *ganeose loquuntur* (𝔗 = *caneose*).

sibi hoc et genio suo = BGR plerique ex recc. ρρ Gr. Sac 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔅 = *sibi haec et ingenio suo.* 𝔈1. — 𝔐a = *sibi haec* ∾. BSa = *docens tamen sestertio.* e = *ducenciens tn sestriciales cene frugalisimis.* P3. 4. = *totiens tantum.* 𝔐 — 𝔅1. = *tricies tamen H. S.* (*sestertios*). Rell. etiam Gr. Sc ∾. R = *adiitiales.* 𝔑 — 𝔅1. 𝔐a = *adiiciales.* σχ = *ediciales.* R(cr. ∾) βζφ 𝔍u = *constituerunt.*

42. BR(s∾) = *Eadem res singulae datur.* G = *sigula edatur.* B(s∾) = *Mulum.* P3. — *autem* post *quare.* 𝔑 — 𝔏4. = *et aliorum gulam* contra nstos etiam Gr.

quatuor pondo et selibram = B (p.m. = *ponde*) quidam ρρ. mR alii ρρ P2. = *quatuor pondo et semilibrem.* GR maior pars ρρ P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔗 = *quatuor pondo et asse librum.* 𝔄 = *pondus et asse liberam* om. *quatuor.* 𝔅 — 𝔖 + *et ad selibrum.* B (cr. ∾) G(s∾) = *agebant.* G(m∾) — *Tiberius.* 𝔄 — *Tiberius Caesar.* 𝔄 = *demissum sibi.* Pinc. — *me* ante *fallunt.* Pinc. ci. = *ominu fallunt.* 𝔄 — *aut* ante *Apicius.*

43. B(s *n*) = *coiectura.* BG𝔑 — 𝔗 = *licιti sunt.* 𝔄 + *quia cum quinque.*

quinque sestertiis = BR ρρ Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. GP4. Col. = *cum quinque sextertiis.* P1. 2. = *cum quinque sextertias.* P3. = *cum quinque sextertios.* 𝔐 — 𝔐a + *cum quinque millibus H. S.* B (cr. ∾) = *quae Caesar vend.* G 𝔑 — 𝔅 = *nec Apicius q.* 𝔄 = *quidem civerat.* R(m∾) — *emerat — non illi qui.*

turpe, non illi qui emerat ut Tiberio mitteret (quamquam illum
quoque reprehenderim): admiratus est rem qua putauit Caesa-
rem dignum. Amico aliquis aegro adsidet: probamus. at hoc 44
hereditatis causa facit: uultur est, cadauer exspectat. Eadem
aut turpia sunt aut honesta: refert quare aut quemadmodum
fiant. Omnia autem honeste fient, si honesto nos addixerimus
idque unum in rebus humanis bonum iudicauerimus quaeque ex
eo sunt. Cetera in diem bona sunt. Ergo infigi debet per-
suasio ad totam pertinens uitam: hoc est quod *decretum* uoco.
Qualis haec persuasio fuerit talia erunt quae agentur, quae 45
cogitabuntur: qualia autem haec fuerint talis uita erit. In
particulas suasisse totum ordinanti parum est. M. Brutus in
eo libro quem περὶ καθήκοντος inscripsit dat multa praecepta
et parentibus et liberis et fratribus: haec nemo faciet quemad-
modum debet, nisi habuerit quo perferat. Proponamus opor-
tet finem summi boni ad quem nitamur, ad quem omne factum
nostrum dictumque respiciat, ueluti nauigantibus ad aliquod
sidus dirigendus est cursus. Uita sine proposito uaga est. Quod 46
si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta.
Illud, ut puto, concedes nihil esse turpius dubio et incerto ac

non illi qui = Pinc. v. l. Sc 𝔖—𝔐. B(p.m.) G 𝔛 = *non ille qui.* B(s.m.) mR fere omnes ϱϱ 𝔑—𝔈2. 𝔏—𝔖 = *nam ille qui.* Sa 𝔖 = *reprenderim.* Nonn. ex recc. ϱϱ = *quam putavit Caesare dignam.*

44. 𝔛 = *Amico aliquis ergo.* 𝔑—𝔗 = *Amico ergo probamus* om. *aliquis adsidet.* 𝔅𝔈1. = *Amico ergo aliquis.* 𝔈2. — 𝔖 = *Amico aegro aliquis* contra mstos.

at hoc hereditatis causa facit = B. G + ∾ *facit, si vultur est.* R + *at si hoc.* 𝔛 = *at hec si her. c. f.* 𝔑—𝔖 + *at hoc si her. c. f.* 𝔑 = *ultor enim cadaver expectat.* 𝔗 = *ultro enim cad. exp.*

aut turpia sunt aut honesta = mss. etiam Ss. 𝔛𝔑—𝔊𝔖. 𝔐—𝔐a = *et turpia sunt et honesta.* G(s∾) = *refer quare.* 𝔛 = *aut quemadmodum quedam.* B(s.m.) 𝔅1. 𝔑u = *honesta fient.* G = *honeste fiant.* G = *si honeste nos add.* 𝔑—𝔗 = *Unde id quod unum.* B (cr. ∾) = *iudicaremus.* Fortasse Sen. scripsit *iudicarimus.* [illegible] P2. Col. 𝔑—𝔈2. + *quaeque ex eo sunt semper* [𝔑—𝔈1.— *semper*] *bona sunt.* Rell. etiam Pinc. ∾. GR [illegible] P 2. 𝔛 = *Ergo infundi debet.*

45. B(cr.∾) = *cogitabantur.* R = *haec fuerunt.* BGe = *quem peri cathecontos.* P2. = *quem peri cathetontos.* Col. = *quem pericaehecontis.* R (lit.) P3. = *quem* [Pron. in R addidit sec. m.] *pareneticon.* 𝔛 = *quem perithecontos.* 𝔑—𝔗 = *quem Perichante.* 𝔅 = *quem Perichante conitos.*

quo perferat = mss. (exc. ζ) etiam Gr. Erm. 𝔛𝔑—𝔊. ζ𝔐—𝔖 = *quo referat.* R — *ad quem nitamur.* 𝔛 = *ad quem vocamur.* B (p.m.) = *atque omne factum.*

46. *ut puto* = B𝔛𝔑—𝔗𝔖. GR𝔅—𝔐a — *ut.* BR (lit) plerique ϱϱ (certe [illegible] scripturam a nobis receptam exhibent integram) Gr. Erl. Herb. = *et incerto actu mo-*

timido, pedem referente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis, nisi eximuntur quae reprendunt animos et detinent perconarique
47 totos uetant. *Quomodo sint di colendi* solet praecipi. Accendere aliquem lucernas sabbatis prohibeamus, quoniam nec lumine di egent et ne homines quidem delectantur fuligine. Uetemus salutationibus matutinis fungi et foribus adsidere templorum: humana ambitio istis officiis capitur, deum colit qui nouit. Uetemus lintea et strigiles Ioui ferre et speculum tenere Iunoni: non quaerit ministros deus: quidni? ipse humano generi mini-
48 strat, ubique et omnibus praesto est. Audiat licet quem modum seruare in sacrificiis debeat, quam procul resilire a molestiis ac superstitionibus: numquam satis profectum erit, nisi qualem debet deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem [beneficium] gratis [dantem]. Quae causa est dis benefaciendi? natura. Errat, si quis illos putat nocere nolle: non possunt. nec accipere iniuriam queunt nec facere. Laedere
49 etenim laedique coniunctum est. Summa illa ac pulcherrima omnium natura quos periculo exemit ne periculosos quidem fecit.

do pedem [Erl. = *pede?*] *ref.* mR quidam ρρ Herb. + *referente modo producente.* 𝔑 — 𝔖 + *modo referente modo producente.* Recte monuit Ianus haec esse delenda. G𝔄 — *rebus* ante *accidet.* BR (s∾) — *nisi.* 𝔑 = *nisi extimantur.* 𝔗 — 𝔈1. = *nisi aestimantur.* G𝔈2. — 𝔖 = *nisi eximantur.* BGR plerique ρρ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *quae* [G = *qui*] *rependunt.* Duo Gr. = *repedunt.* ψ Pinc. Col. = *quae repellunt.* ζ = *quae impediunt.* π = *quae reprimuntur.* 𝔐 — 𝔐a = *quae reprehendunt.*

et detinent = BG𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *ac detinent.*

perconarique = 𝔖 ex ci. Ermi. probant Grut. Steph. (Prood. II, 10.). BGR tres Gr. 𝔄 = *preconarique.* R (s.m.) 𝔑 — 𝔊 = *et praeconari.* m𝔈2. = *et percontari.* 𝔐 — 𝔐a = *et conari.*

47. B(s∾) = *Accedere aliquem.*

lucernas = BGR ρρ Sac 𝔄𝔑 — 𝔊 𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *lucernam.* BG = *prohibebamus.* Tres Gr. = *prohibemus.* G𝔑 — 𝔅 = *et nec homines q.* B = *dilectantur.* sB GR tres Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *Vetamus sal.* RP3. 𝔑 — 𝔅 = *Vetamus lintea.* B (cr.∾) R(n.) = *stringiles.* BG ρρ 𝔄𝔑 — 𝔊 = *ferri.* Sed iidem libri retinent *tenere.*

48. *quem modum servare* = R(lit.) P3. 𝔖. Bαβ11 mγ mυ Sac 𝔄𝔑 — 𝔅 + *quem ad modum servare.* G rell. ρρ Col. 𝔈1. — 𝔊 = *quemadmodum servire.* P2. 𝔐 — 𝔐a = *quemadmodum se gerere.* 𝔑 — 𝔅 = *quasi procul resilire.* 𝔑 — 𝔈1. = *a molestiis, a superstitionibus.* 𝔄𝔈2. — 𝔐𝔖 = *a molestis superst.* Col. = *a molestiis superstionibus.* Rell. etiam Gr. ∾. π = *numquam satis perfectus erit.* Nonn. alii ρρ 𝔑 — 𝔈2. = *Numquam satis perfectum erit.*

[*beneficium*] = BGR Sac 𝔄𝔐𝔖. 𝔗 — 𝔐a = *beneficia.* Uncis inclusi vocem suspectam, quae ad verba *omnia tribuentem gratis* a librario olim adscripta est. Deinde alius adiecit *dantem*, quod in BR primitus non legebatur: habent G 𝔄𝔑 — 𝔖.

nocere nolle = Sa 𝔖. BGR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *nocere velle.* βειοσυ P2. 𝔈1. — 𝔊 = *velle vel posse.*

49. G = *aut pulcherrima.*

ne peric. quidem = B𝔄𝔑 — 𝔅𝔖.

Primus est deorum cultus deos credere. deinde reddere illis
maiestatem suam, reddere bonitatem sine qua nulla maiestas
est. scire illos esse qui praesident mundo, qui uniuersa ui sua 50
temperant, qui humani generis tutelam gerunt interdum curiosi
singulorum. Hi nec dant malum nec habent: ceterum castigant
quosdam et coercent et inrogant poenas et aliquando specie boni
puniunt. Uis deos propitiare? bonus esto. Satis illos coluit
quisquis imitatus est. Ecce altera quaestio *quomodo homi-* 51
nibus sit utendum. Quid agimus? quae damus praecepta? Ut
parcamus sanguini humano? quantulum est ei non nocere cui
debeas prodesse! Magna scilicet laus est, si homo mansuetus
homini est. Praecipiemus ut naufrago manum porrigat, erranti
uiam monstret, cum esuriente panem suum diuidat? Quando 52
omnia quae praestanda ac uitanda sunt dicam? cum possim bre-
uiter hanc illi formulam humani officii tradere: Omne hoc quod
uides, quo diuina atque humana conclusa sunt, unum est:
membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit,
cum ex isdem et in eadem gigneret. Haec nobis amorem in- 53
didit mutuum et sociabiles fecit. illa aequum iustumque conpo-
suit: ex illius constitutione miserius est nocere quam laedi.
ex illius imperio paratae sint iuuantis manus. Ille uersus et in

GR𝔈1. — 𝔐𝔞 = *nec per. q.* ℜ = *facit.* G = *magestatem* et *magestas.*
50. υ = *qui universa, qui sua.* BGR rell. ρρ 𝔄ℜ — 𝔐 = *ut sua temperant.* P2. ℜ — 𝔅 = *aliquando spem boni* (*spe* = specie. *spē* = spem). 𝔅 — 𝔊 = *spe boni.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. RP3. = *vis deo propitiari.* probat Grut.
51. Πυ + *hominibus quid sit utendum.* Nonn. alii ρρ + *hominibus quidem.* B(p.m.) G = *Ut pareamus.* χ 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *Ut parcatur.* Rell. etiam Gr. ∾. B(s∾) = *sanguine.* B(cr.∾) G = *et non nocere.* Plerique recc. ρρ — *ei.* α = *Magna solum laus est.* β𝔅 = *Magna saeculi laus est.* Plerique recc. ρρ — *scilicet.* Rαβδζηυ πΠ P3. ℜ — 𝔈1. = *si homo mansuetus hominem adiuvet.* B (cr.∾) = *et naufrago.* G = *naufragio.* ℜ — 𝔐 + *erranti ut viam* contra mstos etiam Pinc.

52. Rαβζηυσ πΠσφψ ℜ — 𝔈1. + *ac vitanda sunt curaverit.* 𝔛 + *ac vitanda sunt curaverat.* 𝔛 — *hanc* post *breviter.* 𝔐 — 𝔐𝔞 — *illi* contra mstos. B (cr.∾) = *fortunam humani.* R P3. = *membra sunt.*
cum ex isdem = B. ℜ — 𝔈1. = *cum hisdem.* G = *cum ex eisdem.* R 𝔈2. — 𝔖 = *cum ex iisdem.*
53. 𝔛 = *amorem tradidit.* R (s∾) — *indidit.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *et illius imperio paratae.*
paratae sint = BR. G𝔛ℜ — 𝔖 = *paratae sunt.*
iuvantis manus = αβδεζηυΠψ codd. Ermi ℜ — 𝔐𝔖. B (p.m.) Pinc. (exc. ex. famil.) Sac 𝔛 = *iuvandis manus.* B (s.m.) G (s.m.) R (in hoc *ad* legitur supra lineam) Pinc. ex. famil. Gr. 𝔏 — 𝔐𝔞 = *ad iuvandum manus.*
Ille versus = Nonn. ρρ. BG 𝔛 = *Illi versus.* ℜ — 𝔈2. =

pectore et in ore sit:

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.

Habeamus: in commune nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est quae casura, nisi inuicem obstaret,
54 hoc ipso sustinetur. Post deos hominesque dispiciamus *quomodo rebus sit utendum.* In superuacuum praecepta iactauimus, nisi illud praecesserit qualem de quacumque re habere debeamus opinionem, de paupertate, de diuitiis, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. Aestimemus singula fama remota
55 et quaeramus quid sint, non quid uocentur. *Ad uirtutes* transeamus. Praecipiet aliquis ut prudentiam magni aestimemus, ut fortitudinem conplectamur, [temperantiam amemus], iustitiam, si fieri potest, propius etiam quam ceteras nobis adplicemus. Sed nil agemus, si ignoramus quid sit uirtus, una sit an plures, separatae an innexae, an qui unam habet et ceteras
56 habeat, quo inter se differant. Non est necesse fabro de fabrica quaerere quod eius initium, quis usus sit, non magis quam pantomimo de arte saltandi. Omnes istae artes se sciunt, nihil deest: non enim ad totam pertinent uitam. Uirtus et aliorum scientia est et sui. Discendum de ipsa est, ut ipsa discatur.

Isti versus. R𝔊—𝔖 = *Iste versus.*

Habeamus: in commune nati sumus = BR Sa Pinc. ex. Francisc. 𝔖. G sR 𝔑 — 𝔐a + *Habeamus in commune, quod nati sumus.* mCol. 𝔄 = *Habeamus in communi, quod n. s.* Col. = *Habeamus in corpore, quod n. s.* Pinc. ci. = *Coeamus: in commune n. s.* ηρπσ = *fornici simillima est.* ιχ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *formationi simillima est.*

obstaret = mss. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *obstarent.* 𝔑 — 𝔈1. = *continetur.*

54. 𝔄 = *hominesque discamus.* 𝔑 — 𝔅 = *despiciamus.* 𝔑u = *iactabimus.* R = *iactuvimus nisi istud.*

de quacumque re = mss. 𝔄𝔑 — 𝔈1.𝔖. 𝔈2. — 𝔐a = *de quaque re.* R(s∾) = *de vitiis, de gloria.*

55. RP3. = *praecipiet aliis.* 𝔑 = *magni existimemus.* 𝔄 — *ut* ante *fortitudinem.*

temperantiam amemus = 𝔑 — 𝔖. BGR αγδεζπΠυφψ 𝔄 haec non habent.

sed nil = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *sed nihil.*

agemus = R Gr. 𝔑 — 𝔖 = *agetur.* BG 𝔄 = *age.* BGR 𝔄 = *separatae aut.*

innexae = BG ρρ (exc. π) 𝔄𝔖. π𝔑 — 𝔐a = *annexae.*

quo inter se differant = BG P3. Col. 𝔄𝔖. R𝔑 — 𝔐a + *quomodo inter se diff.*

56. B(p.m.) = *Omnes ista certes se sciunt.* B (s.m.) αγδζηοΠφ = *Omnes ista certa esse sciunt.* 𝔑 — 𝔅 = *Omnes certa ista esse sciunt.* G = *arte se sciunt.* sR plerique ρρ Gr. + *nihil eis deest.*

ut ipsa discatur = mss. (exc. αβι οΠσυχ) etiam P2 3. Col. Sac 𝔄𝔖. αβιοΠσυχ 𝔑 — 𝔅 + *ut in ipsa discatur.* 𝔈1. — 𝔖 + *ut in ipsa*

Actio recta non erit, nisi recta fuerit uoluntas: ab hac enim
est actio. Rursus uoluntas non erit recta, nisi habitus animi 57
rectus fuerit: ab hoc enim est uoluntas. Habitus porro animi
non erit in optimo, nisi totius uitae leges perceperit et quid de
quoque iudicandum sit exegerit, nisi res ad uerum redegerit.
Non contingit tranquillitas nisi inmutabile certumque iudicium
adeptis: ceteri decidunt subinde et reponuntur et inter inter-
missa adpetitaque alternis fluctuantur. Causa usque iactationis 58
est, quod nihil liquet incertissimo regimine utentibus, fama.
Si uis eadem semper uelle, uera oportet uelis. Ad uerum sine
decretis non peruenitur: continent uitam. Bona et mala, ho-
nesta et turpia, iusta et iniusta, pia et inpia, uirtutes ususque
uirtutum, rerum commodarum possessio, existimatio ac digni-
tas, ualitudo, uires, forma, sagacitas sensuum: haec omnia
aestimatorem desiderant. Scire liceat quanti quidque in censum
deferendum sit. Falleris enim et pluris quaedam quam sunt 59
putas: adeoque falleris, ut quae maxima inter nos habentur,
diuitiae, gratia, potentia, sestertio nummo aestimanda sint.
Hoc nescies, nisi constitutionem ipsam qua ista inter se aesti-
mantur inspexeris. Quemadmodum folia uirere per se non pos-

voluntas discatur. 𝔐 — 𝔐a + *ut ipsa voluntas discatur.* Vox *voluntas* etiam in σ fuerat, sed expuncta est. R(m∾) — *ab hac enim* [*enim* in margine non est suppletum] *est actio — ab hoc enim est voluntas.*

57. B(cr.∾) = *Rursus voluptas.* G𝔄𝔑 — 𝔅 = *Porro animus non erit.* γ = *ubi res ad verum.*

et inter intermissa = BG. R 𝔄𝔑 — 𝔅 — *inter.* 𝔈1. — 𝔐a = *inter omissa.* 𝔖 = *inter missa.* G(m∾) — *adpetitaque* (cuius loco spatium vacuum est).

58. *Causa usque iactationis est* = 𝔑 — 𝔗𝔖. BG ρρ Pinc. P2. 𝔄𝔊𝔊 = *Causa visque iactationis est.* RP3. Col. 𝔅 — 𝔈2. = *Causa iusque iact. e.* sB(r.m.) 𝔐 — 𝔐a = *Causa huius iact. est.* G = *quod nil liquet.* R(s∾) — *non* ante *pervenitur.* 𝔑 — 𝔗 + *et bona et mala.* P2. Col. = *bonam et malam.* 𝔅 — 𝔈2. = *et bonam et malam.* G(m∾) — *et mala.* G quidam Pinc. = *rerum commodatio poss.* Plerique recc. ρρ P2. Col. alii Pinc. = *rerum moderatio possessio.* 𝔄 = *rerum commendacio poss.*

existimatio = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊r𝔖. 𝔅1. — 𝔐a = *aestimatio.* BGR(p.m.) 𝔄 = *ac dignitatis.* R(s.m.) P3. = *dignitatis* om. *ac.* B = *forma, sagitas* [cr. = *sanitas*] *sensum.* 𝔑 — 𝔅 = *sagacitas: sensus.* RP3. — *haec* ante *omnia.* Pinc. = *aestimationem desiderant.* 𝔐 — 𝔐a — *Scire liceat* contra mstos etiam Gr. Ss. Nonn. ρρ 𝔑 — 𝔊 = *quantum cuique in censum.* Alii ρρ = *quantum quidque.* G𝔄 — *sit* post *deferendum.*

59. G — *enim* post *Falleris.* R = *quam sint.* B = *ut quae maxime.* *inter nos habentur* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *inter vos hab.* ασπ 𝔄 = *sestertio minimo.* B = *Hoc nescias.* P3. = *Hoc nescires.* 𝔑 — 𝔐 = *Hoc nescis.* G(m∾) — *ipsam* post *constitutio-*

sunt, ramum desiderant cui inhaereant, ex quo trahant succum: sic ista praecepta, si sola sunt, marcent: infigi uolunt sectae.
60 Praeterea, non intellegunt hi qui decreta tollunt eo ipso confirmari illa quo tolluntur. Quid enim dicunt? praeceptis uitam satis explicari, superuacua esse decreta sapientiae, id est dogmata. Atqui hoc ipsum quod dicunt decretum est tam hercules quam, si nunc ego dicerem recedendum a praeceptis uelut superuacuis, utendum esse decretis in haec sola studium conferendum. hoc ipso quo negarem curanda esse praecepta prae-
61 ciperem. Quaedam admonitionem in philosophia desiderant, quaedam probationem et quidem multa, quia inuoluta sunt uixque summa diligentia ac summa subtilitate aperiuntur. Si probationes necessariae sunt, et decreta quae ueritatem argumentis colligunt. Quaedam aperta sunt, quaedam obscura. Aperta quae sensu conprehenduntur, quae memoria. obscura quae extra haec sunt. Ratio autem non inpletur manifestis: maior
62 eius pars pulchriorque in occultis est. Occulta probationem exigunt, probatio non sine decretis est: necessaria ergo decreta sunt. Quae res communem sensum facit eadem perfectum, certa rerum persuasio: sine qua si omnia in animo natant, ne-

nem. 𝔑 — 𝔅 = *quo trahunt succum.* δζ = *infigi volunt septae.* 𝔐 — *sectae.*

60. *supervacua esse* = B (s.m.) R ρρ (exc. recc.) 𝔄. B(p.m.) G recc. ρρ = *supervacuum esse.* βηιοΙΙ φχ = *Atqui hoc ipso quo dicunt.* G𝔄 = *Atqui hoc ipso qui dicunt.* *tam hercules* = BG𝔖. R𝔄𝔑 — 𝔐a = *tam* [sR + *me*] *hercule.* *recedendum a praeceptis velut supervacuis, utendum esse decretis in haec sola* = B Sa. 𝔖 + *recedendum esse* ∾. G𝔄 = *recedendum esse decretis in haec sola* rell. om. RαβεηιοπΙΙχ P 2. 3. Col. Pinc. 𝔑 — 𝔊 = *recedendum esse a praeceptis supervacuis et decretis in haec* [P2. = *hoc.* Col. = *hac*] *sola* rell. om. γδζφψ = *recedendum esse a praeceptis supervacuis et decretis utendum in haec sola* rell. om. 𝔐 = *recedendum esse a praeceptis et in haec sola studium* rell. om. 𝔏 — 𝔐a = *recedendum esse a praeceptis supervacuis et in haec sola studium.* Pinc. ci. = *recedendum esse a praeceptis supervacuis sine decretis in haec.* 𝔄 + *praecepta vel praeciperem.*

61. *in philosophia* = BR ρρ Sa 𝔖. G𝔄𝔑 — 𝔐a = *philosophiae.* P3. = *et quidem multam.* πσ = *multa involuta. involuta sunt vixque.* Sanctol. ci. = *multa quasi involuta sunt.* 𝔐 = *multa ita involuta sunt.* χ 𝔑 — 𝔐 = *vix summa diligentia* om. *que.* R = *Quaedam obscura sunt, quaedam aperta.*

et decreta = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐a. Sa — *et.* 𝔖 ex ci. = *necessaria sunt decreta.* Pro *quae memoria* Pinc. ci. = *communi.*

62. *certa rerum persuasio* = 𝔖 ex ci. BSa = *certarum persuasio* (in B *ar* n.). GR𝔄𝔑 — 𝔐a = *certarum rerum persuasio.* Plerique ρρ = *certarum rerum est persuasio.*

sine qua si omnia = BG Sac ex.

cessaria sunt decreta quae dant animis inflexibile iudicium. De- 63
nique cum monemus aliquem ut amicum eodem habeat loco quo
se, ut ex inimico cogitet fieri posse amicum, in illo amorem inci-
tet, in hoc moderetur odium: adicimus *iustum est et honestum.*
Iustum autem honestumque decretorum nostrorum continet ra-
tio: ergo haec necessaria est sine qua nec illa sunt. Sed 64
utrumque iungamus: namque et sine radice inutiles rami sunt et
ipsae radices iis quae genuere adiuuantur. Quantum utilitatis
manus habeant nescire nulli licet, aperte iuuant: cor, illud quo
manus uiuunt, ex quo inpetum sumunt, quo mouentur, latet.
Idem dicere de praeceptis possum: aperta sunt. decreta uero
sapientiae in abdito. Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati
sciunt, ita in philosophia arcana illa admissis receptisque in
sacra ostenduntur: at praecepta et alia eiusmodi profanis quo-
que nota sunt. Posidonius non tantum *praeceptionem* (nihil 65
enim nos hoc uerbo uti prohibet), sed etiam *suasionem* et *con-
solationem* et *exhortationem* necessariam iudicat. His adicit
causarum inquisitionem, aetiologiam quam quare dicere nos
non audeamus, cum grammatici, custodes Latini sermonis, suo

Fac. et Primit. 𝔗𝔖. R P2. 3. Col. ℜ — 𝔐𝔞 — *si.* P2. Col. 𝔈1. — 𝔐𝔞 + *necessaria ergo sunt.*

63. 𝔗 = *Denique commonemus aliquem.* R = *adiicimus iustum honestumque. iustumque decretorum nostrorum* rell. om. P3. = *adiicimus iustum honestumque est. honestum autem iustumque decr. n.* Pinc. Col. = *adiicimus iustum est honestum, iustumque decr. n.* G = *iustumque honestumque.* 𝔗 = *iustumque decretorum nostrorum.*

64. *Sed utrumque iungamus* = BG𝔗. Rℜ — 𝔖 = *Sed utraque iung.*

iis quae genuere = B (s.m.). B(p.m.) = *is quae gen.* GR𝔗ℜ — 𝔖 = *his quae genuere.* GR𝔗ℜ — 𝔈1. = *manus habeat.* R (n.) = *nulli liceat.* R P2. 3. Col. ℜ — 𝔈1. = *aperte iuvat.* ℜ — 𝔈2. = *quo manus iuvant.* 𝔗 = *receptis in sacro* om. *que.* 𝔗 = *ac praecepta.*

et alia eiusmodi = mss. 𝔗𝔖. ℜ — 𝔐𝔞 = *et alia huiusmodi.*

65. *aetiologiam quam quare nos dicere non audeamus* = vetustiores et castigatiores pp. probat Steph. (ad Dalech. Ep. 34.). B = *ethiologiam* [s m super *io* al. m.] *quam quare non dicere non audeamus.* Etiam e = *ethiologiam.* G Sa P2. Col. = *ethimologiam* [mCol. = *hyologiam*] *quam quare* ∾. R P3. = *et phisologiam quam quare* ∾. Recc. pp = *ethimologiam, physiologiam, philologiam quam quare* ∾. Pinc. v. l. = *His adiicit aetologiam quam quare dicere non audeamus.* Verba *causarum inquisitionem* Pinc. habet pro glossemate. Sc = *ethologiam* ∾. 𝔗 = *ethologiam vl' ethimoloỹã quam quare* ∾. ℜ — 𝔅 = *et ethymologiam quam quaeritur dicere non audeamus.* 𝔈1. 2. = *et aetymologiam* [𝔈2. = *etym.*] *quam cur ita dicere non audeamus.* 𝔈 — 𝔐𝔞 = *quam cur aetiologiam dicere non audeamus.* 𝔖 = *etymologiam quam quare* ∾.

66 iure ita adpellent, non uideo. Ait utilem futuram et descriptionem cuiusque uirtutis: hanc Posidonius *ethologiam* uocat, quidam *characterismon* adpellant, signa cuiusque uirtutis ac uitii et notas reddentem quibus inter se similia discriminentur. Haec res eamdem uim habet quam praecipere. Nam qui praecipit dicit:
67 Illa facies, si uoles temperans esse. Qui describit ait: Temperans est qui illa facit, qui illis abstinet. Quaeris quid intersit? alter praecepta uirtutis dat, alter exemplar. Descriptiones has et (ut publicanorum utar uerbo) *iconismos* ex usu esse confiteor. Proponamus laudanda, inuenietur imitator. Putas utile dari tibi argumenta per quae intellegas nobilem equum ne
68 fallaris empturus, ne operam perdas in ignauo? Quanto hoc utilius est excellentis animi notas nosse quas ex alio in se transferre permittitur?

Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur et mollia crura reponit:
Primus et ire uiam et fluuios temptare minantis

66. G = *Aut futuram utilem.* R P3. = *Ait inutilem.* 𝔄 = *hanc utilitatem faturam.* Recc. ρρ = *haud inutilem.* P2. Col. = *Non video haut* [Col. = *au:*] *inutilem.*

et descriptionem = B Sa 𝔖. Pinc. = *et descriptioni* (alii eiusdem *discretioni*). R𝔄ℜ — 𝔐a = *esse descriptionem.* G = *esse destructionem.* ℜ — 𝔅 = *cuiuscunque virtutis.*

Hanc Posidonius ethologiam = B Sa 𝔄 ci. Lips. ℜu 𝔖. probat Casaub. ad Theophr. p. 89. cf. Spalding ad Quint. I, 9, 3. e = *ethiologiam.* R — *Hanc* [s ∾] *Posidonius.* GR minor pars ρρ = *ethimologiam.* mR = *etiologiam.* Maior pars ρρ 𝔐 — 𝔅1. 𝔐a = *aetiologiam.* Pinc. = *aetologiain.* Col. = *ethyologiam.* ℜ — 𝔅 = *ethymologiam.* 𝔈1. = *aetymologiam.* P2. 3. 𝔈2. — 𝔊 = *etymologiam.* Nonn. Pinc. — *Hanc Posidonius — characterismon.* BGe = *quidam caracterismon.* R = *quidam caracterismum.* 𝔈2. — 𝔐a = *quidam* χαραχτηρισμόν.

ac vitii et notas = BGR 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *et vitii ac notas.*

eamdem vim habet = 𝔈1. — 𝔖. B = *eamdem ũ* [in fine lineae] *habet.* G = *eum dem̃* [i. e. demum] *habet.* ℜ — 𝔅 = *eam demum vim habet.* R Gr. = *eam vim demum habet.* ρρ fere omnes + *eamdem* (vel *eam*) *demum vim habet.* 𝔄 = *eum demum habet.*

67. 𝔄 — *et* ante *publicanorum.*

iconismos = 𝔄𝔖. B = *iconismo.* G = *yconismo.* R (lit.) = *oeconismo.* ℜ — 𝔅 = *hiconismo.* 𝔈1. — 𝔐a = εἰχονισμούς. G + *Proponamus ergo.* Nonn. recc. ρρ ℜ — 𝔅 = *Putas utilia dari tibi.* G(m∾) — *ne fallaris.* BG ℜ — 𝔗 = *eo operam perdas.*

68. *notas nosse* = mss. (exc. β) etiam Sa ℜ — 𝔊𝔖. β 𝔄𝔐 — 𝔐a = *notas esse.* B = *Altius increditor.* ερ = *Altius incedit.*

Primus et ire viam = BG plerique ρρ Sac 𝔄ℜ — 𝔗𝔖 (Virg. Ge. III, 77.). σ = *Primus adire.* R𝔅 — 𝔐a = *Primus inire.* ℜ — 𝔅 — *et* ante *fluvios.*

minantis = B. Maior pars ρρ Sac ℜ — 𝔗𝔖 = *minantes.* 𝔅 = *manantes.* 𝔄 = *manantes vl' minuces.* RG(s.m.) 𝔈1. — 𝔐a (Virg. l. l.) = *minaces.* G(p.m.) =

Audet et ignoto sese committere ponto
Nec uanos horret strepitus: illi ardua ceruix
Argutumque caput, breuis aluus obesaque terga
Luxuriatque toris animosum pectus.
Tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus et tremit artus
Collectumque premens uoluit sub naribus ignem.

Dum aliud agit Uergilius noster, descripsit uirum fortem: ego 69
certe non aliam imaginem magno uiro dederim. Si mihi M. Cato exprimendus, inter fragores bellorum ciuilium inpauidus et primus incessens admotos iam exercitus Alpibus ciuilique se bello ferens obuium: non alium illi adsignauerim uoltum, non alium habitum. Altius certe nemo ingredi potuit quam qui simul contra Caesarem Pompeiumque se sustulit et aliis Caesarianas opes, aliis Pompeianas fouentibus utrumque prouocauit ostenditque aliquas esse et reipublicae partes. Nam parum est 70
in Catone dicere:

Nec uanos horret strepitus.

Quidni? cum ueros uicinosque non horreat, cum contra decem

ininences. B = *Audet et ignotos esse committere.* Sa 𝔗𝔖 (imprr. Virg.) = *committere ponti.* 𝔄 + *ponto vel ponti.* 𝔑 = *posito* (*pōto* utrumque significat, *ponto* et *posito*). Rell. (etiam mss. optimi Virgil.) ∾. 𝔄 = *Nec varios horret.* η = *erectumque caput.* B = *breves alvus.* 𝔄 = *bretus alvus.* G𝔑 = *obsessaque terga.* GR = *thoris.* G + *pectus honesti.* R λπ P3. cod. Gymnasii Salmentic. 𝔄 + *pectus: honesti Spadices glaucique, color deterrimus albis Et gilvo.* quae apud Virg. l.l. v. 81 — 83. leguntur. 𝔑 — 𝔗 + *pectus hunelli.* 𝔅 + *pectus unhelli.* 𝔈1. — 𝔊 + *pectus anheli.* αγδζcΠυφψ + *pectus anhelum.* R(s r.m. ∾) — *si qua.* G𝔄𝔑 — 𝔐 = *si qua sonitum.* G𝔄 = *armu dederunt.* 𝔄 = *nutat auribus.* G = *tremit arcus.* G antiquiores ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *Coniectumque premens.*

69. 𝔅 — 𝔐 = *describit virum fortem* contra mstos etiam Gr. et 𝔄. 𝔄 — *viro* ante *dederim.* 𝔖 ex ci. = *Sit mihi exprimendus.*

M. Cato = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 — *M.*

et primus incessens = B Pinc. v.l. 𝔈 — 𝔖. G𝔄 = *et primus incesseris.* R(r.m.) P3. = *et primus in cesuris.* P2. = *et primum incesseris.* Col. 𝔑 — 𝔈2. = *et primus incedens.*

admotos exercitus = GR Pinc, P2. 3. 𝔈 — 𝔖. B = *admotus exerc.* Col. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *ad motus exerc.* 𝔄 = *obviam.* B = *Cuesareaneas* cr. = *Caesareanas.* B(del.) G (n.) Sac 𝔄 + *tibi foventibus.* 𝔑 — 𝔅𝔖 + *sibi foventibus.* quod Sw. explicat „sui causa, suum in commodum, non reip. causa.“

et reip. = BR Sa 𝔖. G𝔄𝔑 — 𝔐a — *et.* 𝔄 — *publicae.*

70. 𝔄 + *Nec vanos vel varios.* 𝔑 — 𝔈1. = *Nec varios.* BG𝔑 — 𝔈1. = *viros vicinosque.*

legiones et Gallica auxilia et mixta barbarica arma ciuilibus, uocem liberam mittat et rempublicam hortetur ne pro libertate decidat, sed omnia experiatur honestius in seruitutem casura quam itura, quantum in illo uigoris ac spiritus, quantum in
71 publica trepidatione fiduciae est! Scit se unum esse de cuius statu non agatur: non enim quaeri an liber Cato, sed an inter liberos sit. Inde periculorum gladiorumque contemptus. Libet admirantem inuictam constantiam uiri inter publicas ruinas non labantis dicere:

Luxuriatque toris animosum pectus.

Proderit non tantum quales esse soleant boni uiri dicere formamque eorum et lineamenta deducere, sed quales fuerint narrare et exponere Catonis illud ultimum ac fortissimum uolnus
72 per quod libertas amisit animam. Laelii sapientiam et cum suo Scipione concordiam. alterius Catonis domi forisque egregia facta. Tuberonis ligneos lectos, cum in publicum sternerent haedinasque pro stragulis pelles et ante ipsius Iouis cellam adposita conuiuiis uasa fictilia. Quid aliud paupertatem in Capitolio consecrare? Ut nullum aliud factum eius habeam quo illum Catonibus inseram, hoc parum credimus? Censura fuit illa,
73 non coena. O quam ignorant homines cupidi gloriae quid illa sit aut quemadmodum petenda! Illo die populus Romanus multorum supellectilem spectauit, unius miratus est. Omnium illo-

G = *G u allica.* B (in fine paginae) — *omnia* ante *experiatur.* G = *a d omnia exp.* ε = *casur a m quam itur a m.*

71. R(m∾) — *Scit se unum esse.* 𝔈2. — 𝔏4. — *enim* ante *quaeri.* G sR quidam ϱϱ P2. 𝔄 + *quaeri o p o r t e t.* G(al. m.) P3. Col. 𝔑 — 𝔈2. + *quaeri d e b e t.*

gladi o rumque contemptus = λ 𝔐 — 𝔖. Rell. mss. 𝔑 — 𝔊 = *gladi a torumque cont.* 𝔄 = *gladiorum cont.* om. *que.* G = *Li c et admirantem.* G(s∾) R Gr. 𝔑 — 𝔈2. = *non lab e ntis.* B(cr ∾) = *Proderi n t.* 𝔅1. 𝔑u — *sed* ante *quales fuerint.* G = *quales fuer u nt.* 𝔐 = *lib e r amisit animam.* P2. = *libertas a d misit an.* P4. = *amisit an y n a m.* Steph. ci. (ad Dalech. Ep. 5.) 𝔑u — 𝔖 = *e misit animam.*

72. B (cr. ∾) = *L a e t i sapientiam.*

ligneos le c t o s = B (s.m.) GR ϱϱ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈2. B (p.m.) = ∾ *le c t u s.* Pinc. v. l. (?) 𝔊 — 𝔖 = *ligneos lec t u los.*

sterner e n t = BG Sac 𝔄𝔖. R𝔑 — 𝔐a = *sternerent u r.* Matth. ci. = *sterneret u r.* R = *e d inasque.* G = *Iovis s e llam.*

a d posita = B Sa 𝔖. GR γζηλψ 𝔑 — 𝔐a = *p r o posita.* P1. 3. 4. = *p r o posit a m.* Rell. ϱϱ P2. 𝔄 = *a pposita.*

convivi i s = BG Gr. 𝔑 — 𝔊. R 𝔐 — 𝔖 = *convivi s.* 𝔄 = *c o m i n u s vusa.* 𝔐 — 𝔖 + *quid alind e s t paupertatem.* G + *quomodo i l l u m Catonibus.* B = *Cat i onibus.*

73. G = *quemadmodum petendo.* 𝔄 = *a c t i u s miratus est.* G = *i n t u s miratus est.* B(cr. ∾) = *mis e ratus est.*

rum aurum argentumque fractum est et milies conflatum: at omnibus seculis Tuberonis fictilia durabunt. Uale.

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER XVI.

EPISTULA I. (96.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Tamen tu indignaris aliquid aut quereris et non intellegis nihil esse in istis mali, nisi hoc unum quod indignaris et quereris? Si me interrogas, nihil puto uiro miserum, nisi aliquid esse in rerum natura quod putet miserum. Non feram me quo die aliquid ferre non potero. Male ualeo? Pars fati est. Familia decubuit? fenus offendit? domus crepuit? damna, uolnera, labores, metus incucurrerunt? Solet fieri. Hoc parum est, debuit fieri. Decernuntur ista, non accidunt. Si quid credis mihi, intimos adfectus meos tibi cum maxime detego: in omnibus quae aduersa uidentur et dura sic formatus sum: non pareo deo, sed adsentior. ex animo illum, non quia necesse 2

et milies conflatum = BR (s.m.) Pinc. ex Francisc. 𝔐 — 𝔐a. Sa 𝔖 + *et in milliens conflatum.* G = *et immlies confl.* G (al. m.) = *et in miles conflatum.* π = *et in millia aeris confl.* R (cr. ∾) II et plerique alii ϱϱ + *et in millies confl.* P1. 2. 3. Col. ℜ — 𝔅 + *et in milies confl.* P4. = *facturum est et in milies confl.* Pinc. ex. domest. = *fractum est, conflatum* rell. om. Sc𝔛 = *et in vile es* [i. e. *aes*] *confl.* = Pinc. ci. 𝔈1. — 𝔊 = *et in milites conflatum.*

Lib. XVI. Ep. 1. (96.)

Tamen tu indignaris = Bπϱ𝔖𝔵II P1. 3. 4. Sa 𝔐 — 𝔖. G (s∾) = *Tamen tu indigneris.* R P2. Col. Sc 𝔛 = *Tantum indignaris.* ℜ — 𝔊 = *Tantum tu indignaris.* Rell. ϱϱ = *Tu tantum, Tantum tu, Tantum indignaris.* ℜ — 𝔅 = *istis malis.* R (cr. ∾) = *et conquereris.* G = *nil puto virum miserum.* ℜ — 𝔅 = *nisi aliquid esset.* 𝔐 — 𝔐a — *quod* post *natura* contra mstos etiam Gr. G = *Familia debuit.* mG = *Familia dũ cubuit.*

incucurrerunt = B Sa Erl. sG R 𝔛ℜ — 𝔖 = *incurrerunt.* G = *incurrunt.* R (m∾) — *fieri* — *debuit.* G (cr. ∾) P1. 3. = *sic formandus sum.* Col. = *et formandus sum.*

2. G (s∾) = *assentio.*

est, sequor. Nihil umquam mihi incidet quod tristis excipiam, quod malo uoltu: nullum tributum inuitus conferam. Omnia autem ad quae gemimus, quae expauescimus tributa uitae sunt. Horum, mi Lucili, nec speraueris inmunitatem nec petieris. Uesicae te dolor inquietauit, epistulae uero erunt parum dulces: detrimenta continua. Propius accedam: de capite timuisti. Quid tu, nesciebas haec te optare, cum optares senectutem? Omnia ista in longa uita sunt quomodo in longa uia et puluis
3 et lutum et pluuia. Sed uolebam uiuere, carere tamen incommodis omnibus. Tam effeminata uox uirum dedecet. Uideris quemadmodum hoc uotum meum excipias: ego illud magno animo, non tantum bono facio: neque di neque deae faciant ut te fortuna in deliciis habeat. Ipse te interroga, si quis potestatem tibi deus faciat utrum uelis uiuere in macello an in castris. Atqui uiuere, Lucili, militare est. Itaque hi qui iactantur et per operosa atque ardua sursum ac deorsum eunt et expeditiones periculosissimas obeunt fortes uiri sunt primoresque castrorum: isti quos putida quies aliis laborantibus molliter habet turturillae sunt, tuti contumeliae causa. Uale.

excipiam = BGR 𝔄𝔑 — 𝔏4.𝔖. 𝔢 = *accipiam*. 𝔊ro — 𝔐a = *incipiam* nescio quo errore.

epistulae = BSa. P1. 3. Col. Sc 𝔄 = *epistolae*. GR ϱϱ (?) P2. 𝔑 — 𝔖 = *epulae*.

vero erunt = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 ex Mur. ing. = *fuerunt*. Molesta mihi quoque *vero* particula: non tamen audeo eam reiicere. Futuro non offendor. Sententia enim haec est: Excruciatus vesicae doloribus exspectas etiam tuorum epistolas parum dulces, continua detrimenta nuntiaturas. B = *propitius accedam*. εϱ = *propius accedant*. G (m∾) P1. 3. = *de capite munisti*. 𝔑 — 𝔅 = *nesciebus hoc te obtinere*. G𝔈1. = *hoc te optare*. 𝔄 + *tu optares*. 𝔄 — *quomodo in longa via*. P4. 𝔑 — 𝔈1. = *quomodo in longa vita sunt*. P3. Col. 𝔈2. + *in longa via sunt*. 𝔅𝔈1. — *et* ante *pluvia*.

3. sR P2. (s.m.) P3. (s.m.) Col. 𝔏 — 𝔐a + *Sed volebam, inquis, videre*. R = *Videas quemadmodum*. 𝔑 — 𝔈1. = *votum meum accipias*. G Gr. = *ego illum magno animo*. sR = *facient*. 𝔄 = *interrogas*. 𝔅𝔈1. = *interrogo*. 𝔅 — 𝔐a + *mi Lucili*.

ac deorsum = B𝔖. RG 𝔄𝔑 — 𝔐a = *atque deorsum*. P1. 3. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *prioresque castrorum*. P2. = *praeliatoresque castrorum*. 𝔄 = *proniores que castrorum*.

putida quies = ϱϱ (exc. ζϑχφ) P3. (s.m.) 𝔖. P2. = *putrida quies*. B Sac 𝔄 = *putica quies*. mG = *pictica quies*. GR ζϑχφ 𝔑 — 𝔐a = *publica quies*. Col. — *putida*. πφ = *Turturulae sunt*. 𝔄 = *Turtur illi sunt*. 𝔐 = *Turd illi sunt*. Pinc. ci. = *Tutilinae sunt*. G(m∾) P1. — *sunt*.

EPISTULA II. (97.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Erras, mi Lucili, si existimas nostri seculi esse uitium
luxuriam et neglegentiam boni moris et alia quae obiecit suis
quisque temporibus. Hominum sunt ista, non temporum: nulla
aetas uacauit a culpa. Et si aestimare licentiam cuiusque seculi
incipias, (pudet dicere) numquam apertius quam coram Catone
peccatum est. Credat aliquis pecuniam esse uersatam in eo 2
iudicio in quo reus erat Clodius ob id adulterium quod cum Cae-
saris uxore in aperto commiserat uiolatis religionibus eius sacri-
ficii quod pro populo fieri dicitur sic submotis extra conseptum
omnibus uiris, ut picturae quoque masculorum animalium conte-
gantur? Atqui dati iudicibus nummi sunt et quod hac etiamnunc
pactione turpius est stupra insuper matronarum et adolescentu-
lorum nobilium stillarii loco exacta sunt. Minus crimine quam 3
absolutione peccatum est. Adulterii reus adulteria diuisit nec
ante fuit de salute securus, quam similes sui iudices suos red-
didit. Haec in eo iudicio facta sunt in quo, si nihil aliud, Cato
testimonium dixerat. Ipsa ponam uerba quia res fidem excedit:
CICERONIS EPISTULARUM AD ATTICUM LIBER I. *Accersiuit ad se,* 4

Lib. XVI. Ep. 2. (97.)
obiecit = BG Sac 𝔛𝔖. R𝔑 — 𝔐a = *obiicit.*

2. B + *A. Clodius.* 𝔛 + *P. Clodius.* quod fortasse erat recipiendum.

in aperto = mss. (exc. ϰ P4.) 𝔛𝔑 — 𝔐𝔖. ϰP4. ci. Pinc. 𝔏 — 𝔐a = *in operto.* 𝔐 — *eius* ante *sacrificii.* Quidam Pinc. = *religionis.* unde Pinc. ci. = *violata religione eius sacri.* P1. = *violaris eius sacrificii.* P3. 4. = *religionis eius sacrificiis.*

extra conseptum = B Pinc. v. l. Erl. Herb. GR 𝔛𝔑 — 𝔖 = *extra conspectum.* Recte docet Ianus *conseptum* idem esse quod Cic. Parad. 4. vocaverit *opertum Bonae Deae*, laudatque Appul. M. III. p. 136. b. Liv. X, 38, 5 et 6. R Col. — *hac* ante *etiamnunc.* P2. = *etiam in hac pactione.* G = *etiam nuncupationem.* P1. 3. 4. = *etiam nuncupatione pactionem.* R maior pars ϱϱ 𝔛 = *adolescentularum.*

stillarii loco = 𝔖. B 𝔑 — 𝔗 = *stilari loco.* GP1. 2. 3. Col. 𝔛 = *stillari loco.* P4. = *stillari exacta sunt* om. *loco.* R = *stillaris loco.* Maior pars ϱϱ = *stilari* vel *stillaris loco.* 𝔅 — 𝔐a = *salarii loco.* vid. Ind.

3. G(s∾) = *similis sui.*

Ipsa ponam verba = B. GR𝔛𝔑 — 𝔖 + *verba Ciceronis.* B post *excedit* adiicit *Vale*, tanquam finis esset epistolae: atque docet Sanctol. plerosque ϱϱ a verbis *Accersivit ad se* novam epistolam incipere, et in e Matth. idem vidit.

4. *Ciceronis Epistularum ad Atticum liber I.* = B. G = ∾ *epl'arum ad acticum liber primus* (al. m. *libro primo*). Haec in utroque cod. rubro sunt scripta. Sa (?) 𝔖 = ∾ *libro I.* R𝔛𝔑 — 𝔐a haec omittunt. G(s∾) = *Accesserunt ad se.* 𝔛 = *Accersunt ad se.*

promisit, intercessit, dedit. Iam uero, o di boni, rem perditam! etiam noctes certarum mulierum atque adulescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Non uacat de pretio queri, plus in accessionibus fuit. Uis seueri illius uxorem? dabo illam. Uis diuitis? huius quoque tibi praestabo concubitum.
5 Adulterium nisi feceris, damna. Illa formosa quam desideras ueniet. illius tibi noctem promitto nec differo: intra conperendinationem fides promissi mei exstabit. Plus est distribuere adulteria quam facere: hoc uero matribus familiae denuntiare est. Hi iudices Clodiani a senatu petierant praesidium quod
6 non erat nisi damnaturis necessarium et inpetrauerant. Itaque eleganter illis Catulus absoluto reo: *Quid uos*, inquit, *praesidium a nobis petebatis? an ne nummi uobis eriperentur?* Inter hos tamen iocos inpune tulit ante iudicium adulter, in iudicio leno qui damnationem peius effugit quam meruit. Quicquam fuisse corruptius illis moribus credis quibus libido non sacris inhiberi, non indiciis poterat, quibus in ea ipsa quaestione quae extra ordinem senatusconsulto exercebatur plus quam quaere-
7 batur admissum est? Quaerebatur an post adulterium aliquis

𝔅 1. — 𝔖 = *Arcessivit.* 𝔄 = *premisit.* 𝔑 — 𝔅 = *permisit.*

noctes certarum mul. = B quoddam ex. Pinc. ℭ — 𝔖. G ρρ (exc. ε) P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *nocte scortorum mul.* 𝔈2. = *noctes scortorum mul.* R = *noctes scortatarum mul.* ε = *noctes ceterarum mul.* P2. = *nocte scorturarum mul.* Erm. ci. = *noctes senatoriarum mul.* R maior pars ρρ 𝔄 = *adolescentularum nobilium.* B — *quoque* ante *tibi praestubo.*

5. *nisi feceris, damna* = BR antiquiores ρρ et ceterorum maior pars 𝔄 𝔊ro — 𝔖. G = *nisi facias* [cr. ∾] *damna* [al. m. *domina*]. Col. = *ut facias damna.* P1. = *non facias damna.* P3. 𝔑 — 𝔗 = *nisi feceris, domina.* P4. = *nisi facius depraveris.* P2. 𝔅 — 𝔏4. = *ubi feceris, damna.* 𝔇ix = *Illa famosa.*

intra conperendinationem = m𝔈2. ℭ — 𝔖 ex ci. Ermi. B = *intra conparendinationem.* GP1. 3. 4. = *intra comparandi nationem.* R = *intra comperendi notionem.* P2. 𝔄𝔑 — 𝔈2. = *intra comparandi rationem.* Col. = *intra comparandi rationes.* Erm. ci. = *citra* pro *intra.* BGR(p.m.) P1. 3. 4. = *promissi me.* R (s.m.) 𝔑 — 𝔗 — *mei.*

exstabit = mss. etiam P1. 3. 4. Col. Sac 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖. 𝔅 — 𝔐a = *stabit.* mπ = *exibit.*

hoc vero matribus familiae denuntiare est = mss. (exc. qui mox laudabuntur) 𝔄𝔑 — 𝔈2. P1. — *vero.* Rβπφ ex. Pinc. (idem, quod alias domesticum vel familiare appellat) P2. ℭ — 𝔖 = *Illud est matribus familiae denuntiare, hoc illudere.* B = *Hii iudices.*

6. B = *elegenter illis.* P1. 3. = *Inter haec tamen iocos.* G(n.) + *in iudicio bono.* B = *laeno.* 𝔈1. = *Quicquid fuisse corruptius* (male Grut. hoc ad Pinc. exx. refert). B = *illius moribus.*

posset tutus esse: adparuit sine adulterio tutum esse non posse. Hoc inter Pompeium et Caesarem, inter Ciceronem Catonemque commissum est, Catonem, inquam, illum quo sedente populus negatur permisisse sibi postulare Florales iocos nudandarum meretricum. Credis spectasse tunc seuerius homines quam iudicasse? Et fient et facta ista sunt: et licentia urbium aliquando disciplina metuque, numquam sponte considet. Non 8
est itaque quod credas nunc plurimum libidini permissum esse, legibus minimum. Longe enim frugalior haec iuuentus quam illa est, cum reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud eum confiterentur. cum stuprum committeretur rei iudicandae causa. cum Clodius iisdem uitiis gratiosus quibus nocens conciliaturas exerceret in ipsa causae dictione. Credat hoc quis- 9
quam? qui damnabatur uno adulterio absolutus est multis. Omne tempus Clodios, non omne Catones feret. Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest nec comes deesse: et res etiam ipsa sine duce, siue comite procedit. non pronum est

7. GR(s∞) — *Catonemque.* ℜ = *florabiles iocos.* R P3. (s.m.) = *nudatarum meretricum.* G Pinc. ex. Francisc. 𝔐ℜ = *nudarum meretricum.* P1. Col. = *mundandarum meretricum.* Mss. etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔊 + *Si credis spect.* Sanctolonius ci. + *Sed credis spect.* Proxima quoque in nonnullis libris sunt turbata. B = *spectasset* ∞ *et fient et facta ista: et licentia urbium.* G P1. 3. = ∞ *Et fieri facta ista sunt ex licentia urbium.* Quidam cod. Ermi = *Et fient et facta sunt et licentia urbium.* Alius Ermi = *et facta ista sibi ex licentia urbium.* Ipse Erms ci. = *et fient quae facta sunt. Si ex licentia urbium* ∞ *consident* (quod in Col. legitur) vel *concident.* P4. = *spectasset severius homines quam iudicasset fieret et facta sunt ista ex licentia urbium.* Col. = ∞ *et fieret et facta sibi ex licentia urbium.* 𝔄 — *ista.* ℜ — ℨ = ∞ *Et fieri et facta ista sibi ex licentia urbium.* 𝔅 = ∞ *Et fient fieri facta ista sibi ex licentia urbium.* 𝔈1. 2. = ∞ *et fieri facta ista ex licentia urbium.* G P1. 3. = *consideres.* ℜ — ℨ = *consideret.*

8. P3. = *Non est ita quod credas.* placet Grutero. BGR (s∞) P4. Col. = *non plurimum.* BGR Gr. ℜ — 𝔈1. = *libidini permisisse, legibus plurimum.* 𝔄 — *enim* post *Longe.*

apud eum = BGR ρρ Pall. 𝔄ℜ — 𝔈2. Col. + *apud eum reum.* Pinc. „sincerior et fidelior lectio" (quae verba non probant in libro quodam msto fuisse) 𝔈 — 𝔖 = *apud reum.* quod mihi quoque magis placet quam alterum: modo in mstis legatur. B mG = *hisdem vitiis gratiosus.* ℜ = *hiisdem.* P1. Pinc. ci. = *rei iudicandi causa.* R = *conciliaturus.* Plerique ρρ P3. Col. = *in ipsa causae edictione.* G P1. = *in ipsa causa edictione.* P4. = *in ipsa causa edicto.*

9. 𝔄 = *damnabitur.* B 𝔄ℜ — 𝔈2. = *uni adulterio.* R Col. = *unius adulterio.* Col. = *absolutis est multis.* G = *damnabantur* [cr. ∞] *vir* [al. m. subiecit *i*] *adulterio.* P1. = *damnabant viri adulterio.* P3. = *damnabat viri adulterio.* 𝔄 = *Clodium.*

non pronum est tantum ad vi-

tantum ad uitia, sed praeceps. Et quod plerosque inemendabiles facit, omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt offen-
10 duntque deerrantem: uitae peccata delectant. Non gaudet nauigio gubernator euerso. non gaudet aegro medicus elato. non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit: at contra omnibus crimen suum uoluptati est. Laetatur ille adulterio in quod inritatus est ipsa difficultate. laetatur ille circumscriptione furtoque. nec ante illi culpa quam culpae fortuna displicuit. Id praua consuetudine euenit. Alioquin ut scias subesse animis etiam in pessima abductis boni sensum nec ignorari turpe, sed neglegi: omnes peccata dissimulant et, quamuis feliciter cesserint, fructu illorum u-
11 tuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire uult et conspici. ipsas nequitia tenebras timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto: *Potest nocenti contingere ut lateat, latendi fides non potest:* aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum: *Ideo non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent.* Ita
12 est, tuta scelera esse possunt, secura non possunt. Hoc ego

tia, sed praeceps = 𝔏 — 𝔅1. 𝔐𝔞. probat Sw. laud. Ep. 94, 72. *quotiens despexerunt in illud magnitudinis suae praeceps.* BGR e antiqq. ϱϱ Pinc. Gr. Sac 𝔄ℜ — 𝔈1. = *non praenuntius* [P2. = *praenũttius*] *tantum ad vitia, sed praeceps.* unde ℜ𝔲 = *non praenuntius est tantum ad vitia, sed praeceptor.* εϱ = *non proni tantum sumus ad vitia, sed praecipites.* πχ = *non prona tantum ad vitia, sed* etc. [*praecipitia?*] Recc. ϱϱ = *non pronus tantum ad vitia* etc. 𝔈2. — 𝔐𝔐𝔞 𝔖 + *non pronum iter est tantum ad vitia, sed praeceps* (𝔖 = [*iter*]). Pinc. ci. = *non in pronum tantum imus ad vitia, sed in praeceps* aut *non proni imus tantum ad vitia, sed praecipites.* Quatuor ex recc. ϱϱ P2. 𝔈2. = *offenduntque errantem vitae peccata.* ℜ — 𝔈1. = *offenduntque, dum errantem vitae peccata.* 𝔐 = *offenduntque: errantem in vita peccata.*

10. R — *reus* ante *cecidit.* R = *circumspectione furtoque.* P3. = *circumscriptione furto, quae nec.* P4. = *circumscr. furtique nec.* G P1. = *circumscr. furti. Quae nunc illi culpa.* ℜ — 𝔈1. = *circumscr. furti, quod nunc ante illi culpa.* 𝔈2. = *circumscr. furti, quod non tam illi culpa.* Matth. ci. = *culpa fortunae.*

Alioquin = BGR 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *Alioqui.* 𝔄 𝔈1. 2. = *in pessima adductis.* G (cr. ∾) ℜ — 𝔈1. = *boni sensus.* R (lit.) = *et quamquam feliciter.*

11. *ipsas nequitia tenebras* = BR sG plerique ϱϱ 𝔈1. — 𝔖. G (p.m.) αζϑφ P1. 3. ℜ — 𝔅 = *ipsa neq. ten.* βιλπστχ P2. Col. 𝔄 = *ipsas nequitiae ten.* ℜ — 𝔅 = *latenti fides.* Pinc. ci. = *latendi fiducia.* Nonn. recc. ϱϱ P3. Col. ℜ — 𝔐 = *etiamsi facultatem habent.* Alii recc. ϱϱ P1. = *etiamsi facilitatem habent.*

tuta scelera esse possunt, secura non possunt = 𝔐 — 𝔖. π = *tuta scelera esse, secura esse non possunt.* B = *tuta scelera esse possunt* rell. om. G = *tuta scelera non esse possunt* rell. om. R

repugnare sectae nostrae, si sic expediatur, non iudico. Qua-
re? quia prima illa et maxima peccantium est poena peccasse
nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis,
licet tueatur ac uindicet, inpunitum est, quoniam sceleris in
scelere supplicium est. Sed nihilominus et hae illam secundae
poenae premunt ac sequuntur timere semper et expauescere et
securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam libe- 13
rem? quare non semper illam in suspenso relinquam? Illic dis-
sentiamus cum Epicuro ubi dicit: *Nihil iustum esse natura et
crimina uitanda esse, quia uitari metus non posse.* Hic
consentiamus mala facinora conscientia flagellari et plurimum
illi tormentorum esse eo, quod perpetua illam sollicitudo urget
ac uerberat, quod sponsoribus securitatis suae non potest cre-
dere. Hoc enim ipsum argumentum est, Epicure, natura nos
a scelere abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est.
Multos fortuna liberat poena, metu neminem. Quare? nisi 14
quia infixa nobis eius rei auersatio est quam natura damnauit?
Ideo numquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit

rell. ϼϼ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *tuta scelera esse non possunt* (P4. = *non posse*) rell. om. 𝔈2. — 𝔊 = *tuta scelera esse, secura non possunt.*

12. 𝔄 = *Hoc expugnare sectae nostrae.* Plerique Gr. 𝔑 — 𝔈2. = *Hoc ergo repugnare.* BG𝔑 — 𝔈1. = *Quare? quia primo illa.* II nonn. alii ϼϼ = *Quare? quia primo maxima.* R𝔐𝔑 — 𝔐a — *illa.* 𝔄 = *impunitum est quin sceleris.*

et hae illam secundae poenae = BGR plerique ϼϼ Sac 𝔖. Col. 𝔄 = *et haec illam secundae poenae.* βιλοπσοχ + *et hae illam malam mentem secundae poenae.* P1. 𝔈1. = *et haec et illam secundae poenae.* P2. = *et haec illam mali mentem sec. p.* P3. = *haec et illam sedem poenae.* P4. = *haec et illam scelere poenae.* 𝔑 — 𝔅 + *et hae et illam sec. p.* 𝔈2. — 𝔐a = *et haec et illa sec. p.* G = *ac secuntur.* R(m∾) — *et securitati diffidere. Quare ego hoc.*

13. Recc. nonn. ϼϼ 𝔄 + *Quare ergo ego hoc.* G(cr.∾) = *Quare ergo hoc.* 𝔄 = *Illi ñc dissentiamus.* 𝔄 — *ubi dicit: Nihil iustum esse natura.* P1. 3. 4. Col. (m∾) = *quia vetari metus.*

non posse = BG P1. 3. Col. 𝔄. RP4. = *non possint.* P2. 𝔑 — 𝔈 = *non possit.*

mala facinora conscientia flagellari = BG 𝔄𝔑 — 𝔖. R (lit.) maior pars ϼϼ P2. P3. (s.m.) = *malo facinore conscientiam fl.* Col. = *malo facinore conscientia fl.* Sanctol. ci. = *mala facinora conscientiam flagellare.* 𝔅1. 𝔑u = *plurima illi tormentorum.* P3. = *plurimum illis torm.* Vetustiores ϼϼ = *quod perpetuo illum.*

argumentum est, Epicure = 𝔖. Lips. ci. = *argumentum, Epicure, est.* Sa = *argumentum Epicure* om. *est.* RSc𝔄 = *argumentum est Epicuri.* BG 𝔑 — 𝔐a = *argum. Epicuri est* (in G *est* n.). G(cr.∾) P1. 3. = *naturam nos a scelere.* G(m∾) = *a scelere arboree.*

14. *Quare? nisi quia* = BR vetustiores ϼϼ et rell. maior pars P2. P4. (s.m.) Sac 𝔄𝔖. G Col. = *Quare enim quia.* P1. 3. 4. (p.m.) 𝔑 — 𝔐a — *nisi.* GR = *adversatio.*

illos conscientia et ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem et uindicem effugiunt et scripta supplicia, nisi illa naturalia et grauia de praesentibus soluerent et in locum patientiae timor cederet. Uale.

EPISTULA III. (98.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Numquam credideris felicem quemquam ex felicitate suspensum. Fragilibus innititur qui aduenticio laetus est: exibit gaudium quod intrauit. At illud ex se ortum fidele firmumque est et crescit et ad extremum usque prosequitur: cetera quorum admiratio est uolgo in diem bona sunt. Quid ergo? non usui ac uoluptati esse possunt? Quis negat? sed ita, si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. Omnia quae fortuna intuetur ita fructifera ac iucunda fiunt, si qui habet illa se quoque habet
2 nec in rerum suarum potestate est. Errant enim, Lucili, qui aut boni aliquid nobis aut mali indicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum et initia rerum apud nos in malum bonumue exiturarum. Ualentior enim omni fortuna animus est: in utramque partem ipse res suas ducit beataeque ac miserae uitae sibi causa est. Malus omnia in malum uertit, etiam
3 quae cum specie optimi uenerant: rectus atque integer corri-

legem et vindicem = BπΠφψ quaedam exx. Pinc. 𝔄. GR Gr. 𝔑 — 𝔖 = *legem et iudicem.* 𝔄 + *effugere vel effugiunt.* 𝔄 = *nisi illi naturalia.* ηχm𝔈2. 𝔐 = *in locum poenitentiae.* ζ = *in locum poenae.*

Lib. XVI. Ep. 3. (98.)

𝔄 — *felicem.* 𝔄 = *ea felicitate susp. qui frugalibus innititur.* Rβιλοτχ P2. P3. (s.m.) Col. quidam Pinc. = *ea felicitate susp. quae* [Col. = *qui*] *fragilibus.* 𝔈𝔖 + ∞ *quae fragilibus.* G(s∞) = *exivit gaudium.* P1. — *At illud.* 𝔄 — *fidele* ante *firmumque.* 𝔑 — 𝔈2. — *est* post *firmumque.* P1. 3. = *vulgo indice bona sunt.*

Omnia quae fortuna intuetur = BGR P1. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔐. Pinc. v. l. = *Omnia quae fortuna intuentur.* P2. Col. 𝔏 — 𝔖 = *Omnia quae fortunam intuentur.*

si qui habet illa = Quidam ρρ 𝔖. BGR alii ρρ Gr. 𝔄 = *si quis habet illa.* 𝔑 — 𝔅 = *si quis habet ista.* 𝔈1. 2. = *si quis habens ista.* ε𝔊 — 𝔐a = *si quis habens illa.* σχ = *si cum his quae habet ex illa.* π + *si is qui habet illa.* Grut. ci. = *si quisquis habet illa.*

2. G𝔑 — 𝔐a + *mi Lucili.* B (s∞) — *qui* post *Lucili.* G(s∞) = *et utramque partem.* R ρρ 𝔑 — 𝔗 + *et in utramque partem.* 𝔑 — 𝔐 + *Malus animus.*

quae cum specie = BG ρρ Sac 𝔄 𝔑 — 𝔈𝔖. R 𝔐 — 𝔐a — *cum.* Nonn. ρρ 𝔄 = *venerunt.*

git praua fortunae et dura atque aspera ferendi scientia mollit
idemque et secunda grate excipit modesteque et aduersa con-
stanter ac fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat
cuncta iudicio, licet nihil supra uires suas temptet: non con-
tinget illi bonum illud integrum et extra minas positum, nisi
certus aduersus incerta est. Siue alios obseruare uolueris (li- 4
berius enim inter aliena iudicium est) siue te ipsum fauore se-
posito: et senties hoc et confiteberis nihil ex his optabilibus et
caris utile esse, nisi te contra leuitatem casus rerumque casum
sequentium instruxeris. nisi illud frequenter et sine querela
inter singula damna dixeris: *Dis aliter uisum est.* Immo me- 5
hercules ut carmen fortius ac iustius petam quo animum tuum
magis fulcias, hoc dicito quotiens aliquid aliter quam cogitabas
euenerit: *Di melius.* Sic conposito nihil accidet. Sic autem
conponetur, si quid humanarum rerum uarietas possit cogitaue-
rit, antequam senserit. si et liberos et coniugem et patrimo- 6
nium sic habuerit tamquam non utique semper habiturus et tam-
quam non futurus ob hoc miserior, si habere desierit. Cala-
mitosus est animus futuri anxius et ante miserias miser, qui
sollicitus est ut ea quibus delectatur ad extremum usque perma-
neant. Nullo enim tempore conquiescet et exspectatione uen-
turi praesentia quibus frui poterat amittet. In aequo est autem
amissio rei et timor amittendae. Nec ideo praecipio tibi 7
neglegentiam. Tu uero metuenda declina. quicquid consilio pro-

3. 𝔄 — *et* ante *dura.* G (s∾) 𝔄 = *idem et secunda* om. *que.*
ac fortiter = mss. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *atque fortiter.*
non continget = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅 𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *non contingit.* Rσχ so sπ 𝔈1. — 𝔐a + *et extra minas fortunae positum.*
4. B = *libertus enim inter aliena.* R𝔅 — 𝔐a = *nil ex his.* 𝔄 = *optabilius.* BG 𝔄 = *nihil te contra levitatem.* B = *casuum sequentium.* 𝔄 = *rerum* om. *que.* 𝔑 — 𝔅 = *animum sequentium.*
5. 𝔄𝔑 — 𝔐a = *mehercule.* G = *ubi carmen.*
petam = BGR quidam Pinc. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔏 — 𝔅1. probat Sw. 𝔅 — 𝔐 𝔑u — 𝔖 = *repetam.* Alia exx. Pinc. + *an petam.* unde Pinc. ci. = *amputem.* G (cr.∾) P1. 3. 4. = *quod animum.* Col. — *magis.* R — *aliquid* post *quotiens.* G(cr.∾) P1. 3. 4. = *Diis melius.* R = *accidit.* G + *si quid autem hum.*
6. *et patrimonium* = BGR 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *atque patrimon.* 𝔄 = *non utique sit habiturus.* R(m∾) — *et tamquam non futurus.* BG (cr.∾) = *et ium quam non futurus.* G (cr.∾) = *qui sollicitatus est.* R = *usque perveniant.*
exspectatione venturi = BGR ρρ (exc. γδκφ) Sa 𝔄𝔖. γδκφ 𝔑 — 𝔐a = *exsp. futuri.*
amissio rei = κΠρ P4. 𝔄𝔏 — 𝔈. BG P1. = *amissae rei et timor.* P3. = *amissae rei timor et amittendae.* R rell. ρρ P2. Col. 𝔑 — 𝔐 = *dolor amissae rei et timor amittendae.*
7. *Tu vero* = mss. (exc. 𝔇) etiam

spici potest, prospice. quodcumque laesurum est multo ante quam accidat speculare et auerte. In hoc ipsum tibi plurimum conferet fiducia et ad tolerandum omne obfirmata mens. Potest fortunam cauere qui potest ferre. certe in tranquillo non tumultuatur. Nihil est nec miserius nec stultius quam praeti-
8 mere. Quae ista dementia est malum suum antecedere? Denique ut breuiter includam quod sentio et istos satagios ac sibi molestos describam tibi, tam intemperantes in ipsis miseriis quam sunt ante illas: plus dolet quam necesse est qui ante dolet quam necesse sit. Eadem enim infirmitate dolorem non aestimat qua non exspectat. Eadem intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem suam, fingit crescere debere quaecumque con-
9 tigerunt, non tantum durare: et, oblitus huius petauri quo humana iactantur sibi uni fortuitorum constantiam spondet. Egregie itaque uidetur mihi Metrodorus dixisse in ea epistula qua sororem amisso optimae indolis filio adloquitur: *Mortale est omne mortalium bonum.* De his loquitur bonis ad quae concurritur: nam illud uerum bonum non moritur, certum est sempiternumque, sapientia et uirtus: hoc unum contingit inmor-

Pinc. P2. 4. Col. 𝔄𝔈 — 𝔐𝔖. G (s.m.) 𝔍 P1. 3. 𝔈1. 2. 𝔏 — 𝔐a = *Quin vero.* ℜ — 𝔅 = *Quaecunque vero.* G(n.) ℜ — 𝔐a + *et quicquid consilio.*

averte = BR plerique ρρ (P1. 2. 4.) 𝔄𝔈1. — 𝔐𝔖. Gδεζηοσφ P3. Col. ℜ — 𝔅𝔏 — 𝔐a = *adverte.* 𝔄 = *afferet fiducia.*

ad tolerandum omne = BGR ρρ P2. 3. Col. 𝔄ℜ — 𝔈2. P1. 4. = *ad tolerandum esse* (*õe* = omne. *ẽe* = esse). Pinc. v. l. (?) 𝔈 — 𝔖 = *ad tolerandum omnino.* R = *nihil est miserius nec stultius.* G(m∾) = *quam pertinere.* ℜ = *quam pertimere.* 𝔗 = *quam sp timere.* 𝔅 — 𝔐 = *quam semper timere.*

8. *satagios* = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔊 = *sacagios.* Quidam Ermi = *sagitaios.* 𝔐 — 𝔐a = *satageos* ex ci. Ermi. 𝔄 = *mihi molestos.* Pinc. ci. 𝔈 — 𝔅1. = *tam intemperantes in ipsis miseriis sunt quam ante illas.* 𝔖 + *in ipsis miseriis sunt, quam sunt ante illas.* Col. = *Plus dolent.* R (m∾) G (m∾) P1. P3. (m∾) P4. Col. 𝔄ℜ — 𝔈2. — *qui ante dolet quam necesse est.* Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔅1. 𝔖 = *quam necesse sit.* BmG mR ρρ ∾. G(cr. ∾) P1. 3. = *Eandem enim infirmitatem.* Col. = *Eundem enim ∾ quem.* Steph. (ad Dalech. Ep. 36.) ci. — *non* ante *aestimat.* G(s∾) P1. 3. ℜ — 𝔈2. — *Eadem* ante *intemperantia.*

felicitatem suam = mss. etiam Sac 𝔄ℜ — 𝔈2. 𝔖. 𝔈 — 𝔐a — *suam.* sR + *qua fingit.* In φ *suam* mutatum est in *qua.*

fingit crescere = BG Sa. R 𝔄ℜ — 𝔖 + *fingit sibi crescere.*

9. G(m∾) P1. P3. (p.m.) 4. Col. ℜ — 𝔈1. = *oblitus huius peccati* (G P1. 3. 4. = *quod*). m𝔈1. 𝔈2. — 𝔐 = *oblitus fati.* G(p.m.) = *humana iactantia.* G (s.m.) = *iactantius.* R𝔄 — *eu* ante *epistula.* 𝔄 = *adloquitur omne mortale bonum* rell. om. GR recc. ρρ Gr. (P2. cr. ∾) ℜ — 𝔈2. = *omnium mortalium bonum.* Rell. etiam Pinc. ∾. G ℜ — 𝔅 = *contingit immorta-*

tale mortalibus. Ceterum tam inprobi sunt tamque obliti quo 10
eant, quo illos singuli dies turbent, ut mirentur aliquid ipsos
amittere amissuri uno die omnia. Quicquid est cui dominus
inscriberis apud te est, tuum non est: nihil firmum infirmo, ni-
hil fragili aeternum et inuictum est. Tam necesse est perire
quam perdere et hoc ipsum, si intellegimus, solatium est aequo
animo perdere quod perdendum est. Quid ergo aduersus has 11
amissiones auxilii inuenimus? Hoc ut memoria teneamus amis-
sa nec cum ipsis fructum excidere patiamur quem ex illis per-
cepimus. Habere eripitur, habuisse numquam. Peringratus
est qui, cum amisit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eri-
pit casus, usum fructumque apud nos relinquit quem nos ini-
quitate desiderii perdidimus. Dic tibi: Ex istis quae terribilia 12
uidentur nihil est inuictum. Singula uicere iam multi: ignem
Mucius, crucem Regulus, uenenum Socrates, exilium Ruti-
lius, mortem ferro adactam Cato: et nos uincamus aliquid.
Rursus ista quae ut speciosa et felicia trahunt uolgum a multis
et saepe contempta sunt. Fabricius diuitias imperator reiecit,
censor notauit. Tubero paupertatem et se dignam et Capito- 13
lio iudicauit, cum fictilibus in publica coena usus ostendit debe-
re iis hominem esse contentum quibus di etiamnunc uterentur.

libus. 𝔈1. = *contingit immortale immortalibus.*

10. Col. = *Ceteri tam improbi sunt.*

turbent = BG Sac P1. 3. 4. ℜ — 𝔊2. 𝔖. Pinc. v. l. (exc. ex. Gallic.) 𝔄 = *turbant.* Erm. Pinc. cii. 𝔈 — 𝔐 = *trudant.* R ex. Gallic. P2. Col. 𝔏 — 𝔐a = *trahant.* P2. — *ut* ante *mirentur.*

ipsos amittere = BG ρρ (exc. λσ) P1. 2. 3. Col. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *se amittere.* R + *se ipsos aliquid amittere.* λσ + *aliquid se ipsos amittere.* P1. 3. 4. = *amissuros.* P1. 3. 4. — *cui* ante *dominus.*

quod perdendum est = aliquot ρρ ex. Fac. et Prim. 𝔐 — 𝔏4. B Sa P1. 3. 4. = *pereundum est* om. *quod.* GR rell. ρρ (exc. εχ) P2. Col. Sc 𝔄 ℜu 𝔐a = *quod pereundum est.* probat Gron. εχ ℜ — 𝔊 𝔊ro — 𝔅1. 𝔖 = *quod periturum est.*

11. B(p.m.) = *auxili.*

invenimus = BGR Sac 𝔄ℜ — 𝔊 𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *inveniemus.* B (cr. ∾) = *Peringratis est.*

cum amisit = mss. (exc. R) Sac 𝔄𝔖. Rℜ — 𝔐a = *cum amiserit.* G (m∾) P1. 3. 4. = *pro accepto nihil habet.* ℜ — 𝔅 = *nobis eripuit.* BG (cr. ∾) = *usus fructumque.* Sac (?) 𝔖 = *reliquit.*

perdidimus = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *perdimus.*

12. B = *Regulas.* BG = *Rursus ita.* BP4. = *quae vis speciosa.* P1. 3. = *rursus.* *Itaque vis speciosa et felicitas* (etiam G = *felicitas*) *tr. v.* R (lit.) maior pars ρρ = *trahunt vulgus.* R = *etiam saepe.*

13. 𝔄 = *Tiberius paupertatem.*

debere iis hominem = G. B = *debere is hominem.* R𝔄ℜ — 𝔖 = *debere his hominem.*

Honores repulit pater Sextius qui ita natus ut rempublicam deberet capessere latum clauum diuo Iulio dante non recepit: intellegebat enim quod dari posset et eripi posse. Nos quoque
14 aliquid et ipsi faciamus animose: simus inter exempla. Quare deficimus? quare desperamus? Quicquid fieri potuit potest. Nos modo purgemus animum sequamurque naturam a qua aberranti cupiendum timendumque est et fortuitis seruiendum. Licet reuerti in uiam, licet in integrum restitui. Restituamur, ut possimus dolores quocumque modo corpus inuaserint perferre et fortunae dicere: *Cum uiro tibi negotium est: quaere quem*
15 *uincas.* His sermonibus et his similibus lenitur illa uis ulceris quam opto mehercules mitigari et aut sanari aut stare et cum ipso senescere. Sed securus de illo sum: de nostro damno agitur quibus senex egregius eripitur. Nam ipse uitae plenus est cui adici nihil desiderat sua causa, sed eorum quibus
16 utilis est. Liberaliter facit, quod uiuit. Alius iam hos cruciatus finisset: hic tam turpe putat mortem fugere quam ad mortem confugere. Quid ergo? non, si suadebit res, exibit? Quidni exeat, si nemo iam uti eo poterit? si nihil aliud quam dolori

B = *reppulit pater Sexius.* Col. = *qui dari.* Quidam Pinc. = *quod dari potest.* G (m∾) = *et excipi posset.* P1. 2. = *eripi posset.* 𝔑 — 𝔈2. — *posse.* B = *ex ipsi faciamus.* GP3. (cr.∾) P1. 4. Col. = *ex ipsis fac.* 𝔑 — 𝔐 = *ex his faciamus.* 𝔏 — 𝔅1. 𝔖 — *et.* Quatuor recc. ρρ 𝔑 — 𝔊 = *animosi simus.* BGR Pinc. 𝔄 = *sumus inter exempla.*

14. 𝔄 — *Quare deficimus.* BG = *defecimus.* R = *sequamur naturam.* 𝔑 — 𝔅 = *a qua aberratim.* 𝔑 = *Restituamus.* R recc. ρρ P3. (s.m) P2. Col. + *Restituamur ergo.* P1. 3. = *ut possit.* R = *evaserint, ferre.*

15. Quoniam sequentia male cohaerent cum superioribus, quaedam hic intercidisse putant viri docti inde a Mureto: sive ad superiorem epistolam pertinuerint cum his, quae adhuc restant, sive fuerit initium novae epistolae, cuius proxima efficiant clausulam. At Sw. hac coniectura opus non esse censet. R P3. 4. Col. = *leviter illa vis.* P1. = *leniter illa vis.* 𝔑 — 𝔈2. = *ista vis.* GP1. 3. 4. Col. = *quam optime mehercule* [G = *mehercules*] *potest mitigari.* 𝔄𝔑 — 𝔅 = *mehercule.*

securus de illo sum = mss. etiam Gr. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔈2. = *securus de isto sum.* Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔐a = *de ipso sum.* P3. = *de vestro damno.* 𝔄 + *a quibus senex.* 𝔄 — *adici.* G (m∾) = *cui dicit nihil.* R (s∾) — *causa.*

16. BR 𝔑 — 𝔈1. = *Alius iam his cruciatus finis est.* GP1. 3. Col. = *Alius iam cruciatus his* [*hiis*] *finis est.* P4. = *Alius iam cruciatibus his finis.* πχ = *Aliis iam is cruciatus finis esset.* Rell. ρρ P2. = *Alius iam is cruciatus finis est.* Sanctol. ci. = *Alias.* 𝔑 — 𝔈1. = *Quid ergo? nonne sua dedit et exibuit* (*exhibuit*). G = *et* [s *rex*] *exibit.* P1. 3. 4. 𝔈2. = *nonne suadebit et exibit.* P2. Col. + *nonne si suadebit* ∾. G + *si nemo iam ut te oportet.* mG = *reor poterit.* Col. = *iam niti eo po-*

operam dabit? Hoc est, mi Lucili, philosophiam in opere discere et ad uerum exerceri: uidere quid homo prudens animi habeat contra mortem, contra dolorem, cum illa accedat, hic premat. Quid faciendum sit a faciente discendum est. Ad- 17
huc argumentis actum est an posset aliquis dolori resistere, an mors magnos quoque animos admota submittere. Quid opus est uerbis? In rem praesentem eamus: nec mors illum contra dolorem facit fortiorem nec dolor contra mortem: contra utrumque sibi fidit nec spe mortis patienter dolet nec taedio doloris libenter moritur: hunc fert, illam exspectat. Uale.

EPISTULA IV. (99.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Epistulam quam scripsi Marullo, cum filium paruulum amisisset et diceretur molliter ferre, misi tibi. In qua non sum solitum morem secutus nec putaui leniter illum debere tractari, cum obiurgatione esset quam solatio dignior. Adflicto enim et magnum uolnus male ferenti paulisper cedendum est: exsatiet se aut certe primum inpetum effundat. Hi qui sibi lugere sumpserunt protinus castigentur et discant quasdam etiam lacrimarum ineptias esse. Solatia exspectas? conuicia accipe. Tam 2
molliter tu fers mortem filii? quid faceres, si amicum perdidisses? Decessit filius incertae spei, paruulus: pusillum tempo-

terit. P1. 3. = *uti te oportet.* P2. = *iam ut reor poterit.* Pinc. ex. scholast. = *philosophiam in opus ducere.* 𝔛 + *in opus ducere vel in opere discere.* P1. 3. = *adversum exerceri.* ℜ — 𝔖 = *exercere: videri.*

17. Sw. malebat *accedit* et *premit.*

an posset = mss. etiam P2. Col. Sa 𝔛𝔖. ℜ — 𝔐a = *an possit.* B = *aliqui* [una littera videtur erasa] *dolori.* G 𝔛ℜ — 𝔐 = *aliquid dolori.* R = *mugnum quoque animum.* P2. — *magnos.* sG P2. Col. Sac 𝔛𝔖 = *submitteret.* B = *nec taedio doris.* In II huius epistolae extrema pars et XIII epistolae proximae sunt omissae.

Lib. XVI. Ep. 4. (99.)

Steph. (ad Dalech. Ep. 27.) suspicatur hanc epistolam ex duabus esse conflatam.

B = *quam scripsi Morullo.* R nonn. ρρ P3. (s.m.) = *Merillo.* Alii ρρ P2. Col. 𝔛 = *Marillo.* ζρ = *Manilio.* G (s∞) P1. 3. = *Merullo.* R maior pars ρρ 𝔛ℜ — 𝔊 = *leviter illum.*

solatio dignior = BG βελυ Sac 𝔛𝔖 (B = *solacio*). Rℜ — 𝔐a = *consolatione dignior.* B = *Hii qui sibi.*

2. B — *Tam* ante *molliter.* R P2. P3. (s.m.) = *incerta spe.* G = *pusillum temporis parere.* R = *pusillum temporis parit causas doloris. Querimur et de fortuna.* βυλοστ P2. P3. (s.m.) 𝔛 = *pusillum temporis parit causas doloris. Conquerimur et de fort.*

ris periit. Causas doloris conquirimus et de fortuna etiam ini-
que queri uolumus, quasi non sit iustas querendi causas prae-
3 bitura. At mehercules satis mihi iam uidebaris animi habere
etiam aduersus solida mala, nedum ad istas umbras malorum
quibus ingemiscunt homines moris causa. Quod damnorum
omnium maximum est, si amicum perdidisses, danda opera
erat ut magis gauderes quod habueras, quam moereres quod
amiseras. Sed plerique non conputant quanta perceperint, quan-
4 tum gauisi sint. Hoc habet inter reliqua mali dolor iste: non
superuacuus tantum, sed ingratus est. Ergo quod habuisti ta-
lem amicum, perit opera? tot annis, tanta coniunctione uitae,
tam familiari studiorum societate nihil actum est? Cum amico
effers amicitiam? et quid doles amisisse, si habuisse non
prodest? Mihi crede, magna pars ex iis quos amauimus, licet
5 ipsos casus abstulerit, apud nos manet. Nostrum est quod
praeteriit tempus nec quicquam est loco tutiore quam quod fuit.
Ingrati aduersus percepta spe futuri sumus, quasi non quod
futurum est, si modo successerit nobis, cito in praeterita trans-
iturum sit. Anguste fructus rerum determinat qui tantum prae-
sentibus laetus est: et futura et praeterita delectant, haec ex-
spectatione, illa memoria: sed alterum pendet et non fieri
6 potest. alterum non potest non fuisse. Quis ergo furor est cer-
tissimo excidere? Adquiescamus iis quae iam hausimus, si

BsG = *perit.* Nonn. ρρ = *Causas doloris inquirimus.* Sa 𝔖 = *iniquo.* 𝔅1. — 𝔐a = *iniqui.* Rell. ∾.

3. 𝔄ℜ — 𝔐a = *mehercule.* B = *ingemescunt.*

moris causa = B ex. Francisc. 𝔐 — 𝔖. Rell. mss. etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔊 = *amoris causa.* 𝔖 = *quanta praeceperint* ex ci. quod infra (§. 5.) Sac 𝔄 dederunt *adversus praecepta.*

quantum gavisi sint = BR P2. Pinc. v. l. Sac 𝔄𝔖. (𝔄 = *gavisi fuerant.*) G P1. 3. 4. Col. ℜ — 𝔐a + *quantumve gavisi sint.*

4. *mali dolor iste: non supervac.* = aliquot ρρ 𝔖 ex ci. Alii ρρ = ∾ *dolor ipse* ∾. BSa = ∾ *doloris se non superv.* R quidam ρρ P2. Col. = *mala* [Col. = *mali*] *dolor in se quod non* [hoc in R supra lineam legitur] *superv.* G = ∾ *doloris sed non superv.* P1. = ∾ *doloris scilicet non superv.* P3. 4. = *mali dolor quod non superv.* Pinc. v. l. — *iste.* probat Grut. 𝔄ℜ — 𝔐a = *mala dolor, quod non superv.*

perit opera = BGR 𝔄ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *periit opera.*

ex iis quos = B ρρ. GR 𝔄 = *ex hiis quos.* 𝔖 = *ex his quos.* ℜ — 𝔐a = *ex illis quos.* R = *casus extulerit.*

5. Sac 𝔄ℜ — 𝔅𝔖 = *adversus praecepta.* 𝔄 = *quasi quod futurum est, si non successerit.* 𝔄 = *Angusto fructus.* 𝔄 + *eam et praeterita et futura.* BG = *alterum non potest fuisse* om. *non.*

6. *iis quae iam* = B. GR 𝔄ℜ — 𝔖 = *his* [*hiis*] *quae iam.*

modo non perforato animo hauriebamus et transmittente quicquid acceperat. Innumerabilia sunt exempla eorum qui liberos iuuenes sine lacrimis extulerint, qui in senatum aut in aliquod publicum officium a rogo redierint et statim aliud egerint. Nec inmerito: nam primum superuacuum est dolere, si nihil dolendo proficias. deinde iniquum est queri de eo quod uni accidit, 7
omnibus restat. Deinde desiderii stulta conquestio est, ubi minimum interest inter amissum et desiderantem: eo itaque aequiore animo esse debemus, quod quos amisimus sequimur. Respice celeritatem rapidissimi temporis. cogita breuitatem huius spatii per quod citatissimi currimus. obserua hunc comitatum generis humani eodem tendentis minimis interuallis distinctum, etiam ubi maxima uidentur: quem putas perisse praemissus est. Quid autem dementius quam, cum idem tibi iter 8
emetiendum sit, flere eum qui antecessit? Flet aliquis factum quod non ignorauit futurum? aut si mortem in homine non cogitauit, sibi inposuit. Flet aliquis factum quod aiebat non posse non fieri? Quisquis aliquem queritur mortuum esse queritur hominem fuisse. Omnis eadem condicio deuinxit: cui nasci contigit mori restat. Interuallis distinguimur, exitu aequamur. 9
Hoc quod inter primum diem et ultimum iacet uarium incertumque est: si molestias aestimes, etiam puero longum, si uelocitatem, etiam seni angustum. Nil non lubricum et fallax et omni tempestate mobilius. Iactantur cuncta et in contrarium transeunt iubente fortuna: et in tanta uolutatione rerum huma-

B = *non perfurato animo.* Nonn. ρρ = *extulerunt.* 𝔑 — 𝔅 = *redierunt* ∾ *egerunt.* B (cr. ∾) = *supervacuum est dolore.*

7. G 𝔑 — 𝔐a + *et omnibus restat.* Rell. ∾. Nonn. ρρ = *Demum desiderii.* τ = *Eo, inquam, aequiore animo.* R maior pars ρρ 𝔄 = *citatissime.* R nonn. ρρ = *codem tendentem.* 𝔄 = *quem putas preisse.*

8. 𝔄 = *tibi tunc emetiendum.* εp — *non* ante *ignoravit.* oσ 𝔑 = *Flet aliquis fatum.* Pinc. Matth. cii. 𝔈𝔊 = *at si mortem in homine.* G (cr. ∾) = *aut si mortem etiam homine.* B = *quod agebat.* P2. = *quod non aiebat non posse fieri.* 𝔈2. — *non* ante *fieri.* B — *queritur mortuum esse.*

Omnis eadem condicio = BG 𝔄𝔑 — 𝔅. R 𝔈1. — 𝔖 = *Omnes eadem cond.*

contigit = BG(s.m.) R maior pars ρρ 𝔖. G(p.m.) 𝔄𝔑 — 𝔐a = *contingit.*

9. R = *inter primum et ultimum diem.*

varium incertumque = BGR fere omnes ρρ 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *varium et incertum.*

si molestias aestimes = BRG (s.m.) ρρ Gr. 𝔄24. G (p.m.) = *si molestias existimas.* 𝔑 — 𝔖 = *si mol. aestimas.* R𝔖 = *Nihil non lubricum.* P1. 3. = *et omni tempestate mobile.*

10 narum nihil cuiquam nisi mors certum est. Tamen de eo queruntur omnes in quo uno nemo decipitur. Sed puer decessit. Nondum dico melius agi cum eo qui uita defungitur: ad eum transeamus qui consenuit. quantulo uincit infantem? Propone temporis profundi uastitatem et uniuersum conplectere. deinde hoc quod aetatem uocamus humanam conpara inmenso: uidebis
11 quam exiguum sit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrimae, quantum sollicitudines occupant? quantum mors antequam ueniat optata? quantum ualitudo, quantum timor, quantum tenent aut rudes aut inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur. Adice labores, luctus, pericula: et intelleges etiam in longissima uita minimum esse quod uiuitur. Sed quis tibi concedit non melius se habere eum cui cito reuerti li-
12 cet, cui ante lassitudinem peractum est iter? Uita nec bonum nec malum est, boni ac mali locus est. Ita nihil ille perdidit nisi aleam in damnum certiorem. Potuit euadere modestus et prudens. potuit sub cura tua in meliora formari: sed (quod iustius timetur) potuit fieri pluribus similis. Adspice illos iuuenes quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria proiecit. adspice illos qui suam alienamque libidinem exercent mutuo inpudici, quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit: plus timeri quam sperari potuisse manifestum

nihil cuiquam = BGR 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *nil cuiquam.* G(s∾) Rζσ 𝔑 — 𝔐a — *est* post *certum.*

10. Gγδεζηϑκστφ P1. 3. 4. = *Tamen de eo queruntur homines.* P3. = *melius agi qui vita defungitur.* P4. — *vita* ante *defungitur.* probat Grut. G(m∾) P1. 3. — *temporis* ante *profundi.* Steph. (ad Dalech. Ep. 31.) ci. + *Propone tibi.* P4. 𝔄 m𝔈2. = *compara universo.* 𝔄 = *videbimus.* GP1. 3. = *quod optamus, quod ostendimus.*

11. *quantum tenent* = BG ρρ (exc. ιο) P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔏4. R = *quantum tenentur aut rudes aut inutiles animi* (s *anni*). ιοP2. 𝔈2. — 𝔖 (exc. 𝔏4.) = *quantum teneri.* 𝔄𝔑 — 𝔅 = *ex hoc dormitur.* P1. 3. = *in novissima vita.* 𝔄 = *minimum esse quod videtur.*

sed quis tibi concedit = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 (= *si quis*) — 𝔈2. Pinc. v. l. (?) ℭ — 𝔐a = *concedat.* 𝔖 = *concedet.* 𝔄 — *se* ante *habere.* RP3. (s.m.) + *quam cui non ante lassit.* P3. (p.m.) = *cuius ante lassit.* R 𝔑 — 𝔅 = *paratum iter est.*

12. G(n.) + *Vita enim nec bonum.* B = *alaeam.* 𝔄 = *nisi ut aliena in damnum certius potuit evadere.* οπσ P1. 4. P3. (p.m.) Col. 𝔑 — 𝔈1. = *nisi aliena in damnum.* βιλοπσχ P2. P3. (s.m.) 𝔑 — 𝔈2. = *in damnum certius potuit evadere.*

et prudens = BGR 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *ac prudens.* G(m∾) — *potuit fieri.* G(m∾) — *Adspice illos iuvenes — proiecit.* R — *nullus* ante *sine aliquo insigni.* R(s∾) — *potuisse.*

erit. Non debes itaque causas doloris accersere nec leuia in- 13
commoda indignando cumulare. Non hortor ut nitaris et surgas: non tam male de te iudico, ut tibi aduersus hoc totam putem uirtutem aduocandam. Non est dolor iste, sed morsus: tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philosophia profecit, si puerum nutrici adhuc quam patri notiorem animo forti desideras. Quid? nunc ego duritiam suadeo et in funere ipso rigere 14
uoltum uolo et animum ne contrahi quidem patior? Minime. Inhumanitas est ista, non uirtus funera suorum isdem oculis quibus ipsos uidere nec commoueri ad primam familiarium diuulsionem. Puta autem me uetare: quaedam sunt sui iuris. excidunt etiam retinentibus lacrimae et animum profusae leuant. Quid ergo est? Permittamus illis cadere, non imperemus: fluat quantum adfectus eiecerit, non quantum poscet imitatio. Nihil 15
uero moerori adiciamus nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio doloris exigit quam dolor: quotusquisque sibi tristis est? Clarius, cum audiuntur, gemunt et taciti quietique dum secretum est, cum aliquos uidere, in fletus nouos excitantur. Tunc capiti suo manus ingerunt quod potuerant facere nullo prohibente liberius. tunc mortem conprecantur sibi. tunc lectulo deuoluuntur. Sine spectatore cessat do- 16

13. 𝔑 — 𝔅 = *causas doloris accrescere.*

et surgas = BR ϱϱ P2. 4. Col. Sac 𝔄𝔖. GP1. = *et urgas.* P3. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *et urgeas.* G = *non tamen male.*

adversus hoc = BG plerique ϱϱ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. R 𝔈1. — 𝔐𝔞 = *adv. haec.* 𝔄 = *virtutem advocandum.* 𝔄 = *multum prophecia proficit.* Etiam P2. mCol. 𝔑 — 𝔊 = *proficit.* Col. = *facit.*

14. 𝔅1. — 𝔖 = *Quid? nunc ergo* contra mstos. 𝔄 = *duritiam suam deo.*

rigere voltum = βδεπτυχψ 𝔄𝔖. BGR 𝔑 — 𝔐𝔞 = *erigere vultum.* 𝔄 = *nolo animum.* R𝔄 = *nec contrahi quidem.* B = *ne contrahii quidem.*

isdem oculis = BG. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *hisdem oculis.* 𝔐 — 𝔖 = *iisdem oculis.* 𝔄 = *familiarum div.*

divulsionem = BGR maior et melior pars ϱϱ Pall. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔈1.24. 𝔖. Col. mP1. 𝔈2. — 𝔐𝔞 (exc. 24.) = *divisionem.* R = *Putas autem me vetare.* P1. Col. = *Puta an me.* G(n.) R P1. 2. 3. 4. 𝔑 — 𝔈2. + *quaedam quae non sunt.* Col. + *quaedam et quae non sunt.* 𝔏 — 𝔐𝔞 + *quaedam non sunt.* Etiam Pinc. Ss. ∾. π Grut. ci. = *Excidunt etiam renitentibus lacrimae.*

fluat quantum = BeSac ci. Matth. 𝔄𝔖. GR𝔑 — 𝔐𝔞 = *fluant quantum.* R = *possit imitatio.* 𝔑 = *posset imitatio.* 𝔄 = *poscit im.*

15. G(s∾) = *Nihil ergo moerori.* 𝔑 — 𝔅 = *quotiens quisque sibi.*

cum aliquos videre = BG P1. 3. 4. Sa 𝔖. R𝔄𝔈1. — 𝔐𝔞 = *cum aliquos viderint.* 𝔑 — 𝔅 = *cum aliquos viderunt.*

Tunc capiti suo = mss. 𝔑 — 𝔗𝔖. 𝔄 = *Cum capiti suo.* 𝔅 — 𝔐𝔞 = *Tum capiti suo.*

lor. Sequitur nos ut in aliis rebus ita in hac quoque hoc uitium ad plurium exempla conponi nec quid oporteat, sed quid soleat adspicere. A natura discedimus: populo nos damus nullius rei bono auctori et in hac re sicut in omnibus inconstantissimo. Uidet aliquem fortem in luctu suo: inpium uocat et efferatum. uidet aliquem conlabentem et corpori adfusum: effeminatum ait
17 et eneruem. Omnia itaque ad rationem reuocanda sunt. Stultius uero nihil est quam famam captare tristitiae et lacrimas adprobare quas iudico sapienti uiro alias permissas cadere, alias ui sua latas. Dicam quid intersit. Cum primus nos nuntius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus e conplexu nostro in ignem transiturum: lacrimas naturalis necessitas exprimit et spiritus ictu doloris inpulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos quibus adiacentem humorem perpremit et expel-
18 lit. Hae lacrimae per elisionem cadunt nolentibus nobis. Aliae sunt quibus exitum damus, cum memoria eorum quos amisimus retractatur et inest quiddam dulce tristitiae, cum occurrunt sermones eorum iucundi, conuersatio hilaris, officiosa pietas: tunc oculi uelut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis uincimur. Non est itaque quod lacrimas propter circumstantem adsidentemque aut contineas aut exprimas: nec cessant nec fluunt
19 umquam tam turpiter quam finguntur. Eant sua sponte: ire autem possunt placidis atque conpositis. Saepe salua sapientis

16. G 𝔄𝔐u = *ad plurimum exempla.* Recc. ρρ P2. = *nullius rei bonae auctori.* BG + *sicut in his omnibus.* P1. 3. 4. Col. + *in hiis omnibus.*

conlabentem = BGR Sac 𝔄𝔐 — 𝔏 4. Nonn. ρρ = *conlabantem.* 𝔊ro — 𝔐a = *collabantem.* 𝔄 = *corpora adfusum.*

17. 𝔄 = *euocanda sunt.* R(p.m.) P1. 3. (p.m.) 𝔑 — 𝔈1. = *alias uisu allatas.* R (s.m.) P3. (s.m.) = *ui sua allatas.* P2. = *alias in sua latas.* P4. = *alias uisum laturus.* m𝔈1. = *alias usu allatas.* ζ = *alias risu allatas.* Recc. ρρ (exc. βδιστχυ ∞) = *alias iussu, uisu, usu latas, allatas.*

primus nos = BG (s.m.) R Sac 𝔄𝔖. G(p.m.) 𝔑 — 𝔐a = *primum nos.* B = *aceruі.* G(m∞) — *acerbi.* G = *pertulit.* R = *perculit ɔ tenemus.* 𝔄 = *cum tempus corpus.* B = *corpus se conplexu.* G — *e.* B = *adiacentem umorem.* Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔐 = *premit et expellit.* 𝔑 — 𝔅 = *perprimit et expellit.*

18. R𝔄 = *per elisionem cadent.* G = *uolentibus.* 𝔈2. — 𝔐 = *quos amisimus tractatur.* Nonn. ρρ = *retractamus.*

propter circumstantem adsidentemque = BGR Sac 𝔄 𝔍u 𝔖. Nonn. ρρ 𝔑 — 𝔐a (exc. 𝔍u) = *propter circumstantes assidentesque.* P2. Col. = *nec fluunt inquam.* G(cr.∞) = *numquam.* Pinc. ci. + *quam cum finguntur.*

19. G(s∞) = *placidis atque consitis.*

auctoritate fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec huma-
nitas nec dignitas deesset. Licet, inquam, naturae obsequi
grauitate seruata. Uidi ego in funere suorum uerendos in quo-
rum ore amor eminebat remota omni lugentium scena. Nihil
erat nisi quod ueris dabatur adfectibus. Est aliquis et dolendi
decor: hic sapienti seruandus est et quemadmodum in ceteris
rebus ita etiam in lacrimis aliquid sat est. Inprudentium ut 20
gaudia sic dolores exundauere. Aequo animo excipe necessa-
ria. Quid incredibile, quid nouum euenit? quam multis cum
maxime funus locatur! quam multis uitalia emuntur! quam
multi post luctum tuum lugent! Quotiens cogitaueris puerum
fuisse cogita et hominem cui nihil certi promittitur, quem for-
tuna non utique perducit ad senectutem: unde uisum est dimit-
tit. Ceterum frequenter de illo loquere et memoriam eius quan- 21
tum potes celebra: quae ad te saepius reuertetur, si erit sine
acerbitate uentura. Nemo enim libenter tristi conuersatur, ne-
dum tristitiae. Si quos sermones eius, si quos quamuis par-
uuli iocos cum uoluptate audieras, saepius repete: potuisse il-
lum inplere spes tuas quas paterna mente conceperas audacter
adfirma. Obliuisci quidem suorum ac memoriam cum corpori-
bus efferre et effusissime flere, meminisse parcissime inhumani

R + *et remota omni*. G(cr.∾) P1. 3. 4. = *versis dabatur affectibus*. R (cr.∾) = *dabantur affectibus*.

etiam in lacrimis = BGR 𝔛. ℜ — 𝔖 = *et in lacrimis*. B = *aliquit*. G(cr.∾) R = *satis est*.

20. B = *Ut prudentium ut gaudia*. ℜu verba *quam multis cum maxime funus locatur* uncis habet inclusa. 𝔛 = *quia multi cum maxime funus locatur. quam multa ut alia emittunt. quam post*. R = ∾ *vitalia emittuntur*. βιμ oπσ: P2. = *quam multi, cum maxime funus locatur, vitalia* [P2. = *in talia*] *emittunt*. P3. (s.m.) — *quam multis* ante *vitalia* et = *emittunt*. Schefferus e mstis restituit *quam multi vitalia emunt* vid. N. Heins. Advv. III, 8. p. 457. Guil. Goesius (ad Petron. Sat. c. 42. p. 192.) ci. = *quam multi vitali avertuntur*. Pinc. v. l. = *quam multi vitalia emittunt*. 𝔈2. — 𝔊 = *quam multi cum maxime funus locatur, quam multi vitalia eruuntur, quam multi*. 𝔐 — 𝔅1. = ∾ *vitalia eruuntur*. Rell. etiam Sa P1. 4. cod. Lips. ∾. Lips. ci. = *quam multi vitam alii amittunt* aut *quam multi vita alii emittuntur*. Sanctol. locum sic restituendum censet: „*quam multi cum maxime funus locatur* lugent. *quam multi* lugent *cum vitalia* e dissectis cadaveribus *eruuntur? quam multi post luctum tuum*, iustis videlicet persolutis, *lugent?*“ Rℜ — 𝔐a = *promittatur*. Maior pars ϱϱ = *producit ad senectutem*.

21. B = *si erit ea cervitate ventura*. R (s∾) — *tristi*. B = *tristi convertatur*. G = *convertantur*. B = *parvoli iocos*. P4. = *et effusis si est flere meminisse*. B = *flere memisse*.

22 animi est. Sic aues, sic ferae suos diligunt quarum concitatus est amor et paene rabidus, sed cum amissis totus exstinguitur. Hoc prudentem uirum non decet: meminisse perseueret, lugere desinat. Illud nullo modo probo quod ait Metrodorus *esse aliquam cognatam tristitiae uoluptatem: hanc esse captandam in eiusmodi tempore.* Ipsa Metrodori uerba subscripsi. *Μητροδώρου Ἐπιστολῶν ά πρὸς τὴν ἀδελφήν. Ἔστιν γάρ τις [λύπῃ συγγενὴς] ἡδονή, ἣν κυνηγετεῖν κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.* De quibus non dubito quid sis sensurus.

22. *sic ferae suos diligunt* = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊. Pinc. v. l. 𝔖 + *suos diligunt fetus.* 𝔐 — 𝔐a + *foetus suos diligunt.* 𝔄 = *quorum concitatus.* B + *quarum contria concitatus actus est amor.* GP1. + *quarum contraria ac concitatus est amor.* P3. + *quarum contrarius ac concitatus est amor.* P4. + *quarum contrarie concitatus actus est amor.* G = *illud ullo modo.* P3. = *nullo modo approbo.* B = *quid ait Metrod.*

hanc esse captandam = R P1. 3. 4. ci. Pinc. 𝔖. BG Sac 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *hanc ipse captandam.* 𝔈2. — 𝔐a = *hanc ipsam captandam.* Pervetus ex. Pinc. P2. = *hanc captandam* om. *esse.*. 𝔑 — 𝔅𝔐 = *verba scripsi.*

Verborum Graecorum nullae sunt reliquiae in R (in cuius margine legitur *desunt verba Metrodori*) codd. Pariss. 6385. 6395. 8550. 8551. (P2. 3.) 𝔄𝔑 (haec habet spatium vacuum) — 𝔏4. m𝔈1. = „Loco hoc desunt aliquot graeca verba, pro quibus notas aliquot invenimus, sed ex quibus nihil licebat coniicere.“ Grut. in P1. 4. Col. voces Graecas duodecim fere invenit, sed quamvis Sylburgio et Commelino advocatis agnovit tantum ab initio μητροδώρου nomen et in fine haec fere καρπον ηδονη ζητειν τουτον κατα τουτον καιρον. Eundem Gruterum Lectius monuit Ios. Scaligerum ex antiquae scripturae vestigiis verba Graeca restituisse Μητρόδωρος ἡ στοὰ *** *** πρὸς τὴν ἀήδειαν. ἔστιν τ' αἴτιος ἡδονὴ καὶ αὕτη κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν: lacunam vero sic esse supplendam ἡ στοὰ δογματίζει τινὸς ἡδονῆς εἶναι συγγένειαν πρὸς. Dalechampius ex cod. Scalig. (est noster G) haec concinnasse sibi visus est: Μητροδώρου μιχθεῖσα εὐφροσύνη (ἡδονὴ) ἀηδείᾳ τίς γάρ ἐστι, σοὶ μὲν ζητητέη κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Hinc 𝔊ro — 𝔐a = Μιχθεῖσα ἡδονὴ ἀηδείᾳ τίς γὰρ ἐστὶ, σοὶ μὲν ζητητέη κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Lipsius narrat in suo cod. et in aliis exstare verba quaedam Graeca, sed sic depravata, ut nihil potuerit erui. Sanctol. „Heic, inquit, fere omnes (ρρ) Metrodori verba exhibent; sed characteribus adeo corruptis invicemque discrepantibus, ut quid sibi velint impossibile sit divinare.“ B Arg.a = ΜΗΤΡΟΔΟΡΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΩΝ ΤΡΟΣ ΤΗ ΝΑΔΕΑΦΗΝ. ΕCΤΙΝ ΓΑΡΤΙΟC ΗΔΟΝΗΑΙΚ ΥΤΤΗCΟ ΥΤΤΕΙΝ ΚΑΤΑ ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΚΑΤΡΟΝ. G = ΗΗΤΡΟΔΟΡΟΥ. ΕΠΙCΤΟΛΑ. ΩΗΤΡΟCΤΗΗ. ΑΑDΕΗΗ ΕCΤΙΗ ΓΑΡΤΙΟC ΗDΟΗΗ ΒΥΤΤΗ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΤΟΗ ΑCΡΟΗ. e = *A. a. ht. po. ao. po. re. tut. to a a Antpoct n.n. a. doa n. n. Ectu n fapcio chaon hacrt thoort c ce irrata cortonton katpon.* Erlang. (videtur idem esse ac noster e) = *Ectun faptio chuonhakrt thoortxteirrata cortonton katpon.* In codd. Pariss. 6380. 6394. 8544. 8717 conspiciuntur quidem notae aliquot, sed admodum obscurae et quarum ad hunc locum emendandum nullus sit usus. Ianus ex B et Erlang. verba Metrodori sic restituenda esse putat: Ἔστι γάρ τις καὶ πρὸς λύπην ἄρτιος ἡδονή. τηλικαύτη σοι πρέπει κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. At constat Metrodorum usum fuisse verbo, quod

Quid enim est turpius quam captare in ipso luctu uoluptatem, 23
immo per luctum, et inter lacrimas quoque quod iuuet quaerere? Hi sunt qui nobis obiciunt nimium rigorem et infamant praecepta nostra duritia, quod dicamus dolorem aut admittendum in animum non esse aut cito expellendum. Utrum tandem est aut incredibilius aut inhumanius non sentire amisso amico dolorem an uoluptatem in ipso dolore aucupari? Nos quod praeci- 24
pimus honestum est: cum aliquid lacrimarum adfectus effuderit et, ut ita dicam, despumauerit, non esse tradendum animum dolori. Quid tu dicis? miscendam ipsi dolori uoluptatem. Sic consolamur crustulo pueros, sic infantium fletum infuso lacte conpescimus. Ne illo quidem tempore quo filius ardet aut amicus exspirat cessare pateris uoluptatem, sed ipsum uis titillare moerorem. Utrum honestius dolor ab animo submouetur an uo- 25
luptas ad dolorem quoque admittitur? *admittitur* dico? *captatur* et quidem ex ipso. *Est aliqua*, inquit, *uoluptas cognata tristitiae.* Istuc nobis licet dicere, uobis quidem non licet. Unum bonum nostis uoluptatem, unum malum dolorem. Quae potest inter bonum et malum esse cognatio? Sed puta esse: nunc potissimum eruitur? et ipsum dolorem scrutamur an aliquid habeat iucundum circa se et uoluptarium? Quaedam reme- 26

Seneca per *captare, aucupari, quaerere* reddere potuerit: et parum illa congruunt cum codicum scripturis. (cf. Diar. Litt. Hal. a. 1840. N. 160. p. 59 sq.) Maur. Aug. Dietterich v. cl. litteris ad me datis hanc scripturam proposuit: Ἔστι γάρ τις ἡδονῆς καὶ λύπης συγγένεια: inter haec et κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν media quaedam esse omissa, cum Seneca non integrum. Metrodori locum subscripsisset, sed prima tantum verba et extrema. Ipse olim putabam scribendum esse: Μητροδώρου ἐπιστολ. ά τῶν πρὸς τὴν ἀδελφήν. Ἔστι γὰρ ἄρτιος ἡδονὴ καὶ λύπης et ex ΟΥΤΤΕΙΝ aliquid esse eliciendum quod responderet Latinis *hanc esse captandam*, tanquam ἣν χρὴ ζητεῖν. Iam vero satius duco repetere Swi scripturam, dum meliora inveniantur: solum pro Ἐπιστολῶν πρὸς τὴν ἀδελφὴν ά ex ipsius Swi sententia scripsi Ἐπιστολῶν ά etc.

23. *Quid enim est turpius* = B R𝔛. G𝔑 — 𝔖 — *est.* B = *Hii sunt qui.* P3. 𝔑 — 𝔈2. — *in animum.* B = *Virum tandem est.* G(m∾) 𝔑 — 𝔅 = *Vitium tandem est.* R + *amico suo.*

24. 𝔛𝔑 — 𝔅 = *dispumaverit.* 𝔈1. = *disputaverit.* B = *Sic consulamur.* G = *Sic consulamus.* 𝔛 = *Sic consolamur cum osculo pueros.* R = *crustula.* R = *sic infantum luctum.* 𝔛 = *titillare moerore.*

25. B = *Virum honestius.* R𝔐 — *ab* ante *animo submovetur.* G (m∾) P1. 3. 𝔑 — 𝔅 — *admittitur* post *quoque.* Vetus cod. Pinc. = *admittitur, immo captatur.*

Istuc nobis = B. GR ρρ 𝔛 = *Istud.* 𝔑 — 𝔖 = *Illud.* 𝔐a = *Illud vobis licet dicere; nobis quidem non licet.* 𝔛 = *scrutemur.* B — *an* ante *aliquid.* G (cr. ∾) = *et voluptatum.*

dia aliis partibus corporis salutaria uelut foeda et indecora adhiberi aliis nequeunt: et quod aliubi prodesset sine damno uerecundiae id fit inhonestum loco uolneris. Non te pudet luctum uoluptate sanare? Seuerius ista plaga curanda est. Illud potius admone nullum mali sensum ad eum qui perit peruenire: nam si peruenit, non perit. Nulla, inquam, res eum
27 laedit qui nullus est: uiuit, si laeditur. Utrum putas illi male esse, quod nullus est? an quod est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse quod non est: quis enim nullius sensus est? nec ex eo quod est: effugit enim maximum mortis incommodum non esse. Illud quoque dicamus ei qui
28 deflet ac desiderat in aetate prima raptum: Omnes, quantum ad breuitatem aeui, si uniuerso conpares, et iuuenes et senes in aequo sumus. Minus enim ad nos ex aetate omni uenit quam quod minimum esse quis dixerit, quoniam quidem minimum aliqua pars est: hoc quod uiuimus proximum nihilo est: et ta-
29 men (o dementiam nostram!) late disponitur. Haec tibi scripsi, non tamquam exspectaturus esses remedium a me tam serum: liquet enim mihi te locutum tecum quicquid lecturus es: sed ut castigarem illam exiguam moram qua a te recessisti et in reliquum adhortarer, contra fortunam tolleres animos et omnia eius tela, non tamquam possent uenire, sed tamquam utique essent uentura, prospiceres. Uale.

EPISTULA V. (100.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Fabiani Papirii libros qui inscribuntur *Ciuilium* legisse te

26. B = *salutari.* 𝔄 = *adhiberi aliis requirunt.*
quod aliubi prodesset = B𝔖. Nonn. ρρ = *alicubi.* GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *alibi.* B = *Non de pudet.* P 4. 𝔑 — 𝔐 = *plaga sananda est.* 𝔖 = *qui periit* contra mstos. G(m∾) = *qui percipit.* 𝔈1. — 𝔖 = *non periit* contra mstos. 𝔅 — *num si pervenit, non perit.*
27. *illi male esse* = BGR Sa 𝔑 — 𝔗 𝔈2. — 𝔏4. 𝔖. Plerique recc. ρρ Sc 𝔄𝔅 𝔈1. = *malum esse.* 𝔊ro — 𝔐a = *mala esse.*
28. R(s∾) — *universo.* 𝔄 = *ex aetate omnium.* B = *aliquis dixeris.* 𝔄 = *quando quidem minimum.* B = *proximum nihil est:* 𝔑 — 𝔏4. = *et tamen ob dementiam.* 𝔄 = *et tamen per dementiam.*
29. R = *quam a te recessisti.* 𝔈1. — 𝔐a = *exhortarer.* Nonn. recc. ρρ + *ut adhortarer.* 𝔄 = *extolleres animum.* 𝔑 = *evenire.*

Lib. XVI. Ep. 5. (100.)

BG𝔄 = *Papiri.* R mG αβδζηιπσ τφ P2. 3. Col. quidam Pinc. 𝔄 + *artium civilium.* Alii Pinc. = *artium et Iulium* (non *vilium*, ut tradit Lips.), alii = *artium Iu-*

cupidissime scribis, et non respondisse exspectationi tuae: deinde oblitus de philosopho agi conpositionem eius accusas. Puta esse quod dicis et effundi uerba, non figi: primum habet ista res suam gratiam et est decor proprius orationis leniter lapsae. Multum enim interesse existimo utrum exciderit an fluxerit. Nunc in hoc quoque quod dicturus sum ingens differentia est.
Fabianus mihi non effundere uidetur orationem, sed fundere: 2
adeo larga est et sine perturbatione, non sine cursu tamen ueniens. Illud plane fatetur et praefert non esse tractatam nec diu tortam. Sed ita ut uis esse credamus: mores ille, non uerba conposuit et animis scripsit ista, non auribus. Praeterea ipso dicente non uacasset tibi partes intueri, adeo te summa rapuisset: et fere quae inpetu placent minus praestant ad ma-
num relata. Sed illud quoque multum est primo adspectu ocu- 3
los occupasse, etiam si contemplatio diligens inuentura est quod arguat. Si me interrogas, maior ille est qui iudicium abstulit quam qui meruit: et scio hunc tutiorem esse, scio audacius sibi de futuro promittere. Oratio sollicita philosophum non decet. Ubi tandem erit fortis et constans, ubi periculum sui faciet qui timet uerbis? Fabianus non erat neglegens in oratio-
ne, sed securus. Itaque nihil inuenies sordidum: electa uerba 4
sunt, non captata nec huius seculi more contra naturam suam posita et inuersa, splendida tamen, quamuis sumantur e medio:

lium, alii = *Archinilium*. unde Lips. ci. = αἰτιῶν φυσικῶν.

et non respondisse = BGR maior pars ρρ Gr. Pinc. 𝔄ℜ — 𝔊. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔖 = *sed non respondisse.* R + *respondisse eos.* 𝔄 = *compositionem eius causas puta.* GP4. ℜ — 𝔈2. = *Puto esse.* P1. = *et effudi verba.*

non figi = BG maior pars ρρ P1. 2. 4. Col. Pinc. Sa. probat Sw. R P3. Sc 𝔄ℜ — 𝔖 = *non fingi.* Maior pars ρρ 𝔄ℜ — 𝔅 = *leviter lapsae.* BG 𝔄ℜ — 𝔈1. + *Nunc quod in hoc quoque.* BG = *indigens differentia.*

2. Ex. Facundi et Primit. = *non effundere videtur* ∾ *sed effundere.* Pinc. ci. = *non fundere videtur* ∾ *sed effundere.* 𝔐 — 𝔐a + *non esse se tractatam* contra mstos.

ut vis, esse credamus = BG plerique ρρ P1. 4. Col. 𝔏 — 𝔖 (P4. = *edamus*). γδεη ℜ — 𝔈1. = *ut vix esse credamus.* χ mπ 𝔄𝔈2. — 𝔐 = *ut eius esse credamus.* βιοσ P2. — *vis.* G(cr∾) ℜ — 𝔅 = *rapuissent.* 𝔄 = *et ferre quae impetu.* Plerique ρρ 𝔄 = *ad manus relata.*

3. G(cr.∾) = *primus aspectu oculorum.* P1. ℜ — 𝔅 = *primo aspectu oculorum.* 𝔈1. 2. = *primo aspectum oculorum.* B = *Et scio hunc totiorem esse.* P2. = *Ubi tantum erit fortis.* P3. = *Ubi tamen.* Col. = *Nisi tandem.* P4. = *Ubi tandem eras.*

timet verbis = mss. ℜ — 𝔗𝔖. sR 𝔄 = *tumet verbis.* 𝔅 — 𝔐a = *timet verba.*

4. G(s∾) = *sumantur a medio.*

sensus honestos et magnificos habes, non coactos in sententiam,
sed latius dictos. Uidebimus quid parum recisum sit, quid pa-
rum structum, quid non huius recentis politurae: cum cir-
5 cumspexeris omnia, nullas uidebis angustias inanis. Desit sane
uarietas marmorum et concisura aquarum cubiculis interfluen-
tium et pauperis cella et quicquid alfud luxuria non contenta de-
core simplici miscet: quod dici solet, domus *recta* est. Adice
nunc quod de conpositione non constat. Quidam illam uolunt
esse ex horrido comptam. quidam usque eo aspera gaudent, ut
etiam quae mollius casus explicuit ex industria dissipent et clau-
6 sulas abrumpant, ne ad exspectatum respondeant. Lege Cice-
ronem: conpositio eius una est. pedem curuat lenta et sine in-
famia mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa et exsi-
liens et ubi minime exspectes relictura. Denique omnia apud
Ciceronem desinunt, apud Pollionem cadunt exceptis paucissi-
mis quae ad certum modum et ad unum exemplar adstricta sunt.
7 Humilia praeterea tibi uideri dicis omnia et parum erecta: quo
uitio carere eum iudico. Non sunt enim humilia illa; sed pla-
cida et ad animi tenorem quietum conpositumque formata nec de-

BG(cr.∾) = *sensus honest u s.* *hab e s* = BR Sac 𝔄𝔖. G 𝔑 — 𝔈1. = *hab e t.* 𝔈2. — 𝔐a = *ha- b e n t.* (Sw. pro vulgata scriptura laudat *hab e a s*, quod nusquam reperio.)

sed l a t i u s d i c tos = B mG ρρ (exc. 𝔖x) P3. Col. Sac 𝔄. P2. = *latius d u ctos.* G𝔖x P1. 4. cod. Lips. = *t u t i u s dictos.* R𝔑 — 𝔈1. = *a l t i u s dictos.* 𝔈2. — 𝔐a = *u l- t i u s ductos.* 𝔈1. 2. 𝔖. = *Vide- bimus q u o d parum* ∾ *q u o d* ∾ *quo d.* G(s∾) P2. ci. Pinc. 𝔑 — 𝔅 = *parum str i ctum.* BG (m∾) — *non* ante *huius recentis politurae.*

angustias inan i s = mss. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔊 = *inan e i s.* 𝔐 — 𝔖 = *inan e s.*

5. Lips. (Elect. II, 16.) ci. = *con- cisura l a q u e a r i u m cubiculis.* R quidam ρρ P3. = *cu n iculis interfl.* γδ = *a c u n i c u l i s i n cubicu- l u m interfl.* τ = *a c u n i c u l i s cubicul u m interfl.* mG quidam ρρ 𝔅 — 𝔊 = *a c u n i culis interfl.* P2. = *a v i n c u l i s interfl.* Col. = *a n n i culis interfl.* 𝔄 + *a cubi- culis interfl.* ε = *e pauperis cel- la.* η = *n u n c paupe r u m cell a s.* probat Sanctol. G (cr.∾) P1. = *et pauperis cell a m.* Vox *pauperis* Ermo suspecta fuit. βι = *domus r e m o t a est.* G (m∾) = *ex hor- rido comp e r tam.* 𝔄 — *comptam.* G = *gaudent ut i t a mollius.* G (s∾) R Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *ne ad s p e- ctatum.*

6. *pedem c u r v a t lenta* = BG ρρ P1. 4. Sa 𝔖. R P2. 3. Col. Sc 𝔄𝔑 — 𝔈1. + *s e r v a t pedem, curvat lenta.* 𝔈2. — 𝔐a = *pedem s e r- v a,t, cur a t a, lenta* ex ci. Ermi. G (s∾) = *ad unum exemplar d i- strictu sunt.*

7. BG (m∾) — *Non sunt enim humilia illa, sed placida.* 𝔈2. — 𝔐a — *enim* post *Non sunt.*

et a d animi tenor e m quiet u m conposit u m que = R ρρ P2. 3. Col. Pinc. 𝔊ro — 𝔖. BG = *n o n sunt e n i m tenorem quietum conposi- tumque formata.* P1. 4. 𝔑 — 𝔈1. = *n o n sunt e n i m tenor e quiet o composit o que formatu.* 𝔈2. — 𝔏4. = *sunt e n i m tenor e quiet o com-*

pressa, sed plana. Deest illis oratorius uigor stimulique quos
quaeris et subiti ictus sententiarum. sed totum corpus uideris
quam sit comptum: honestum est. Non habet oratio eius, sed
debet dignitatem. Adfer quem Fabiano possis praeponere. Dic 8
Ciceronem cuius libri ad philosophiam pertinentes paene totidem
sunt quot Fabiani: cedam, sed non statim pusillum est, si quid
maximo minus est. Dic Asinium Pollionem: cedam et respon-
deamus: In re tanta eminere est post duos esse. Nomina ad-
huc T. Liuium: scripsit enim et dialogos quos non magis phi-
losophiae adnumerare possis quam historiae et ex professo phi-
losophiam continentis libros. Huic quoque dabo locum: uide 9
tamen quam multos antecedat qui a tribus uincitur et tribus elo-
quentissimis. Sed non praestat omnia: non est fortis oratio
eius, quamuis elata sit. non est uiolenta nec torrens, quamuis
effusa sit. non est perspicua, sed pura. Desideres, inquis,
contra uitia aliquid aspere dici, contra pericula animose, contra
fortunam superbe, contra ambitionem contumeliose. uolo luxu- 10
riam obiurgari, libidinem traduci, inpotentiam frangi. sit ali-
quid oratorie acre, tragice grande, comice exile. Uis illum

posit o que formata. 𝔄 = *nec depressa, sed b l a n d e e s t illis.* G (cr. ∾) 𝔑 — 𝔊 = *vigor, stimuli q u o que.* B = *ictus sent i a rum.* G P 1. 4. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *sed to~~tum corpus~~ videri* ∾ (P1. = *contum*). 𝔗𝔯 = *sed totum corpus videri* [etiam η = *videri*], *quamvis sit con t e m ptum* [etiam ι P2. = *cont e m ptum*], *honestum est.* probat Sanctol. 𝔈2. — 𝔐 𝔑u 𝔐a = *vid e, quam v i s n o n sit comtum.* Grut. ci. = *videris, quamq u a m sit i n comptum.* 𝔏 — 𝔅1. = *videris, quam v i s sit i n comptum.* Rell. etiam P3. Pinc. Ss. ∾.

8. 𝔐 — *sed debet* ante *dignitatem.* Steph. (Prood. II, 4.) ci. = *Dic e s Ciceronem* et infra *Dic e s Asinium Poll.* R P3. = *v i x totidem sunt.* P4. = *C r e dam et resp.* 𝔐 = *Cedam, s e d u t responde a m* ex ci. Ermi. R P2. 3. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *et respondeamus in r e m. tanta e n i m r e s est post duos esse.* Col. 𝔅 = *et resp. in re. tanta e n i m r e s est.* 𝔈2. — 𝔐a + *e t post duos esse.*

T. Livium = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 (R mG 𝔑 — 𝔅 = *T i t u m*). 𝔈1. — 𝔐a — *T.* 𝔖𝔊 ex ci. Pinc. = *et ex professo philos. continentes libros, quos non magis philosophiae annumerare possis quam historiae.* Pinc. praeterea ci. = *quos magis philosophiae* om. *non.* 𝔄 — *philosophiam.*

continent i s = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *continent e s.*

9. R 𝔄 = *Huic quoque dabo d y a l o g u m* (𝔄 = *d i a log.*). G (s∾) = *qui a tribus i n v e n i t u r.* R + *et a tribus eloquentissimis.* Nonn. ρρ 𝔄 = *Sed non praestat omn i b u s.* G (s∾) e P1. Pinc. ex. domest. = *quamvis e l e c t a sit.* Matth. ci. = *quamvis c l a r a* (𝔑 = *e l a r a*) *sit.* sG R nonn. ρρ P 2. 3. Col. 𝔄𝔑 — 𝔐 = *Desider a s.* Alii ρρ = *Desider o.* Rell. etiam Pinc. P1. 4. ∾. Nonn. ρρ P2. Col. Pinc. v. l. = *inqu i t.* 𝔏 — 𝔐a = *inqu i e s* contra mstos.

10. 𝔄 = *contra pericul o s a.* 𝔄 = *oratorie a c tragice.* mG = *oratorie a c r e t o r i c e.* Nonn. ρρ

adsidere pusillae rei, uerbis? Ille rerum se magnitudini addixit: eloquentiam uelut umbram non hoc agens trahit. Non erunt sine dubio singula circumspecta nec in se collecta nec omne
11 uerbum excitabit ac punget, fateor. exibunt multa nec ferient et interdum otiosa praeterlabetur oratio: sed multum erit in omnibus lucis, sed ingens sine taedio spatium. Denique illud praestabit, ut liqueat tibi illum sensisse quae scripsit. Intelleges hoc actum, ut tu scires quid illi placeret, non ut ille placeret tibi. Ad profectum omnia tendunt, ad bonam mentem: non
12 quaeritur plausus. Talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis reminiscor quam teneo haeretque mihi color eorum non ex recenti conuersatione familiariter, sed summatim, ut solet ex uetere notitia. Cum audirem certe illum, talia mihi uidebantur, non solida, sed plena, quae adulescentem indolis bonae adtollerent et ad imitationem sui euocarent sine desperatione uincendi: quae mihi adhortatio uidetur efficacissima. deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit, spem abstulit. Ceterum uerbis abundabat, sine commendatione partium singularum in uniuersum magnificus. Uale.

= *oratorie rethorice et tragice.* G𝔇στ = *oratorie erectum tragice.* BG 𝔄𝔑 — 𝔅 = *magnitudini adduxit.* R ρρ (exc. ζ𝔇τφ ∾) P2. Col. 𝔄 = *hoc agens* om. *non.* P1. = *non hoc trahit* om. *agens.* 𝔅1. — 𝔖 = *contrahit* contra mstos etiam Gr. Pinc. ex. Francisc. 𝔐 = *singula circumsecta.* B = *ag punget.* G(cr.∾) = *ac pinget.*

11. *in omnibus lucis* = B sG βοτ Pinc. v. l. Ss. 𝔄 𝔑u 𝔖. GR Gr. 𝔑 — 𝔅1. 𝔐a = *in omnibus locis.* *sed ingens* = mss. (G p.m. = *si*) etiam Pinc. Gr. 𝔄. 𝔑 — 𝔖 = *et ingens.* G = *praestabis.* R𝔑 — 𝔐a + *et ad bonam mentem.*

12. 𝔄 — *eorum* post *color.* R = *ex veteri notitia.* sG αγδηοτ 𝔄 = *non solida, sed plana.*

sui evocarent = RG βδιπτ P2. 3. Col. 𝔄𝔖. B = *sive vocarent.* 𝔑 — 𝔐a = *sui vocarent.* G(s∾) = *Devitet enim qui.* 𝔄 = *cupiditate non fecit.* mG Rαβγδηιοπσφχψ P1. 3. Col. 𝔑 — 𝔖 + *cupiditatem non fecit.* 𝔐 — 𝔐a + *cupiditatem imitandi modo fecit* ex ing. Mur. Iac. Lectius ci. = *imitandi cum fecit spem, abstulit.* Rell. etiam Pinc. P1. 4. ∾. G(m∾) = *Ceteris verbis.* G(m∾) = *sine accommodatione paratio singularum.*

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER XVII.

EPISTULA I. (101.)
Seneca Lucilio suo salutem.

Omnis dies, omnis hora quam nihil simus ostendit et aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos: tum aeterna meditatos respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud principium uelit quaeris? Senecionem Cornelium, equitem Romanum splendidum et officiosum, noueras: ex tenui principio se ipse promouerat et iam illi decliuis erat cursus ad cetera. Facilius enim crescit dignitas quam incipit. Pecunia quoque circa pau- 2
pertatem plurimum morae habet, dum ex illa erepat. Hic etiam Senecio diuitiis inminebat ad quas illum duae res ducebant efficacissimae, et quaerendi et custodiendi scientia, quarum uel altera locupletem facere potuisset. Hic homo summae frugali- 3
tatis, non minus patrimonii quam corporis diligens, cum me ex consuetudine mane uidisset, cum per totum diem amico grauiter adfecto et sine spe iacenti usque in noctem adsedisset, cum hilaris coenasset: genere ualitudinis praecipiti arreptus, angina,

Lib. XVII. Ep. 1. (101.)
𝔄 + *et omnis hora*. R𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖 = *quam nihil sumus*. B = *quam nihil sum*. ς = *quod nihil sumus*.

tum aeterna meditatos = B maior pars ρρ 𝔖. sGRP3. 𝔄 = *cum aeterna meditatos*. P2. = *tamen aeterna meditatos*. Col. = *tum aeterna meditantes*. G P1. 4. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *cum aeterna meditantes*. P2. = *officiosum et splendidum*. 𝔑 — 𝔗 = *quam incipiet*.

2. sRλP3. = *post paupertatem*. *plurimum morae habet* = Pinc. ci. 𝔏4. probat Sw. BGR ρρ Gr. Pinc. 𝔑 — 𝔊 = *plurimum amorem habet*. 𝔄 = *plurimum amoris habet*. Pinc. praeterea ci. = *plurimam molem habet*. 𝔐 — 𝔖 (exc. 𝔏4.) = *plurimam moram habet* ex ing. Mur.

dum ex illa erepat = Bτ Sa 𝔖. GR 𝔑 — 𝔐𝔞 = *ereptat*. 𝔄 = *crepidat*. B (cr. ∾) = *Hae etiam Senecio*. 𝔄 — *illum* ante *duae res*. 𝔄 — *et* ante *quaerendi*.

3. 𝔑 = *summae fragilitatis*. 𝔄 = *usque ad mortem adsedisset*.

praecipiti arreptus = BR Sac 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. G 𝔐 — 𝔐𝔞 = *abreptus*. Rell. n. l. mG = *angustia*

4 uix conpressum artatis faucibus spiritum traxit in lucem. Intra
paucissimas ergo horas, quam omnibus erat sani ac ualentis
officiis functus, decessit. Ille qui et mari et terra pecuniam
agitabat, qui ad publica quoque nullum relinquens inexpertum
genus quaestus accesserat in ipso actu bene cedentium rerum,
in ipso procurrentis pecuniae inpetu raptus est.

Insere nunc, Meliboee, piros, pone ordine uites.

Quam stultum est aetatem disponere ne crastini quidem domi-
5 num! O quanta dementia est spes longas inchoantium! Emam,
aedificabo, credam, exigam, honores geram: tum demum las-
sam et plenam senectutem in otium referam. Omnia, mihi
crede, etiam felicibus dubia sunt. nihil sibi quisquam de futuro
debet promittere. id quoque quod tenetur per manus exit et
ipsam quam premimus horam casus incidit. Uoluitur tempus
rata quidem lege, sed per obscurum: quid autem ad me an na-
6 turae certum sit quod mihi incertum est? Nauigationes longas
et pererratis litoribus alienis seros in patriam reditus proponi-
mus, militiam et castrensium laborum tarda manupretia, procu-
rationes officiorumque per officia processus, cum interim ad la-
tus mors est: quae quoniam numquam cogitatur nisi aliena,
subinde nobis ingeruntur mortalitatis exempla non diutius, quam
7 dum miramur, haesura. Quid autem stultius quam mirari id

vix compressum. 𝔑 = *an g u i n i a vix compr.*

4. *Intra paucissimas ergo horas, q u a m* = B (p.m.) Erl. Ita ut scriberemus, suasit Ianus laud. Plin. N. H. VIII, 4. (66.) *triduo proximo, q u a m sit genitus.* B (s.m.) GR 𝔄𝔑 — 𝔖 + *p o s t quam.* Rell. n. l. Pinc. v. l. = *Ille q u e m et mari.* 𝔈 1. = *Ill i qui et mari.*

et mari et terra = BGR Pinc. v. l. 𝔄𝔑 — 𝔅 1. 𝔑 — 𝔖 = *et terra et mari.* quod Ruhkm deceperat Gruteri nota. Rλ P2. 3. = *ad public a m quoque.* Unus cod. Pinc. = *ad publican o s quoque.* γεζρ = *ad publica q u a e que.* Pinc. ci. = *in ipso i c tu.* G(s∾) = *bene d i c entium.* Nonn. ρρ = *p e r currentis pecuniue.* 𝔄 = *c aptus est.* B + *pone i n ordine vites.* 𝔄𝔑 — 𝔖 = *n e c crast. quidem.*

ne crasti n i quidem domin u m = B mGR ρρ (exc. σ) P2. Col. Sac 𝔄 𝔖. P1. 4. Col. = *ne crastini quidem domin u m u r.* Gσ 𝔑 — 𝔐a = *ne crastin o quidem dominamur.*

5. R𝔄 — *est* post *dementia.* G = *c u m demum la p sam* [cr. ∾] *et plenam.* BR maior pars ρρ P1. 3. 4. = *tum de i n d e lassam.* Col. = *tum de in d e la p sam.* 𝔑 — 𝔅 = *c u m de i n d e lassam.* ρ = *q u o demum lassam.* Fortasse restituendum erat *tum* sive *tunc dei n d e* vid. Ind. G = *Nihil sibi quic - quam.* G(m∾) = *per manus e x - t r a f i t.*

6. 𝔑 — 𝔅 = *et p a r atis litoribus.* ε + *et castrensium laborum n o n s t i p e n d i a r i a tarda.* B = *man i pretia.* 𝔄 + *nisi d u m aliena.* 𝔑 — 𝔅 = *nondum diutius quam.*

7. G = *Quid e r g o stultius.* 𝔑 —

ullo die factum quod omni potest fieri? Stat quidem terminus nobis ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit: sed nemo scit nostrum quam prope uersetur terminus. Sic itaque formemus animum, tamquam ad extrema uentum sit. nihil differamus. cotidie cum uita paria faciamus. Maximum uitae uitium 8
est, quod inperfecta semper est, quod aliquid ex illa differtur. Qui cotidie uitae suae summam manum inposuit non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum. Nihil est miserius dubitatione uenientium quorsus euadant. Quantum sit illud quod restat aut quale, incollecta mens inexplicabili formidine agitatur. Quo modo effu- 9
giemus hanc uolutationem? uno, si uita nostra non prominebit, si in se colligitur: ille enim ex futuro suspenditur cui inritum est praesens. Ubi uero quicquid mihi debui redditum est, ubi stabilita mens scit nihil interesse inter diem et seculum: quicquid deinceps dierum rerumque uenturum est ex alto prospicit et cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim uarietas mobilitasque casuum perturbabit, si certus sis aduersus incerta? Ideo propera, Lucili, uiuere et singulos dies singulas 10

𝔐a + *Quid autem est stultius.* B = *quid omni potest.* 𝔛 = *quod omnium potest.* ℜ — 𝔅 = *quod omnino potest.* G + *omni die.*

versetur terminus = BG ρρ P1. 2. Col. 𝔛ℜ — 𝔊. P4. = *verset terminus.* RP3. = *sit terminus.* 𝔐 — 𝔖 — *terminus.* quam vocem mihi quoque molestam esse fateor. P1. 4. ℜ — 𝔐 = *ad extremum ventum sit.*

8. *quod aliquid ex illa differtur* = R P2. 3. BG P1. 4. 𝔛 + *quod in aliquid ex illa differtur.* Col. + *quod est aliquid ex illa differtur.* mcod. Lips. + *quod meum aliquid ex illa differtur.* ℜ — 𝔐a + *quod etiam aliquid ex illa differtur.* Ex. Facundi et Primit. = *quod in aliud ex illa differtur.* Pinc. ci. 𝔖 = *quod in aliud ex alio differtur.* ℜ — 𝔅 = *excedens animam.* 𝔛 — *miserius.* R ὐλπσφχ P2. 3. Col. = *dubitatione vehementer intuentium.* βρ = *dubit. vehementer metientium.* ℜ — 𝔊 = *dubit. vehementer irruentium.* Pinc. ci. = *dubit. volventium* vel *volutantium.* Grut. ci. = *dubit. verentium.* Matth. ci. = *dubitatione, ventientia quorsum evadant.* Rell. ∞.

quorsus = mss. etiam Gr. 𝔛ℜ — 𝔛𝔖. 𝔅 — 𝔐a = *quorsum.* BsG Sac 𝔛 = *aut quali.*

incollecta mens = cii. Pinc. Sw. et firmari videbatur haec scriptura illo *quali.* Mss. 𝔛ℜ — 𝔅1. = *collecta mens.* ℜu — 𝔖 = *non collecta mens* ex ci. Pinc. (𝔖 = [*non*]). Lips. ci. = *et quale collectu.* Gron. ci. = *aut quale, coniectantes inexplicabili.* BG Pinc. omnes = *explicabili.*

9. R = *fugiemus.* R plerique recc. ρρ P2. 3. Col. 𝔛 + *uno modo.* R(cr. ∞) = *prominebat.*

colligitur = B(p.m. = *collicitur*) GR ρρ 𝔛ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *colligetur.* R = *mens sit, nihil interest.*

si certus sis = BG nonn. ρρ P1. 4. ℜ — 𝔐𝔖. R P2. 3. Col. Pinc. v. l. 𝔛𝔏 — 𝔐a = *si certus sit.*

10. e = *Ideo Lucili mi vivere*

uitas puta. Qui hoc modo se aptauit, cui uita sua cotidie fuit tota securus est. In spe uiuentibus proximum quodque tempus elabitur subitque auiditas et miserrimus ac miserrima omnia efficiens metus mortis. Inde illud Maecenatis turpissimum uotum quo et debilitatem non recusat et deformitatem et nouissime acutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus prorogetur:

11 *Debilem facito manu,*
Debilem pede, coxa,
Tuber adstrue gibberum,
Lubricos quate dentes:
Uita dum superest, bene est.
Hanc mihi, uel acuta
Si sedeam cruce, sustine.

disce. RG + *mi Lucili.* 𝔖 + *Lucili mi.* 𝔄 = *propera Lucilium vivere.* 𝔑 — 𝔐𝔞 + *mi Lucili propera vivere.* B ∾.

aptavit = ci. Steph. (ad Dalech. Ep. 22.) 𝔑𝔲 — 𝔖. BGR Gr. (exc. P4.) 𝔄𝔑 — 𝔅1. = *uptabit.* P4. = *aptabat.* 𝔑 — 𝔈1. — *tota.* sG 𝔄 = *in spem viventibus.* P2. = *subditque aviditas.* Pinc. v. l. 𝔄 + *temporis aviditas.*

et miserrimus = B sG Pinc. v. l. 𝔑 — 𝔅𝔖. P4. = *et miserimus.* P1. Col. = *et miserrimis.* GRP 2. 3. 𝔄𝔈1. — 𝔐𝔞 = *et miserrimum.*

ac miserrima = BGR P1. 2. 3. 𝔄𝔖. P4. = *atque miseriam.* Col. — *ac.* 𝔑 — 𝔐𝔞 = *atque miserrima.*

efficiens metus mortis = B (s.m.) Pinc. v. l. 𝔄𝔈 — 𝔖. B(p.m.) R P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *efficiet metus mortis.* G = *fecit metus mortis.* P1. 4. = *efficiet timor mortis.* 𝔄 = *dummodo haec mala spes prorogetur.*

11. Hi Maecenatis versus leguntur etiam in Anthol. Lat. III, 149. R = *cossa.* BP1. = *coxo.* G(lit.) = *coxũ.* Nonn. pp Pinc. v. l. P2. 3. Col. 𝔈𝔊 + *debilem coxa.* P4. = *coxecuber adstrue.* Plerique pp = *Tubere.* Heins. ad Ovid. II. Art. Am. 119. ci. = *Tuberi adstrue gibberem.* Col. = *Tuber astine.* R = *gyberum.* Nonn. pp Scalig. (ad Pithoeum Ep. 33.) = *gibbum.* G(s∾) = *quaere dentes.* BGR 𝔄 = *Hac mihi.* P3. Col. = *Ac mihi.* R P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔐 = *vel acutam.* R P3. 𝔑 — 𝔊 = *si subdas crucem.* 𝔐 = *si das, sustineo crucem.* RP3. = *substineo.* P2. Col. 𝔑 — 𝔊 = *sustineo.* P4. = *sustinebo.* Plerique pp = *Ac mihi vel acutam Si subdas crucem, sustineo* vel *sustinebo.* Anthol. = *Hac mihi vel acuta Subdas, sustineo cruce.* Acidalius Epist. Crit. Cent. I. p. 334 sq. ci. = *Hanc mihi:* [scil. *da vitam*] *vel acutam Subde, sustineo crucem.* Salmas. (de Foen. Trap. p. 765.) ci. = *Vita dum maneat, bene est. Hanc mihi, vel acuta Subsidem cruce, sustine.* Nic. Heins. l. l. ci. = *Haec mihi vel acutae Subdat, sustineo, cruci* vel *Hanc mihi vel acuta, Subdas, sustineo, cruce.* Oudendorp. ci. = *Sidens sustineam cruce.* Burmann. ci. = *Hanc mihi vel acuta Si das, sustineo, cruce.* Hand. ad Gron. Diatr. in Stat. I. p. 188. ci. = *Hanc mihi: vel acuta Se det, sustineo, cruce.* Explicat: „Hanc mihi volo, etiamsi acuta cum cruce se det, et sustineo.“ Alias etiam virorum doctorum coniecturas reperies apud Meibom. in Maecen. c. 24. p. 151 sq. Sed rell. mss. etiam Gr. Pinc. cod. Pithoei ∾.

Quod miserrimum erat, si incidisset, optatur et tamquam uita 12
petitur supplicii mora. Contemptissimum putarem, si uiuere uellet usque ad crucem. Tu uero, inquit, me debilites licet, dum spiritus in corpore fracto et inutili maneat. depraues licet, dum monstroso et dissecto temporis aliquid accedat. suffigas licet et acutam sessuro crucem subdas: est tanti uolnus suum premere et patibulo pendere destrictum, dum differat id quod
est in malis optimum supplicii finem? est tanti habere animam, 13
ut agam? Quid huic optes nisi deos faciles? quid sibi uult ista carminis effeminati turpitudo? quid timoris dementissimi pactio? quid tam foeda uitae mendicatio? Cui putes umquam recitasse Uergilium

Usque adeone mori miserum est?

Optat ultima malorum et quae pati grauissimum est extendi ac 14
sustineri cupit: qua mercede? scilicet uitae longioris. Quid autem huius uiuere est? diu mori. Inuenitur aliquis qui uelit inter supplicia tabescere et perire membratim et totiens per stillicidia emittere animam quam semel exhalare? Inuenitur qui uelit adactus ad illud infelix lignum, iam debilis, iam prauus et in foedum scapularum ac pectoris tuber elisus, cui multae mo-

12. B (s∞) = *supplici.* 𝔗 — *et* ante *inutili.* GR Gr. 𝔗𝔑 = *monstruoso.*

aeque vide ut videris, dum virent. Utique alium alio die casus excutiet. Ita fere hunc locum restituerunt Ruhk. et Sw. 𝔖 = *aeque vide, ut vides eas, dum virent.* ∾. 𝔐a = *aeque videris ut vides eas, dum virent. Utique aliud alio* ∾. ℜu = ∾ *aliud alio* ∾. Bυ = *aeque vide ut videres dum vireret uter alium* ∾. G = *aeque vide ut videret* [cr. *vi-*

alium alio die casus excutiet: sed quemadmodum frondium ia- 12
ctura facilis est, quia renascuntur, sic istorum quos amas quos-
que oblectamenta uitae putas esse damnum, quia reparantur,
etiam si non renascuntur. Sed non erunt iidem. Ne tu quidem
idem eris. Omnis dies, omnis hora te mutat: sed in aliis ra-
pina facilius adparet. hic latet, quia non ex aperto fit. Alii 13
auferuntur: at ipsi nobis furto subducimur. Horum nihil cogi-
tabis nec remedia uolneribus obpones. sed ipse tibi seres sol-
licitudinum causas alia sperando, alia desperando. Si sapis,
alterum alteri misces: nec speraueris sine desperatione nec
desperaueris sine spe. Quid per se peregrinatio prodesse cui-
quam potuit? Non uoluptates illa temperauit. non cupiditates 14
refrenauit. non iras repressit. non indomitos amoris inpetus

deras] *dum viveret ut alium alio* ∾. R;λπ P2. 3. = ∾ *ut videres dum virent. utrum alium* ∾. e = *ut videres dum vixerit.* αψ = *aeque vide ut videras* [etiam η = *ut videras*] *dum viveret.* ϑϰ = *aeque videt ut videres dum viveret ut alium* ∾. σ = *aeque videt ut videret dum virent. Utrum alium* ∾. Alii ρρ = *aeque vides ut videres.* Quidam ρρ = *Utinam alium alio die.* P1. = *aeque videt ubi videret dum viveret ut alium* ∾. P4. = *aeque videt ut videres dum viveret ut aliud alio.* Col. = *aeque vide ut videris dum viveret ut alium alio.* Pinc. codd. habebant *videt* et *viret*, deinde *uter* aut *utrum*. Pinc. ci. = *Quicquid te delectut aeque viret. Vivunt dum virent. Utique alium alio die.* 𝔄 = ∾ *videres dum vireret. Utique alium.* 𝔑 — 𝔗 = *aeque videt ut videret dum viveret. Utinam alium.* 𝔅 = *aeque videt ut videres dum viveret. Utinam.* 𝔈1. = *aeque videt ut videris dum viveret. Utinam.* 𝔈2. — 𝔊 = *aeque viget ut videras dum vireret. Utinam. Alium alio.* Sed *Utinam* delendum esse putabat Erm. 𝔐 = *Quicquid te delectat aeque viret. Aliud alio die casus excutiet.* 𝔏 — 𝔅1. = *Quicquid te delectat aeque viget ut videras dum vireret. utique aliud alio die.* Gron. ci. = *Quicquid te delectavit ac tenuit, ut videras, dum vireret, utique aliud alio die.*

12. π + *vitae tuae.*

etiam si non renascuntur = BGR antiquiores ρρ et τ 𝔄𝔑 — 𝔐. 𝔏 — 𝔖 = *renascantur.* 𝔄 = *Sed erit idem* om. *non.* Gγδζητ (s.m.) φχ = *Nec tu quidem.* B = *omnis ora.* R (s∾) = *hoc latet.* BGαγδϑϰστυφχ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *ex aperto fiet.*

13. G(m∾) στ P1. 𝔑 — 𝔈2. + *ab his nec remediu.* ηϰ = *ab his remedia* om. *nec.*

obpones = BG ρρ (exc. ϰοπρσ) quatuor Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔑u — 𝔖. R(ϰοπρσ) ci. Pinc. 𝔊 — 𝔈1. = *appones.* 𝔄 = *sed ipse tibi feres.* 𝔑 — 𝔅 = *sollicitudinum casus.*

Si sapis = Rλ P3. Pinc. ci. 𝔊 — 𝔖. BGαζηϑϰσυψ Gr. (exc. P3.) 𝔄𝔑 — 𝔈2. = *Si satis.* γδ = *Si satius.* τ = *Si sat.*

alterum alteri misces = BGR αβγδεζηοπστφχψZ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *misceas.* ρ = *alteram alteri misce, non speres sine desperatione, non desperes sine spe.* B = *sine speratione nec speraveris sine spe.* Gαβγδεζηφχψ mπ + *Quid enim per se.* 𝔄 = *prodesse quicquam.*

fregit. nulla denique animo mala eduxit. non iudicium dedit: non discussit errorem: sed ut puerum ignota mirantem ad breue tempus rerum aliqua nouitate detinuit. Ceterum inconstantiam mentis quae maxime aegra est lacessit, mobiliorem leuioremque
15 reddit ipsa iactatio. Itaque quae petierant cupidissime loca cupidius deserunt et auium modo transuolant citiusque quam uenerant abeunt. Peregrinatio notitiam dabit gentium, nouas tibi montium formas ostendet, inuisitata spatia camporum et inriguas perennibus aquis ualles, alicuius fluminis sub obseruatione naturam: siue ut Nilus aestiuo incremento tumet, siue ut Tigris eripitur ex oculis et acto per occulta cursu integrae magnitu-
16 dini redditur, siue ut Maeander, poetarum omnium exercitatio et ludus, inplicatur crebris anfractibus et saepe in uicinum alueo suo admotus, antequam sibi influat, flectitur: ceterum neque meliorem faciet neque saniorem. Inter studia uersandum est et inter auctores sapientiae, ut quaesita discamus, nondum inuenta quaeramus. Sic eximendus animus ex miserrima seruitute in
17 libertatem adseritur. Quamdiu quidem nescieris quid fugiendum, quid petendum, quid necessarium, quid superuacuum, quid iustum, quid honestum sit, non erit hoc peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem feret iste discursus: peregrinaris enim

14. *discussit errorem* = BR sG αβγδεζηιλοπτ (s.m.) υφχψZ P2. 3. Col. 𝔄𝔖. G(p.m.) (rell. ρρ) P1. 4. 𝔑 — 𝔐a = *non excussit.*

ignota mirantem = BGγδεζ 𝔍x mP1. 4. Col. 𝔑 — 𝔖. Rαβηοπσ φχψ P1. (p.m.) P3. 𝔄 = *ignorantem.* ρ = *ad modicum tempus.* Rαβγδεζηιχλπρστυφχψ Gr. 𝔑 — 𝔚 = *inconstantia mentis.* 𝔐 — 𝔖 + *quae cum maxime* (𝔖 = [*quum*]). Col. = *maximum aegra.* Rell. omnes etiam Gr. ∾. Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *lacessitam.* R𝔄𝔑 — 𝔈1. = *ipsa tractatio.*

15. RορP2. 3. = *citius quam* om. *que.* ιλτ = *ociusque.* Ex. Francisc. = *ocyusque.* R = *ostendit.*

invisitata spatia = BG (p.m.) (ρρ exc. ιλοπρτ) P1. mCol. Sa 𝔍u Burman. ad Anth. Lat. I. p. 308. P4. = *inviscata spatia.* R sG ιλοπτ 𝔄𝔑 — 𝔖 (exc. 𝔍u) = *inusitata spatia.* ρ = *et inusitata camporum et nemorum spatia et montium et vallium et fluviorum varietates, sed nec meliorem nec saniorem te faciet.* R = *a quibus valles alicuius.* 𝔑 — 𝔐a + *et alicuius fluminis.*

16. Rιλσ 𝔑 — 𝔈1. = *Menander.* G (m ∾) σ = *impleatur crebris anfr.* B = *ac fractibus.* B = *alvaeo.* τ = *inflectitur.*

meliorem faciet = ηχ 𝔈2. — 𝔖. 𝔄 + *faciet peregrinatio.* sR P3. = *haec facient.* Rell. etiam Gr. 𝔑 — 𝔈1. = *facient.* G(cr. ∾) = *ut quaesita addiscamus.* γδει χστυ = *ut quae sint addiscamus.* ρ = *ut quae sapientia sit addiscas, non ut inventam quaeramus.* 𝔄 + *eximendus est.* γ (m∾) δ = *ex misera servitute.* Cod. Francisc. 𝔈𝔊 = *in libertatem erigitur.* 𝔐 — *adseritur.*

17. B = *Nullum tibi opem.*

cum adfectibus tuis et mala te tua sequuntur. Utinam quidem
sequerentur! longius abessent: nunc fers illa, non ducis. Ita-
que ubique te premunt et paribus incommodis urunt. Medicina 18
aegro, non regio quaerenda est. Fregit aliquis crus aut extor-
sit articulum: non uehiculum nauemque conscendit, sed aduo-
cat medicum, ut fracta pars iungatur, ut luxata in locum re-
ponatur. Quid ergo? animum tot locis fractum et extortum
credis locorum mutatione posse sanari? Maius est istud malum,
quam ut gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum,
non oratorem. nulla ars loco discitur: quid ergo? sapientia, 19
res omnium maxima, in itinere colligitur? Nullum est, mihi
crede, iter quod se extra cupiditates, extra iras, extra metus
sistat: aut si quod esset, agmine facto gens illuc humana perge-
ret. Tamdiu ista urgebunt mala macerabuntque per terras ac
maria uagum, quamdiu malorum gestaueris causas. Fugam tibi
non prodesse miraris? tecum sunt quae fugis. Te igitur emen-
da. onera tibi detrahe et emenda desideria. intra salutem mo-
dum contine. omnem ex animo erade nequitiam. Si uis pere- 20

α = *et mala te tua sequantur.* G (m) P1. + *Utinam quidem non sequerentur.* P4. = *ut quidam insequerentur.* R P2. 3. Col. 𝔄 + *et longius abessent.* G (n.) P1. 4. + *sed longius.* B = *et paribus incommodis erunt.*

18. βγδετ (m∾) χ 𝔑 — 𝔈2. = *Medicina ergo.* R = *Medicina ergo quaerenda est, non regio.* P3. = *Medicina aegro quaerenda est, non regio.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. ζ + *extorsit eius articulum.* R ϼϼ fere omnes (χsτ ∾) Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *ut laxata.* ρ = *iungatur et iuncta consolidetur.* ϰσ = *maius est illud malum.* χ = *gestatione sanetur.* Z + *sanetur vel curetur.*

19. *res omnium maxima* = Bαε τυχψ P2. 𝔄𝔑 — 𝔐. GR P1. 3. 4. Col. 𝔏 — 𝔖 = *rerum omnium maxima.* G (p.m.) P1. 4. — *in* ante *itinere.* sG mτ ex. Fac. et Primit. = *non itinere.*

colligitur = BGR ϼϼ (exc. ψ) ex. Fac. et Primit. P1. 2. 4. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔖. Col. P3. (?) 𝔏 — 𝔐a = *colligetur.* ψ mφ = *cognoscitur.* σ 𝔑 — 𝔊 + *Nullum enim mihi crede iter est.* 𝔄 = *crede mihi.*

quod se extra cupiditates = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔖 = *quod te extra cupid.* sG = *agmine tracto.* o = *agmine fracto.* 𝔖 = *urguebunt.* R + *ista mala.*

gestaveris = BGR ϼϼ 𝔑 — 𝔈1. 𝔄𝔈2. — 𝔖 = *gestaris.*

et emenda desideria. intra salutem modum contine = BGγδ εζηϑϰτυφψ P1. 4. Col. 𝔑 — 𝔈1. Pinc. ex. schol. + ∾ *desideria tua* ∾. RP3. = *et emenda desideria, vel saltem intra modum contine.* βλχZ 𝔈2. — 𝔊 = ∾ *intra saltem modum contine.* P2. ex. Pinc. (famil.) = ∾ *intra modum saltem contine.* ρ = *emundamus desideria. intra salutem modum contine. omnem erade nequitiam.* 𝔄 = *et desideria tua intra salutis modum comprime.* Pinc. ci. = *aut amanda desideria aut intra modum saltem contine.* 𝔐 — 𝔐a = *et desideria* [:] *saltem intra modum contine.* 𝔖 = *et desideria intra saltem modum contine.*

grinationes habere iucundas, tuum comitem sana. Haerebit tibi auaritia, quamdiu auaro sordidoque conuixeris. haerebit tumor, quamdiu superbo conuersaberis. numquam saeuitiam in tortoris contubernio pones. incendent libidines tuas adulterorum sodalitia. Si uelis uitiis exui, longe a uitiorum exem-
21 plis recedendum est. Auarus, corruptor, saeuus, fraudulentus, multum nocituri, si prope a te fuissent, intra te sunt. Ad meliores transi: cum Catonibus uiue, cum Laelio, cum Tuberone. quod si conuiuere etiam Graecis iuuat, cum Socrate, cum Zenone uersare. Alter te docebit mori, si necesse erit, alter, antequam necesse erit. Uiue cum Chrysippo, cum
22 Posidonio. Hi tibi tradent humanorum diuinorumque notitiam: hi iubebunt in opere esse nec tantum scite loqui et in oblectationem audientium uerba iactare, sed animum indurare et aduersus minas erigere. Unus est enim huius uitae fluctuantis et turbidae portus euentura contemnere, stare fidenter, apertum. tela fortunae aduerso pectore excipere, non latitantem nec ter-
23 giuersantem. Magnanimos nos natura produxit et ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam

20. G = *sordido te coniunxeris.* sG Col. = *sordidoque te confixeris.* RZβλοπρστ P3. = *sordidoque te coniunxeris.* 𝔄 = *avarus sordido te confixeris.* B = *habebit timor quamdiu super conversaveris.* R (s∾) = *timor.* Rιλπ = *cum superbis.* G ϑκστυ — *cum.* ο = *cum superbis conversaris.* ρ = *haerebis humo quamdiu in ea conversatus fueris.* βζιοπψ 𝔄 = *incendunt.* ρ = *a vitiis exire* ∾ *exeundum est.*

21. B (p.m.) = *saevos.* R (s∾) αεορσφZ Col. ex. Francisc. 𝔈 — 𝔐 — *a* post *prope.* υ = *vive, cum Elio.* σ + *etiam cum Graecis.* γψ = *vivere etiam cum Graecis.*

22. B = *Hii tibi tradent.* BG = *hii iubebunt.* ρ + *hi te iubebunt.* Quidam ρρ P1. 2. Col. quidam Pinc. = *hi videbunt.* Alii Pinc. = *si videbunt.* Alii Pinc. ∾. 𝔑 — 𝔈2. = *hi videbuntur.* Z γδζη = *inopem esse.* R = *scite elloqui.* P4. = *scite eloqui.* G P1. = *scit te eloqui.* sG βϑκοπσ τυφZ P2. 4. 𝔄 = *scire eloqui.* αγ ζψ 𝔑 — 𝔊 = *scire loqui.* Quidam Pinc. = *sic te eloqui.* υ = *Unum enim huius.* ϑστ (cr. ∾) = *Nunc enim huius.* σ = *eventumque contemnere.*

apertum = 𝔖. B Sa = *adpartum.* GR ρρ Gr. (P4. = *sture fidenter tibi ad portum, thela fort.*) 𝔄𝔑 — 𝔊 = *ad portum.* Cod. Francisc. 𝔐 — 𝔐a = *aperte.* m𝔊 = *aperte* vel potius *in apertum.* Lips. ci. = *ad portam* vel *ac promptum.* Pontanus ci. = *ad proram.* Gron. ci. = *ac rectum.* Triller Observv. Critt. III, 6. p. 179. ci. = *ad apertum* i. e. nudum. Ruhk. retinendum putabat illud *ad portum.* Censor ed. 𝔑u (Suppl. Diar. Litt. Hal. a. 1806. p. 420.) utrumque *aperte* et *ad portum* pro glossemate habet. Alius censor ed. 𝔑u (Diar. Litt. Jen. a 1813. p. 408.) proponit *aperta* i. e. iminentia. 𝔄 = *excipere, non latere nec tergiversari.*

23. *Magnanimos* = R 𝔐 — 𝔖. Rell. mss. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *Magnani*

pauidum, ita nobis gloriosum et excelsum spiritum, quaerentem
ubi honestissime, non ubi tutissime uiuat, simillimum mundo
quem, quantum mortalium passibus licet, sequitur aemulatur-
que. Profert se, laudari et adspici credit. Dominus omnium
est, supra omnia est: itaque nulli se rei submittat. nihil illi 24
uideatur graue, nihil quod uirum incuruet.

Terribiles uisu formae letumque labosque:

minime quidem, si quis rectis oculis intueri illa possit et tene-
bras perrumpere. Multa per noctem habita terrori dies uertit
ad risum.

Terribiles uisu formae letumque labosque,

egregie Uergilius noster. Non *re* dixit *terribiles* esse, sed 25
uisu, id est uideri, non esse. Quid, inquam, in istis est tam
formidabile quam fama uolgauit? Quid est, obsecro te, Lucili,
cur timeat laborem uir, mortem homo? Totiens mihi occurrunt
isti qui non putant fieri posse quicquid facere non possunt et
aiunt nos loqui maiora quam quae humana natura sustineat. At
quanto ego de illis melius existimo? Ipsi quoque haec possunt

mes. de quo vide. G (m∾) ϑσ = *non ubi nitidissime.* π — *ubi.*

mortalium passibus = Ζγδηφχ Col. BGαεχτυψ P1. ℜ — 𝔈1. = *mortalium passus.* RP2. 3. 𝔈2. — 𝔖 = *mortalibus passibus.* 𝔄 = *mortalibus licet passim.* P2. 3. 4. = *Praefert se.* 𝔈𝔊 — *credit.* Pinc. ci. 𝔐 = *aspici gestit.* Grut. ci. = *aspici quaerit.* BGαβγδζη ικστυφχψ P1. 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔈2. — *dominus.* R cod. famil. Pinc. P2. 3. 𝔈 — 𝔖 ∾. ε = *si redditur omnium est.*

24. *nulli se rei submittat. nihil illi videatur grave* = BGϑκστ P1. 4. ℜ — 𝔈1. = *submittit* ∾. R𝔄𝔈2. — 𝔖 = *submittit* ∾ *videtur.*

nihil quod virum incurvet = B αγδζηικστχ (P1.) 𝔄ℜ — 𝔐𝔖. G = *nihilque virum incurvet.* P4. = *nilque virum incurvet.* R P2. 3. Col. cod. Pinc. (famil.) 𝔏 — 𝔐a + *nihil asperum quod virum incurvet.* Quidam Pinc. — *virum.* B (p.m.) = *Terribilis visus formae laetumque.* GR ρρ 𝔄ℜ — 𝔅 = *laborque* utrobique. ισ P1. = *si quid rectis oculis intueri illas* [P1. = *illa*] *possis* (Etiam B (cr. ∾) ℜ — 𝔊 = *possis*). ℜ — 𝔊 — *si quis.* P4. — *minime — ad risum.* G (cr. ∾) = *prerumpere.* γ = *Multum ut multum per noctem habitat erroris.* ι = *Multum vel multa habitat erroris, dies vertit ad risum vel visum.* σπ = *habitat erroris, dies vertit ad visum.* η = *multas per tenebras nocte habita terrori.* β + *ad risum vel visum.*

25. *Non re dixit* = R P2. 3. 4. (P2. 4. = *redixit*) Col. Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔖. Bαβτ ex. Pinc. (famil.) = *in re dixit.* γδεχψ + *in re non dixit.* Gζηϑσφ P1. = *mire dixit.* ρ + *non in re dixit.* 𝔄ℜ — 𝔈2. = *Iure dixit.* BG (cr. ∾) αζηϑκτ = *id est videri non posse.* G (s.m.) = *in istis esse tam form.* ιυ = *in istis sese tam form.* γ (m∾) δικσ = *vulgabit.* Apud G hoc verbum est in litura. R = *qui putant fieri non posse.* Gαβγδεζηϑιπστυ = *et aiunt hos loqui.* ζη (m∾) χ = *isti quoque.* Gπσ = *hoc possunt facere.*

26 facere, sed nolunt. Denique quem umquam ista destituere temptantem? cui non faciliora adparuere in actu? Non quia difficilia sunt, non audemus, sed quia non audemus, difficilia sunt. Si tamen exemplum desideratis, accipite Socraten, perpessicium senem, per omnia aspera iactatum, inuictum tamen et paupertate quam grauiorem illi domestica onera faciebant et laboribus quos militares quoque pertulit, quibus ille domi exercitus est, siue uxorem eius [spectes] moribus feram, lingua petulantem, siue liberos indociles et matri quam patri similiores.
27 Sic fere aut in bello fuit aut in tyrannide aut in libertate bellis ac tyrannis saeuiore. Uiginti et septem annis pugnatum est. post finita arma triginta tyrannis noxae dedita est ciuitas ex quibus plerique inimici erant. Nouissima damnatio est sub grauissimis nominibus inpleta: obiecta est et religionum uiolatio et iuuentutis corruptela quam inmittere in deos, in patres, in
28 rempublicam dictus est. post haec carcer et uenenum. Haec usque eo animum Socratis non mouerant, ut ne uoltum quidem mouerint. Illam mirabilem laudem et singularem usque ad extremum seruauit: nec hilariorem quisquam nec tristiorem So-

26. ιπτ — *non* ante *faciliora.* ο = *cui faciliora non apparuere in actum.* B = *sed quia non audeant.* 𝔄 = *non audeamus.*

Socraten = B𝔖. GR𝔄𝔑 — 𝔐a = *Socratem.* R P1. 2. 3. = *perpessum senem.* σ = *propositium senem.* P4. = *perpesitum senem.* Col. 𝔄 = *perpessivum senem.* cf. Ep. 53, 6. σ — *aspera.* Ex. Francisc. 𝔈 — 𝔐 = *invictum fame et paupertate.* P4. = *invictum cui et paup.* G P1. σ 𝔄 = *paupertatem.*

laboribus = BRP2. 3. Col. cod. Francisc. 𝔈 — 𝔖. Gγδζτψ P 1. 4. 𝔄𝔑 — 𝔈 1. = *labores.* 𝔐 — 𝔖 + *et quibus ille* contra mstos etiam Gr. Sa = *quibus illi.* 𝔖 = [*ille*]. quod abiectum malebat. Gοστ P1. 4. 𝔑 — 𝔈2. = *quibus ille domuit exercitus.* δζη = *domuit exercitiis.*

domi exercitus est = ιλπ. 𝔖 = *domi* [*est*] *exercitus* ex ci. BGR 𝔄𝔑 — 𝔐a — *est.* Rσ + *sive in uxorem eius.* π = *sive in uxorem eius moribus efferam.* ιλ P2. 3. = *sive in uxorem eius moribus efferam sive in liberos.*

[*spectes*] = 𝔐 — 𝔖 ex ci. Mur. Mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 omittunt. Totus hic locus *quibus ille* — *similiores* suspectus est Ruhkopfio.

27. BG𝔖χστυ 𝔑 — 𝔈1. = *Si vere aut in bello.* ο(m∾) = *Si vero in bello.* 𝔄 = *bellis ac tyrannidi.* γ (m∾) στ 𝔑 — 𝔈1. = *triginta annis.* RλP3. = *triginta tyrannorum.* B(n.) = *dedita est civitates.*

sub gravissimis nominibus = ci. Lips. 𝔊το 𝔖. 𝔐 = *sub gravissimis criminibus.* Rell. etiam mss. Gr. = *sub gr. hominibus.*

28. αζφ 𝔑 — 𝔈 2. — *Haec* ante *usque eo.* R P3. Col. = *Huc usque eo.*

non moverant = BGR ρρ (exc. χ) 𝔄𝔑 — 𝔊. (χ) Pinc. v. l. 𝔐 — 𝔖 = *non moverunt.* Rιλτ (s.m.) = *nec vultum quidem.* BG αγζηψ P 1. 4. 𝔑 — 𝔈 1. — *servavit.* Rell. etiam Pinc. v. l. ∾. R = *non hilariorem quisquam aut tristiorem.* 𝔈1. — 𝔐a = *non hilar. q., non trist.*

craten uidit. aequalis fuit in tanta inaequalitate fortunae. Uis 29
alterum exemplum? Accipe hunc M. Catonem recentiorem cum
quo et infestius fortuna egit et pertinacius. Cui cum omnibus
locis obstitisset, nouissime et in morte, ostendit tamen uirum
fortem posse inuita fortuna uiuere, inuita mori. Tota illi aetas
aut in armis est exacta ciuilibus aut in aetate concipiente iam
ciuile bellum. Et hunc licet dicas non minus quam Socraten in
seruitute uixisse, nisi forte Cn. Pompeium et Caesarem et Cras-
sum putas libertatis socios fuisse. Nemo mutatum Catonem to- 30
tiens mutata republica uidit: eumdem se in omni statu praestitit,
in praetura, in repulsa, in accusatione, in prouincia, in con-
cione, in exercitu, in morte. Denique in illa reipublicae tre-
pidatione, cum illinc Caesar esset decem legionibus pugnacissi-
mis subnixus, tot exterarum gentium praesidiis, hinc Cn. Pom-
peius, satis unus aduersus omnia, cum alii ad Caesarem incli-
narent, alii ad Pompeium, solus Cato fecit aliquas et reipubli-
cae partes. Si animo conplecti uolueris illius imaginem tempo- 31
ris, uidebis illinc plebem et omnem erectum ad res nouas uol-

χ = *nec tristiorem quisquam nec alacriorem.* Rell. etiam Pinc. ∾.

Socraten = B𝔖. GR𝔄𝔑 — 𝔐a = *Socratem.* ρ + *aequalis sibi fuit.*

29. G𝔑 = *M. Catonem recensorem.* B(s∾) = *Cui omnibus* om. *cum.* εχ = *Cui omnibus locis obstitit.* 𝔄 = *obstetisset.* B = *novisme et in mortem* (cr. ∾). G plerique ρρ = *in mortem.* ι = *in mortem obstitit.* 𝔄 + *et invita mori.* B (n.) + *invita vivere.* 𝔄 = *Tota illa aetas aut in armis aut in officiis civilibus pro republica est exacta. Et hunc licet.* BGαγδζο (m∾) ψ cod. Gron. 𝔑 — 𝔗 = *aut in tacta concipiente.* unde Gron. ci. = *aut in pace conc.* 𝔗x = *aut in tactu.* υ = *aut in tantu.* η = *aut in tempore.* π = *aut in aetate incipiente.* ε = *nihilominus quam Socr.*

Socraten = B𝔖. GR𝔄𝔑 — 𝔐a = *Socratem.* G𝔑 — 𝔈1. = *quam Socr. inservisse dixisse.* Bαγδζη𝔗x.ψ = *in servis se dixisse.* τ (s.m.) = *in se eruisse dixisse.* Rλ = *et Crassum putes.* τ = *puta.*

30. R — *Catonem.* B (cr.∾) = *eumdem ne in omni.* αγζυ = *In praetura, in republica.*

tot exterarum gentium praesidiis, hinc = αβεχZ. BR𝔗ιxλoπστ = *totis exterarum* ∾. G𝔑 = *totis ex terrarum* ∾. 𝔗 — 𝔈2. 𝔑u𝔐a = *totis externarum* ∾. 𝔄 = *et totidem exterarum* ∾. 𝔈𝔊 ex ci. Pinc. = *Hinc totis externarum gentium.* 𝔐 = *Hinc tot externarum gentium.* 𝔏 — 𝔅1. = *tot externarum.* R = *hinc G. P.* [υλπσ P2. 3. Col. ex. Pinc. =] *satis adversus omnia tutus.* Zβϙχ + *unus adv. omnia tutus.* 𝔄𝔑 — 𝔗 — *et* ante *reipubl.* Pinc. ex. domest, P2. 3. Col. 𝔅 + *sui et reipubl.*

31. 𝔑 — 𝔅 + *in illius imaginem.* 𝔄 = *hinc plebem.* 𝔑 — 𝔈1. = *illic plebem.* Bϙχ mε 𝔄 = *et omne erectum* ∾. RZβιλ = *et omne erectum ad omnes res novas vulgus.* πmτ + *ad omnes res novas.* Etiam σ = *vulgus.*

gum, hinc optimates et equestrem ordinem, quicquid erat in ciuitate sancti et electi, duos in medio relictos, rempublicam et Catonem. Miraberis, inquam, cum animaduerteris

Atridem Priamumque et saeuum ambobus Achillen:

32 utrumque enim inprobat, utrumque exarmat. Hanc fert de utroque sententiam: ait *se, si Caesar uicerit, moriturum, si Pompeius, exulaturum.* Quid habebat quod timeret qui sibi et uicto et uictori constituerat quae constituta esse ab hostibus iratissimis poterant? Periit itaque ex decreto suo. Uides posse homines laborem pati: per medias Africae solitudines pedes

33 duxit exercitum. Uides posse tolerare sitim: in collibus arentibus sine ullis inpedimentis uicti exercitus reliquias trahens inopiam humoris loricatus tulit et, quotiens aquae fuerat occasio, nouissimus bibit. Uides honorem et notam posse contemni: eodem quo repulsus est die in comitio pila lusit. Uides posse non timeri potentiam superiorum: et Pompeium et Caesarem quorum nemo alterum offendere audebat, nisi ut alterum deme-

34 reretur, simul prouocauit. Uides tam mortem posse contemni quam exilium: et exilium sibi indixit et mortem et interim bellum. Possumus itaque aduersus ista tantum habere animi, libeat modo subducere iugo collum. In primis autem respuendae sunt uoluptates: eneruant et effeminant et multum petunt. mul-

et electi = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *et lecti.* m𝔈2. = *et docti.* B (s∾) = *Atridem Primumque et saevom.* Imprr. Virg. (A. I, 458.) = *Atridas.*

Achillen = B Virg. (ed. Wgr). GR𝔄𝔑 — 𝔖 = *Achillem.* χ = *utrumque reprobat, utrumque.*

32. R + *Quid non habebat.* βγτ 𝔄 = *Quid habeat.* P3. + *quod non timeret.*

qui sibi et victo = ειλτφχ P2. 3. 𝔈2. probat Sw. Bα 𝔄 + *qui id sibi et victo.* GZβmγζο P1. 4. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *quid sibi et victo.* πσ = *quod sibi et victo.* Cod. domest. Pinc. 𝔈 — 𝔖 + *qui ea sibi et victo* (𝔖 = [ea]). R = *qui sibi et a victo et a victore constituerat ea quae.* Pinc. cod. schol. + *quae constituta esse ab hostibus iratissimis vix filiis Atrei poterant.* 𝔄 + *vix poterant.* B (p.m.) = *Perit.*

posse homines laborem pati = Bιυ𝔄𝔖. αεηZψ = *posse contemni honores labores.* mG = *posse contempni labores.* σ = *posse contemni homines labores pati.* ρ = *posse hominem laborem pati.* GR𝔑 — 𝔐a = *labores.*

33. BR𝔄𝔑 — 𝔅 = *tolerari sitim.* Gγδζ𝔑 — 𝔐a + *et in collibus.* B (s∾) = *in collis.* υ = *incolis arentibus.* B = *inopiam umoris.* GRβη𝔇κλοπστυχ 𝔄 = *potentiam superiorem.* ο = *offendere volebat.*

34. βηιοπυφZ = *exilium sibi induxit.*

respuendae sunt voluptates = 𝔄𝔈2. — 𝔐 𝔑u — 𝔖. 𝔏 — 𝔅1. = *despuendae sunt voluptates.* B = *restituendae sunt vol.* G𝔇τ P1.

tum autem a fortuna petendum est. Deinde spernendae opes: auctoramenta sunt seruitutum. Aurum et argentum et quicquid aliud felices domos onerat relinquatur: non potest gratis constare libertas. Hanc si magno aestimas, omnia paruo aestimanda sunt. Uale.

EPISTULA II. (105.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Quae obseruanda tibi sint, ut tutior uiuas, dicam. Tu tamen sic audias censeo ista praecepta, quomodo, si tibi praeciperem qua ratione bonam ualitudinem in Ardeatino tuereris. Considera quae sint quae hominem in perniciem hominis instigent: inuenies spem, inuidiam, odium, metum, contemptum. Ex omnibus istis adeo leuissimum est contemptus, ut multi in 2
illo remedii causa delituerint. Quem quis contemnit calcat sine dubio, sed transit. Nemo homini contempto pertinaciter, nemo diligenter nocet. Etiam in acie iacens praeteritur, cum stante

= *restituendae voluptates.* R = *despuendum* [p in litura] *voluptates quae.* βλ P3. = *destituendum voluptates quae.* ε = *destituendum voluptates.* ιϛ P2. = *destituendae voluptates.* Zϛυ Col. = *destituendae voluptates quae.* π = *destituendae sunt vol. quae.* α = *restituendum voluptates.* γζηφψ 𝔑 — 𝔈1. = *restituendo voluptates.* χ = *destituere voluptates quae.* P4. = *restingendae* vel *restringendae* [nam compendio scriptum] *voluptates.* G = *enumerant et effeminant.* RP3. = *multum autem a fortuna sperant.* P2. = *multum autem fortuna petant sperant.* P4. — *multum.* Bαβδζηϑκυ (p.m.) χψ P4. = *sperandae opes.* GP1. = *sperante opes.* RιλοπP2. 3. Col. = *speratae opes.* ε = *superandae opes.* σ = *desperandae opes.* sG τ (s.m.) = *sperandum opes.* βεο = *felices domos honorat.* Gϑσ = *existimas* et *existimandae.* ρ + *reliqua omnia parvo.*

Lib. XVIII. Ep. 2. (105.)

ϑ = *Tu tamen si audias.* σ = *Tu tamen subaudias.* Gγδηϑφψ P1. 𝔑 — 𝔈1. = *bona valitudo inardeat motu erroris* (GP1. = . *Motu*). υ = *bonam valitudinem inardeat motu erroris.* α = *bona valitudo inardeat metu erroris.* R = *bonam valitudinem intuearis metu erroris.* Zβοπ mφ cod. quidam Ermi P2. 3. 𝔛 = [cod. Ermi = *quomodo*] *bonam valitudinem tueâris sine metu erroris.* σ Col. = *bona valitudo inardeat sine metu* [Col. = *motu*] *erroris.* ε = *bonam valitudinem in Ardeatino tueris.* χ P4. = *bonam valitudinem in ardea teneres. Motu erroris.* Erm. ci. = *inardeat sine metu horroris.* B (cr. ∾) G (m∾) = *Consideras.*

2. B = *Ex omnibus ista* cr. *iis.* Rπτ (s.m.) 𝔑 — 𝔅 = *adeo levissimus est.* R (s.m.) = *Quem qui contemnit.* B (p.m.) ϑστ (s.m.) m: = *vincat sine dubio.* B (s.m.) G (m∾) = *vincit sine dubio.* 𝔛 + *non calcat.* G = *iacens praeteritus.*

3 pugnatur. Spem inproborum uitabis, si nihil habueris quod
cupiditatem alienam et inprobam inritet, si nihil insigne posse-
deris. Concupiscuntur enim insignia, etiam si parum nota sunt.
Sic uero inuidiam effugies, si te non ingesseris oculis, si bona
4 tua non iactaueris, si scieris in sinu gaudere. Odium autem
ex offensa hoc uitabis, neminem lacessendo gratuito: a quo te
sensus communis tuebitur. Fuit hoc multis periculosum: qui-
dam odium habuerunt nec inimicum. Illud, ne timearis, prae-
stabit tibi et fortunae mediocritas et ingenii lenitas. Eum esse
te homines sciant quem offendere sine periculo possint: recon-
ciliatio tua et facilis sit et certa. Timeri autem tam domi mole-
5 stum est quam foris, tam a seruis quam a liberis. Nulli non
ad nocendum satis uirium est. Adice nunc quod qui timetur ti-
met: nemo potuit terribilis esse secure. Contemptus superest:
cuius modum in sua potestate habet qui illum sibi adiunxit, qui
contemnitur quia uoluit, non quia debuit. Huius incommodum
et artes bonae discutiunt et amicitiae eorum qui apud aliquem
potentem potentes sunt, quibus adplicari expediet, non inplicari,
6 ne pluris remedium quam periculum constet. Nihil tamen ae-
que proderit quam quiescere et minimum cum aliis loqui, pluri-
mum secum. Est quaedam dulcedo sermonis quae inrepit et
blanditur et non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit.

3. Ex. Francisc. = *cupiditatem et intemperiem.* η — *et inprobam.*

Concupiscuntur enim insignia = RZβχ𝔈2. — 𝔖. BG rell. ρρ 𝔄𝔐 — 𝔈1. — *insignia.* B = *etiam pars in notarium sunt.* G (cr. ∾) = *parum ignota sunt.* R = *parum nota sint.* BGαϑκοπτυψZ 𝔐 — 𝔈1. = *Sic raro invidiam.* βγδζηιλσ — *vero.* recte, ut opinor. ζ + *non immitteris aut ingesseris.*

4. *hoc vitabis* = BGαγδϑκτυ Sac 𝔄𝔐 — 𝔅𝔖. RZβηιλοπσφψ + *hoc modo vitabis.* ερ = *et offensam vitabis.* B(r.m.) 𝔈1. — 𝔐a = *sic vitabis.* BG αβγδεζηιστφψ P1. = *lacessendo aut gratuitum.* R(s∾) = *lacessendo gratuitu.* ρ Col. = *lacessendo gratuitum.* P4. = *lacessendo aut gravando.* 𝔄 + *aut gratuito.* 𝔐 — 𝔊 = *lacessendo aut gratificando.* Rell. etiam Pinc. v. l. Gr. ∾. 𝔐 — 𝔐a + *Fuit enim hoc multis.* B = *Illud ne timeari.* σ𝔄 = *timeas.* πσ 𝔄𝔐 — 𝔗 = *ingenii levitas.*

Eum esse te homines sciant = BGZβεηοπσφψ Sa𝔖. G (s.m.) R Sc 𝔄 = *cum esse te homines sciant.* 𝔐 — 𝔐a = *cum te esse homines scient* (male Sw. ex 𝔐 laudat *sciant*). 𝔐 — 𝔗 = *sine periculo possunt.* Rλ = *et facilis erit.*

5. B(s∾) — *non* post *Nulli.* G = *quod tibi timetur nemo.* 𝔄 + *etiam timet.* RP3. = *qui nullum sibi adiunxit.* Pinc. ex divae Mariae = *apud aliquem impotentem.*

6. 𝔐 — 𝔈1. = *Nihil tantum aeque.* R + *et plurimum secum.* 𝔈1. — 𝔊 = *qui irrepit.* P1. = *qua irrepit.* G Pinc. v. l. P2. Col. = *et eblanditur.* Pinc. ci. = *secreta prodit.*

Nemo quod audierit tacebit. nemo quantum audierit loquetur. Qui rem non tacuerit non tacebit auctorem. Habet unusquisque 7
aliquem cui tantum credat quantum ipsi creditum est. ut garrulitatem suam custodiat et contentus sit unius auribus, populum faciet: sic quod modo secretum erat rumor est. Securitatis magna portio est nihil inique facere. Confusam uitam et per- 8
turbatam inpotentes agunt. tantum metuunt quantum nocent nec ullo tempore uacant. Trepidant enim, cum fecerunt. haerent: conscientia aliud agere non patitur ac subinde respondere ad se cogit. Dat poenas quisquis exspectat: quisquis autem meruit exspectat. Tutum aliqua res in mala conscientia prae- 9
stat, nulla securum. Putat enim se, etiam si non deprenditur, posse deprendi. et inter somnos mouetur et, quotiens alicuius scelus loquitur, de suo cogitat: non satis illi obliteratum uidetur, non satis tectum. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, numquam fiduciam. Uale.

EPISTULA III. (106.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Tardius rescribo ad epistulas tuas, non quia districtus occupationibus sum: hanc excusationem caue audias: uaco et omnes uacant qui uolunt. Neminem res sequuntur: ipsi illas amplexantur et argumentum esse felicitatis occupationem putant. Quid

mG Zβο(m∾)πχψ 𝔄 = *nec quantum audierit.* B (s∾) — *non* ante *tacuerit.*

7. *cui tantum credat* = BRιλο P2. 3. 𝔄𝔖. GP1. 4. Col. 𝔑 — 𝔐a = *credit.* 𝔈2. — 𝔊 = *credidit.* mG = *quantum ipse crediturus est.* Rλ m ι P3. = *Plerumque faciet.* Pinc. ci. = *poculum faciet.* R𝔇ιχλοπρυ = *nihil inique facere.*

8. R = *potentes agunt.* Bϰm𝔖 = *nec illo tempore.* G(lit.) βηιφχ 𝔄 = *cum fecerint, haerent.* Rλ = *cum perfecerint, haerent.* η𝔑 — 𝔊 = *Haeret: conscientia.* P1. β𝔇σ = *Errat conscientia.* τ (m∾) = *errant conscientia.* P4. + *errant at haerent.* ϰ + *errant aut haerent.* ερ = *haerens conscientia.*

respondere ad se = BGR ρρ Gr. cod. Gron. Sac 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. probat Gron. 𝔈2. — 𝔐a = *respicere ad se.* χ = *quisquis autem emeruit.* ορ = *metuit.*

9. P1. = *aliqua nesciri mala.* P4. = *aliqua res iri mala* et mox *nullam securum.*

deprenditur, posse deprendi = BG 𝔄𝔖. R𝔑 — 𝔐a = *deprehenditur, posse deprehendi.* ε = *Nondum satis illi.* σmτ 𝔑 — 𝔈1. m𝔈2. + *Non satis illi solute obliteratum.* G(s∾) γδφ = *non satis rectum.* ο = *non satis tutum.* Gγδ𝔇στ (cr. ∾) = *latendi formam.*

Lib. XVIII. Ep. 3. (106.)

G (s∾) = *quia discriptus.* Rλ οπσ = *occupationibus sim.* 𝔄 — *et* ante *argumentum.* η + *ipsi homines illas.*

ergo fuit quare non protinus rescriberem ei de quo quaerebas?
2 Ueniebat in contextum operis mei: scis enim me *moralem philosophiam* uelle conplecti et omnes ad eam pertinentis quaestiones explicare. Itaque dubitaui utrum differrem te an, donec suus isti rei ueniret locus, ius tibi extra ordinem dicerem: hu-
3 manius uisum est tam longe uenientem non detinere. Itaque et hoc ex illa serie rerum cohaerentium excerpam et, si qua erunt eiusmodi, non quaerenti tibi ultro mittam. Quae sint haec interrogas? Quae scire magis iuuat quam prodest, sicut hoc
4 de quo quaeris: *Bonum an corpus sit?* Bonum *facit:* prodest enim. quod *facit corpus* est. Bonum agitat animum et quodammodo format et continet: quae propria sunt *corporis.* Quae *corporis bona* sunt *corpora* sunt: ergo et quae *animi* sunt. nam et hic *corpus* est. *Bonum hominis* necesse est
5 *corpus* sit, cum ipse sit *corporalis.* Mentior, nisi et quae alunt illud et quae ualitudinem eius uel custodiunt uel restituunt *corpora* sunt: ergo et bonum eius *corpus* est. Non puto te dubitaturum an *adfectus corpora* sint, (ut aliud quoque de quo

rescriberem e i = BG ρρ (exc. λρ) Gr. 𝔑 — 𝔈2. 𝔊ro 𝔑u — 𝔖. Rλ = *rescriberem e i u s.* ρ = *r e s p o n d e r e m ei.* Pinc. ex. schol. 𝔄𝔈 — 𝔅1. (exc. 𝔊ro) = *rescriberem t i b i.* P4. = *quaereb a t.*

2. B = *in conte c tum operis.* γ + *in c o n s p e c t u m v e l contextum.* δρψτ (p.m.) 𝔑 — 𝔅 = *in con t e m p tum operis.* βoπτ (s. m.) = *in cons p e c tum op.* η = *in con c e p tum op.*

pertinen t i s = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *pertinent e s.* ρ = *u n d e et dubitavi.* γη — *te* post *differrem.* G(m∾) = *utrum differ e n t e.* Rβι λoπ (s∾) P2. 3. Col. — *an.* probat Grut. Rιλ = *veni e t.* R = *dice r e.* RZβιλφχ P2. 3. + *visum est e t tam.*

3. χ(m∾) = *excerp t a.*

e i u s modi = B sG 𝔄. GR 𝔑 — 𝔖 = *h u i u s modi.* x = *ultro c o m mittam.* G (m∾) = *s i c d e hoc quaeris.* 𝔄 = *s i c hoc de quo.*

bonum an corpus sit = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔑u. 𝔈2. — 𝔐 = *an corpus bonum sit.* 𝔏 — 𝔅1. 𝔐a 𝔖 = *an bonum corpus sit.*

4. *Bonum facit: prodest enim* = 𝔖 ex ci. Libri mss. et imprr. = *Bonum prodest: facit enim.* (BGϑ xoρυ (m∾) P1. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *faci l e enim.*) R — *est* post *corpus.*

quae propria sunt corp. = 𝔖. Mss. 𝔄𝔑 — 𝔐a + *quae e r g o propria sunt.* RιP2. 3. = *propria sunt corpo r i.*

Q u a e corporis bona sunt = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. 𝔈2. — 𝔊 𝔏 — 𝔐a = *e a corporis bona sunt.* 𝔐 = *E t corporis bona sunt c o r p o r a : corpora ergo sunt.* Gϑxτ(cr.∾) υ𝔑 — 𝔗 = *et quae anim i s sunt.* RZβφχ P2. 3. Col. = *et quae i n a nim i s sunt.* G𝔑 — 𝔐a = *corpora ergo sunt et quae.* BGαβγδηϑoπστ χψZP1. 𝔑 — 𝔈1. = *Nam et h o c corpus est.* R = *Nam et corpus h o c est.* P2. 3. Col. — *hic.* Rxλ — *ipse* ante *sit corporalis.* 𝔐 — 𝔐a — *sit* ante *corporalis.*

5. βo (m∾) σ = *Mentior u b i et quae.* β (m∾) δζϑxφ G P1. 4. 𝔑 — 𝔈2. = *ergo et corpus est bonum eius.* Col. = *ergo et eius corpus bonum est.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. ε = *aliud quoque non quaeris* om.

non quaeris infulciam) tamquam ira, amor, tristitia: si dubi-
tas, uide an uoltum nobis mutent, an frontem adstringant, an
faciem diffundant, an ruborem euocent, an fugent sanguinem.
Quid ergo? tam manifestas notas corpori credis inprimi nisi a 6
corpore? Si *adfectus corpora* sunt et *morbi animorum*, et
auaritia, crudelitas, indurata uitia et in statum inemendabilem
adducta: ergo et *malitia* et species eius omnes, malignitas,
inuidia, superbia: ergo et *bona*, primum quia contraria istis
sunt, deinde quia eadem tibi indicia praestabunt. An non ui- 7
des quantum oculis det uigorem fortitudo? quantam intentio-
nem prudentia? quantam modestiam et quietem reuerentia?
quantam serenitatem laetitia? quantum rigorem seueritas? quan-
tam remissionem ueritas? *Corpora* ergo sunt quae colorem ha- 8
bitumque corporum mutant, quae in illis regnum suum exercent.
Omnes autem quas retuli *uirtutes bona* sunt et quicquid ex illis
est. Numquid est dubium an id quo quid *tangi* potest *corpus* sit?

Tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res,

ut ait Lucretius: omnia autem ista quae dixi non mutarent 9
corpus, nisi *tangerent:* ergo *corpora* sunt. Etiamnunc cui
tanta *uis* est, ut inpellat et cogat et retineat et iubeat, *corpus*
est. Quid ergo? Non timor retinet? non audacia inpellit?
non fortitudo inmittit et inpetum dat? non moderatio refrenat

ut et *de quo.* BG 𝔄𝔑 — 𝔈1. — *vide* ante *an voltum.* αγδεζηχψ — *an voltum.* ϑϰ = *an multum nobis submittent* (etiam G = *submittent*). σ = *frontem stringant.* B (cr. ∾) = *an fugenti.* G (lit.) Rιλοπυ P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *an fugientem sanguinem.* σφ = *an fugiant sang.* ϑP1. = *an fugiendi sang.*

6. ϑιϰλοπσυ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *notas corporis* (𝔑 — 𝔊 = *corporis notas*). B = *credis incrimi.* B(s.m.) Gϑϰπυ P1. 4. 𝔑 — 𝔈1. = *credis in crimine.* 𝔖 — *et* ante *avaritiam* contra mstos. R + *et indurata vitia.* P2. = *inemendubilem abducta.* Gαβγδζηϑιοπστυφχψ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *et species eius omnis.* 𝔈1. = *et species omnis malignitas* om. *eius.* 𝔈2. = *et species omnis malignitatis.* χ + *et malignitas et invidia et superbia.* οπ + *et superbia.* B (s∾) = *quiu contria istis.* R — *tibi* ante *indicia.* ο(m∾) π 𝔄𝔑 — 𝔊 = *iudicia praest.*

7. B = *quamtam modestiam.* η = *modestiam et aequitatem.* 𝔐 = *quantam remissionem hilaritas.* In quibusdam Gr. propter scripturae compendia legi poterat *quod necessitas.* Vulgatam defendit et explicat Gron. (Diatr. in Stat. I. p. 589. ed. Hand).

8. *quas retuli virtutes bona sunt* = φ Pinc. ci. 𝔐 — 𝔖. δ = *sunt bona.* BR rell. ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *bonae sunt.* G = *sunt bonae.* G(s∾) P1. 4. — *potest* post *tangi.* Rιλ P2. 3. = *quo quid tangitur.* 𝔄 + *nisi corpus sit.* R = *nullas potest res.*

9. m𝔈2. = *ut impellat et concitet.* Rλ = *ut retineat.*

10 ac reuocat? non gaudium extollit? non tristitia adducit? Denique quicquid facimus aut malitiae aut uirtutis gerimus imperio: quod imperat corpori *corpus* est, quod uim corpori adfert *corpus.* Bonum corporis corporale est. bonum hominis et corporis bonum est: itaque corporale est. Quoniam, ut uoluisti, morem gessi tibi, nunc ipse dicam mihi quod dicturum esse te
11 uideo. Latrunculis ludimus. in superuacuis subtilitas teritur: non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est sapere, immo simplicior. Paucis est ad mentem bonam uti literis. Sed nos ut cetera in superuacuum diffundimus ita philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum sic literarum quoque intemperantia laboramus: non uitae, sed scholae discimus. Uale.

EPISTULA IV. (107.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Ubi illa prudentia tua? ubi in dispiciendis rebus subtilitas? ubi magnitudo? Tam pusilla te res angit? Serui occupationes tuas occasionem fugae putauerunt. Si amici deciperent? (ha-

𝔅1. — 𝔐𝔞 = *et revocat.* sG Z𝔇 κοπ (m∾) σ = *ac renovat.* Rλ P3. = *non gaudium attollit.* Gγ δεζϑκοπσφ 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔐 = *non tristitia abducit.*

10. R = *quoıl imperat corpori corpus fit.* Gαβ mγϑικοπ (s.m.) Gr. 𝔑 — 𝔊 = *corpus sit.* Rβγδεζιλοπσ τφχψ P2. 3. Col. 𝔄 + *affert corpus est* (Col. = *aufert*). κ mɔ P4. + *corpus sit.* BGɔ P1. 𝔑 — 𝔅 = *Bonum corporis corporalis bonum.* γδζηψ = *corporalis res est.* P4. = *corporale ad bonum hominis.* αβɔ Col. 𝔈1. — 𝔊 — *est* post *corporale.* BG τ = *itaque corporulis est.* ζη = *itaque corporalis res est.*

11. ιλ mυ 𝔄 𝔈1. — 𝔐 = *Laterunculis.* B (s.m.) = *immo simpliciter.* Pinc. ex. Francisc. 𝔖 + *immo simplicior est.* B = *faucis est ad mentem.*

Paucis est ad mentem bonam = Gαζηϑστψ P1. Sa 𝔑 — 𝔈1. 𝔖. R 𝔄𝔈2. — 𝔐𝔞 + *Paucis opus est.* κP4. + *Paucis satis est.*

uti literis = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 — *uti.* De structura verbi *est* cf. Gron. Obss. IV, 8. p. 601. ed. Platn. G = *scholae dicimus.*

Lib. XVIII. Ep. 4. (107.)

𝔄 + *ubi animi magnitudo.*

Tam pusilla te res angit = σ Pinc. ex. divae Mariae. 𝔖 = *Tam pusilla res te angit.* Zβιλοπυφχ P2. = *Iam pusilla res te angit.* RP3. = *pusilla res iam te angit.* BG αγεζηκτψ P4. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *Iam pusilla tangit.* 𝔇P1. = *Iam pusilla tangitur.* Col. = *Iam pusilla res tangit.* 𝔈1. — 𝔊 = *Tam pusilla tungunt.* m𝔈𝔐 = *Tam pusilla te agunt.* 𝔏 — 𝔐𝔞 = *Tam pusilla te angunt* ex Grut. ci. ρ = *Iam pupilla servi tui tangit occupationes tuas?* 𝔈𝔊 + *si servi.* γιψ P2. = *si amici deciperentur* (*ur* ortum ex interrogationis nota). m𝔈2. + *Quid? si amici deciperent?* Ego illud *Quid* mente suppleri posse ratus post *deciperent* posui interrogandi notam. Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *dccceperunt.*

beant enim sane nomen quod illis noster Epicurus inposuit et uocentur, quo turpius desint omnibus rebus tuis:) desunt illi qui et operam tuam conterebant et te aliis molestum esse credebant. Nihil horum insolitum, nihil inexspectatum est. Offendi 2
rebus istis tam ridiculum est quam queri, quod spargaris in publico aut inquineris in luto. Eadem uitae condicio est quae balnei, turbae, itineris: quaedam in te mittentur, quaedam incident. Non est delicata res uiuere. Longam uiam ingressus es: et labaris oportet et arietes et cadas et lasseris et exclames: *o mors!* id est mentiaris. Alio loco comitem relinques,

Z(cr. ∾) 𝔭: = *habent enim.* 𝔈𝔊 — *enim.* 𝔄 — *noster.* B (cr. ∾) = *noster e priori inposuit.* Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *imposuit. Ita vocentur.* 𝔐 — 𝔐𝔞 + *et ita vocentur.*

quo turpius desint omnibus rebus tuis = ci. Sw., qui *non sint*, codd. scripturam, ineptum interpretamentum putat esse verbi *desint.* B P1. 4. Col. 𝔄𝔏 — 𝔅1. = *quo turpius non sint omnibus rebus tuis.* Eadem fere leguntur in codd. Iani. Z𝔭ζψ = *quo turpius non sint. Omnibus rebus tuis.* ℜ — 𝔙 = *quo turpius: non omnibus sint rebus tuis.* G = *quod turpius non sint o. r. t.* RP3. = *quo turpius non sunt. Omnibus rebus tuis.* φ = *quo turpius etiam sint.* ικλP2. = *quo turpius non sunt o. r. t.* Pinc. v. l. = *quo turpius non sit* [? videtur potius *sit* ex 𝔈1. imprudenter retinuisse quam in mstis legisse] *o. r. t.* 𝔈1. — 𝔊 = *quo turpius non omnibus sit rebus tuis.* Pinc. ci. = *Quota pars non est, si ex omnibus rebus tuis desunt illi qui.* 𝔐ℜ𝔲 𝔐𝔞 = *quota pars abesset rebus tuis? Desunt illi qui.* 𝔖 = *quota pars abesset* [msti: *quo turpius non sint*] *omnibus rebus tuis?* Lips. ci. = *quid? turbandisne sint omnibus rebus tuis?*

Desunt illi qui = BGαγδεζηθκ συ mφ P4. ℜ — 𝔐ℜ𝔲 — 𝔖. P1. = *desunt enim qui.* P2. = *defuit illi qui.* RP3. Col. 𝔄𝔏 — 𝔅1. = *Desint illi qui.* G P1. 4. = *et opera* [G al. m. *m*] *tua* [G al. m. *m*] *contrahebant.* Etiam τ (cr. ∾) = *opera tua.* αθκσφ (cr. ∾) = *contrahebant.* Pinc. ci. m𝔈 = *te aliis molestum reddebant.* Ianus totum locum sic constituit: *Te amici deceperunt,* (*habeant enim sane nomen, quod illis noster Epicurus imposuit, et vocentur, quo turpius non sit, quum omnibus rebus tuis desint illi, qui et operam tuam conterebant et te aliis molestum reddebant*)*: nihil horum insolitum, nihil inexspectatum est.* Adiicit haec: „Namque *desint* legitur in B. [sed ego ibi *desunt* legi.] et *cum* (*quom*) facile potuit intercidere propter sequens *omnibus* et antecedens *quo.*“

2. B = *quam quaeri.* εφ = *quod aspergaris in publico.* sR s: = *quod sparguris in balneo.* β = *quod sp. in pluvia.* σ = *quod sp. in pluviis.* 𝔈1. — 𝔐 — *in* ante *luto* contra mstos etiam Pinc. Gr.

in te mittentur = ci. Lips. 𝔖. BGR 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 = *intermittentur.* βγδζσψ = *intermittuntur.* α = *intermitterentur.* Lips. ci. etiam = *immittentur.* G (cr. ∾) = *Nec est delicata res.* 𝔏4. = *Longam vitam.* B (s∾) 𝔄 = *laboris oportet.* Pinc. ex. antiq. = *et erigaris et cadus.* P2. — *et arietes.* GR αεζηθικλοπρτφ mυ Pall. ℜ — 𝔊 = *idem mentiaris.* 𝔄 = *mentieris.* Pinc. ci. = *iter emetiris.* Col. ℜ𝔲 𝔐𝔞 = *id est, metiaris.* ρ = *alio mundo comitem relinquis.* G = *committere relinquis, alio effers.* Et-

alio efferes, alio timebis. Per eiusmodi offensas emetiendum
3 est confragosum hoc iter. Mori uult? Praeparetur animus contra omnia: sciat se uenisse ubi tonat fulmen. sciat se uenisse ubi

Luctus et ultrices posuere cubilia curae
Pallentesque habitant morbi tristisque senectus.

In hoc contubernio uita degenda est. Effugere ista non potes, contemnere potes: contemnes autem, si saepe cogitaueris et
4 futura praesumpseris. Nemo non fortius ad id cui se diu conposuerat accessit et duris quoque, si praemeditata erant, obstitit. At contra inparatus etiam leuissima expauit. Id agendum est ne quid nobis inopinatum sit. et quia omnia nouitate grauiora sunt, hoc cogitatio adsidua praestabit, ut nulli sis malo
5 tiro. Serui me reliquerunt. Alium conpilauerunt, alium accusauerunt, alium occiderunt, alium prodiderunt, alium calcauerunt, alium ueneno, alium criminatione petierunt. Quicquid dixeris multis accidit. Deinceps quae multa et uaria sunt in nos diriguntur. Quaedam in nos fixa sunt, quaedam uibrant et cum maxime ueniunt. quaedam in alios peruentura nos stringunt.
6 Nihil miremur eorum ad quae nati sumus, quae ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. Ita dico, paria sunt: nam etiam quod effugit aliquis pati potuit: aequum autem ius est non

iam BR 𝔑 — 𝔅 = *relinquis* ∾. δζ ηϑκλτ = *relinquis, alio effers.* γ = *relinquas, alio effers.* 𝔄 = *alio afferes.* 𝔈2. — 𝔊 = *offensus.* 𝔑 — 𝔅 = *emẽtiendum est.*

3. 𝔐 — *Mori vult.* R P3. 𝔏 — 𝔐a + *Mori me vult.*

ubi tonat fulmen = RZβιλπχψ P2. 3. 𝔖. 𝔈2. — 𝔊 = *tonat ubi fulmen.* Bυ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *ubi ponat fulmen.* αεο quidam Pinc. 𝔐 — *sciat se venisse ubi tonat fulmen.* G P1. 4. quidam Pinc. 𝔏 — 𝔐a = *ubi patiatur fulmen.* Col. = *ut patiatur fulmen.* ρ cod. Lectii = *ubi tonat, ubi fulminat.* 𝔖 = *sciat venisse se ubi Luctus.* η = *Effugere illa.*

4. *hoc cogitatio* = BRλ P3. Sac 𝔄𝔖. G𝔑 — 𝔐a = *haec cogitatio.* Rλ P3. (cr. ∾) = *ut nulli sis malo graviter implicatus.* G(s∾) ρ P1. 4. = *ut nulli sis malo tuo.*

5. *Servi me reliquerunt* = BR ρρ (exc. ζηϑκρ) Sac 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. G𝔍 = *Servi mei reliquerunt.* ζη + *Servi mei me rel.* κ = *Servi alium reliq.* ρ + *Servi me inquies reliquerunt. at hi alium dominum compilaverunt.* 𝔈2. — 𝔐a = *Servi te reliq.* 𝔐 = *Accidit deincepsque accidet. Multa et varia sunt quae in nos diriguntur.* Pinc. ci. = *Deinde quum multa et varia sint quae in nos.* Rλ + *quaedam in nos vibrant.* R + *et tunc cum maxime.* 𝔄 = *et cum imagine veniunt.*

in alios perventura = mss. (exc. ε) 𝔄𝔑 — 𝔊 (𝔑 — 𝔈1. = *proventura*) 𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *ad alios.* 𝔈 — 𝔐 = *nos constringunt.* ε = *in alia superventura et non stringunt.*

6. G = *quod fugit aliquis.*

quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperetur
aequitas animo et sine querela mortalitatis tributa pendamus.
Hiems frigora adducit: algendum est. aestas calores refert:
aestuandum est. intemperies coeli ualitudinem temptat: aegro- 7
tandum est. Et fera nobis aliquo loco occurret et homo perni-
ciosior feris omnibus. Aliud aqua, aliud ignis eripiet. Hanc
rerum condicionem mutare non possumus: id possumus, magnum
sumere animum et uiro bono dignum quo fortiter fortuita patia-
mur et naturae consentiamus. Natura autem hoc quod uides 8
regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt. tur-
bantur maria, cum quieuerunt. flant inuicem uenti. noctem
dies sequitur. pars coeli consurgit, pars mergitur: contrariis
rerum aeternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptan-
dus est. hanc sequatur, huic pareat. et quaecumque fiunt de-
buisse fieri putet nec uelit obiurgare naturam. Optimum est 9
pati quod emendare non possis et deum quo auctore cuncta pro-
ueniunt sine murmuratione comitari. Malus miles est qui impe-
ratorem gemens sequitur. Quare inpigri atque alacres excipia-
mus imperia nec deseramus hunc operis pulcherrimi cursum cui
quicquid patimur intextum est. et sic adloquamur Iouem cuius 10
gubernaculo moles ista dirigitur, quemadmodum Cleanthes no-
ster uersibus disertissimis adloquitur quos mihi in nostrum ser-

G(s. m.) σ = *Imper e t aequitas.* ρ + *Itaque imperetur aequitas.* Z βπ = *tributa p r e n damus.* ρ = *tr. p a n damus.* Zηϑικστφ = *tr. pen-semus.* B (cr. ∾) = *G e m i s frigora adducit.*

7. ζ = *valit. tentabit.* 𝔑 — 𝔅 = *valit. i n tentat.*

a l i q u o loco occurret = mss. (exc. εηρ) 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. η = *a l i o loco occ.* ερ = *a l i q u a n d o occurret.* Gr. = *e o d e m* [?] *loco occ.* 𝔈2. — 𝔐a — *aliquo.* 𝔑 — 𝔐 = *a-lium aqua, alium ignis.* Mss. (exc. Z) etiam Pinc. Gr. ∾. Z = *a l i q u i d aqua.* 𝔛 = *ignis ex-cipiet.* βο = *idem possumus.* ϑ = *i d e o possumus.* ϰ — *id.* Sa 𝔖 = *i l l u d possumus.* γδ + *id possumus s c i l i c e t.* BGϑσυ 𝔑 — 𝔅 = *et ut bono dignum.* αγδζηϰψ = *et bono dignum* om. *viro.* Gσ = *quo fortiter fortun a m patiamur.*

8. Rειλο P 2. 3. + *contrariis re-rum s u c c e s s i b u s.* mπ + *re-rum s u c c e s s i o n i b u s.* ρ + *Ad hanc e r g o legem.* Zψ = *animus noster f o r m a n d u s est.* π = *quuecunque f u e r u n t.* β = *quae-cunque f u e r i n t.*

9. G = *deum c o a c t o r e cuncta.* G 𝔑 — 𝔅 = *sine murmuratione c o m m u t u r i.* Rγδζηλστφ P 3. = *nec des t r u a mus hunc operis.* BG αβϑιϰχψ P 1. 2. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *nec desinamu s.* m𝔈2. 𝔐 — 𝔖 ∾. Gαγδεηϑϰορστφψ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *quicquid pat i a mur.*

10. BG ιλ moπ (m∾) στυ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *cuius t a bernaculo moles ista.*

q u e m a d m o d u m Cleanthes noster = RZβιλοπφχ P2. 3. Col. 𝔏 — 𝔖 (exc. 𝔍u). BGP1. 4. 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔍u = *q u e m Cl. n.* η mτ Pinc. ex. famil. 𝔈 — 𝔐 = *q u o m o d o Cl. n.*

monem mutare permittitur Ciceronis, disertissimi uiri, exemplo. Si placuerint, boni consules. si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum.

11 *Duc, o parens celsique dominator poli,*
Quocumque placuit: nulla parendi mora est.
Adsum inpiger. Fac nolle, comitabor gemens
Malusque patiar quod pati licuit bono.
Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Sic uiuamus, sic loquamur: paratos nos inueniat atque inpigros fatum. Hic est magnus animus qui se deo tradidit: at contra ille pusillus et degener qui obluctatur et de ordine mundi male existimat et emendare mauult deos quam se. Uale.

EPISTULA V. (108.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Id de quo quaeris ex his est quae scire tantum eo ut scias pertinet. Sed nihilominus, quia pertinet, properas nec uis ex-

Col. = *Non placuerint.* G(m∾) P1. — *boni consules. si displicuerint.* mGτ = *sibi consules.* Grut. verba *Si placuerint* — *Ciceronis exemplum,* quorum initium et finem P4. minio signavit, delenda esse censet. Censor ed. 𝔑u (in Suppll. Diar. Litt. Hal. a. 1806. p. 420.) hunc locum sic constituit: *quos mihi in nostrum sermonem mutare permittatur. Si placuerint, boni consules. si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis, viri disertissimi exemplum.*

immo i n i l l o quod = ex. Francisc. 𝔖. BGe αζηϛκστυφψ Sa ℜ — 𝔈1. — *immo.* τ(s.m.) = *in illo e s t quod.* Rβειλπχ Pall. (omnes?) = *in u l l o quod* om. *immo.* Ex. Scholast. Sc = *in illo e t i a m quod* (idem ex 𝔛 laudat Sw.). 𝔛 = *In h o c e t i a m quod.* 𝔈2. — 𝔐𝔞 = *immo quo* om. *in illo.*

25. *concursant i s* = B. GR 𝔛 𝔈2. — 𝔖 = *concursant e s.* γ(m∾) δζ = *conc r a s santes.* o = *c u r s antes.* ρ ℜ — 𝔈1. = *con v e r s antes.* Rλοπ = *culin a m nostr a m.* R — *tot* ante *ignes.* ℜ — 𝔐𝔞 + *coquos n o s t r o s.* Mss. etiam e Sac et 𝔛𝔖 ∾. Rλχ P3. Col. = *tan t o r u m tumultu.* βοπ (m∾) Pinc. v. l. P2. = *tant o r u m c u l t u.* P1. = *tanto t i multu.* P4. + *tanto tumultuq u e.*

veter a r i a nostra = BsGR ρρ (exc. ϛκρσ) P2. 3. Col. Sa ℜ — 𝔅1. (exc. 𝔈𝔊.). probat Grut., nec im-

horrea: unum putas uideri uentrem cui tot consulum regionumque uina cluduntur? Adspice quot locis uertatur terra, quot milia colonorum arent, fodiant: unum uideri putas uentrem cui
26 et in Sicilia et in Africa seritur? Sani erimus et modica concupiscemus, si unusquisque se numeret, metiatur simul corpus, sciat quam nec multum capere nec diu possit. Nihil tamen aeque tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum quam frequens cogitatio breuis aeui et huius incerti. Quicquid facies respice ad mortem. Uale.

EPISTULA VI. (115.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Nimis anxium esse te circa uerba et conpositionem, mi Lucili, nolo: habeo maiora quae cures. Quaere quid scribas, non quemadmodum. et hoc ipsum non ut scribas, sed ut sentias: ut illa quae senseris magis adplices tibi et uelut signes. Cuiuscumque orationem uideris sollicitam et politam scito ani-
2 mum quoque non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille remissius loquitur et securius: quaecumque dicit plus habent fiduciae quam curae. Nosti conplures iuuenes barba et coma nitidos, de capsula totos: nihil ab illis speraueris forte, nihil so-

probat Sw. Ex. Francisc. Sc 𝔄𝔈𝔖 𝔑𝔲 — 𝔖 = *veterana nostra.* quod commendaverunt Steph. (ad Dalech. Ep. 18.) Gron. G𝔖x P1. 4. m𝔈 1. m𝔈2. = *ventaria nostra.* σ ci. Ermi = *vinaria nostra.* ρ = *horrea et cellaria nostra.* Ex. schol. 𝔄 = *tot climatum regionumque.* η = *vina includuntur.* ζλ = *vina clauduntur.* Ex. schol. 𝔐 — 𝔅1. = *vina conduntur.* Be = *Adspice quod locis* et B mox = *quod milia.* G = *quorum locis.* R — *in* ante *Africa.*

26. RZβ = *Sani erimus, si modicum.* ιλχ 𝔄 = *et modicum.* e = *sed unus quisque.* Matth. ci. = *unum quisque.* 𝔄 = *unus quisque se noverit.* R Sc 𝔄𝔖 + *et metiatur.* Rell. etiam Sa ∾. 𝔄 = *et metiatur corpus suum.*

sciat quam = BGR Π𝔖ικλοπσ Pall. Sac 𝔖. eZαβγδεζηφχψ Col. = *sciat quod.* 𝔄 = *sciat quoniam nec malum capere.* 𝔑 — 𝔅 = *sciat quem.* 𝔈1. — 𝔐a = *sciatque.*

nec diu possit = BGR ρρ (exc. ρ) etiam Sac 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *posse.* ρ = *nec multum potest capere nec diu.* 𝔄 = *Nihil enim aeque.* 𝔑 — 𝔈2. = *Nihil tam aeque.* Rell. etiam Pinc. v. l. ∾. ε = *tibi proficiet.*

Lib. XIX. Ep. 6. (115.)

τ 𝔑 — 𝔅 = *quae cures quam quae scribas. Non quemadm.* 𝔈1. 2. + *quam quae scribas. Quaere quid scribas.* G = *velud signes.* 𝔈1. — 𝔐a = *veluti signes.* R (s∾) — *velut.* 𝔄 + *animum quoque eius.* G = *pugillis occupatum.* mGβγ (m∾) διπσ = *publicis occupatum.* α = *plus illis occupatum.*

2. *de capsula totos* = B cod. Francisc. P1. 4. 𝔑 — 𝔅 𝔐 — 𝔖. G (p.m.) = *de casula totos.* G (s.m.) βεζιλορ P2. = *decapsula-*

lidum. Oratio cultus animi est: si circumtonsa est et fucata et
manufacta, ostendit illum quoque non esse sincerum et habere
aliquid fracti. Non est ornamentum uirile concinnitas. Si no- 3
bis animum boni uiri liceret inspicere, o quam pulchram faciem,
quam sanctam, quam ex magnifico placidoque fulgentem uidere-
mus hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentia-
que lucentibus! Praeter has frugalitas et continentia et tole-
rantia et liberalitas comitasque et (quis credat?) in homine ra-
rum humanitas bonum splendorem illi suum adfunderent. Tunc 4
prouidentia cum elegantia et ex istis magnanimitas eminentissi-
ma quantum, di boni, decoris illi, quantum ponderis grauita-
tisque adderent! quanta esset cum gratia auctoritas! Nemo il-
lam amabilem qui non simul uenerabilem diceret. Si quis uide-
rit hanc faciem altiorem fulgentioremque quam cerni inter huma-
na consueuit: nonne uelut numinis occursu obstupefactus resi-
stat et, ut fas sit uidisse, tacitus precetur? tum euocante ipsa 5

tos. Rγδπ P3. Col. 𝔛 = *descapulatos.* quod laudat I. Scaliger Castigg. in Tibull. l. I. η = *et capsulatos.* 𝔈1. — 𝔊 = *de capsula tortos.* Steph. (ad Dalech. Ep. 17.) ci. = *decapulatos* i. e. ab omni sorde purgatos. Dalech. ci. = *de capsula unctos* vel *lectos.* 𝔐 — 𝔅1. 𝔐a 𝔖 = *oratio vultus animi est* contra mstos etiam Gr. 𝔅 — 𝔊 = *si circumtunsa est.* ε = *si circumfossa est.* RP3. = *si concinnosa est.* P2. = *si contiosa est.*

et habere aliquid fracti = BG (plerique ρρ) P4. Sac 𝔛𝔑 — 𝔐a. P1. cii. Steph. (ad Dalech. Ep. 19.) Matth. 𝔖 = *aliquid facti.* R:(?) χψ P 3. = *aliquid ficti.* βιπτ + *aliquid fracti vel ficti.* P2. Col. + *aliquid fracti aut ficti.*

3. G + *Si enim animum nobis.* G (n.) + *cum fortitudine.* γδζ = *hinc fortitudine.* 𝔛𝔑 = *illinc fortitudo.*

et liberalitas comitasque = BG (lit.) RZΠαβζικλοπρσφχ P2. 3. 4. Col. 𝔛 𝔑u — 𝔖. P1. 𝔑 — 𝔅1. = *et libertas comitasque.* RZδζστ(s.m.) φψ P2. 3. Col. 𝔛 𝔈2. = *quod credas.* α = *quis credit.* R = *rarum bonum humanitas.* G (cr. ∾) Zγδζϑκπρσφ = *humanitatis bonum.* 𝔑 — 𝔈2. + *splendoremque.* στ 𝔑 = *effunderent.*

4. *Tunc providentia cum elegantia* = BGR Gr. 𝔑 — 𝔈1. 𝔖. Pinc. v. l. 𝔈𝔊 = *Tum prov. cum eleg.* 𝔛 = *Tunc provid. et eleg.* 𝔐 — 𝔐a = *Tum prov., tum eleg.* Sanctol. tantum laudat Zβγεϑικλοπρ στχ = *Tunc providentia.* η = *Tum provid., tunc elegantia.* ρ = *Providentia, elegantia, magnanimitas.* υ = *prudentia.* 𝔛 = *quantum esset cum gratia auct.*

illam amabilem = mss. etiam Pinc. Gr. 𝔛 𝔑u — 𝔖. 𝔑 — 𝔅1. = *illum amabilem.* R = *Si quis hanc videat.* βιλτ (s.m.) χ P2. 3. = *Si quis videat hanc.* R = *consueverit.* B (cr. ∾) = *velut nominis occursu.* R = *velut stupefactus subsistat.* η mγ = *obstupescens.* σ = *stupefactus.* λ = *subsistat.* 𝔑 = *resistatur.* ι = *et nefas sit vidisse tacite.*

5. *Tum evocante ipsa* = BGZ βγδηφχ Sac 𝔛 𝔑u — 𝔖. R P3. = *Tunc* ∾. εζϑικλτ P1. = ∾ *ipsam.* P4. = *Cum* ∾. Π = *Tunc evocante ipsam.* σ = *Tum evocatione ipsam.* P2. = *Tamen evocante ipsam.* Col. = *Tamen*

uoltus benignitate productus adoret ac supplicet et diu contemplatus multum exstantem superque mensuram solitorum inter nos adspici elatam oculis mite quiddam, sed nihilominus uiuido igne flagrantibus? tunc deinde illam Uergilii nostri uocem uerens atque adtonitus emittat?

O quam te memorem uirgo? namque haud tibi uoltus
Mortalis nec uox hominem sonat.
Sis felix nostrumque leues quaecumque laborem.

6 Aderit leuabitque, si colere eam uoluerimus. Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis nec auro argentoque suspenso nec in thesauros stipe infusa, sed pia et recta uoluntate. Nemo, inquam, non amore eius arderet, si nobis illam uidere contingeret: nunc enim multa obstrigillant et aciem nostram aut splendore nimio repercutiunt aut obscuro retinent. Sed si, quemadmodum uisus oculorum quibusdam medicamentis acui so-

evocante ipsa. 𝔑 — 𝔅 = *Tum evocantem ipsam.* 𝔈1.2. = *Tamen evocante ipsum.* 𝔈𝔊 = *Tum evocante ipsum.* 𝔐 = *Tum avocante ipsum.* π = *Tum advocante ipsam.* 𝔏 — 𝔅1. = *Tum advocante ipsum.* G = *adoret ac publicet.* 𝔄 = *ac diu:* malim abesse *et* ante *diu.* Rλ + *contemplatus eam.* σmπ 𝔄 = *vultum extantem.*

superque mensuram = B(p.m.) ιυ𝔄. B(s.m.) GR 𝔑 — 𝔖 = *supraque mensuram.* π = *mensuram exolitorum.* ι = *mensuram exsolicitorum.*

mite quiddam = B Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. G = *mitte quiddam.* R = *mitte quidem.* ιλστ = *mitte quoddam.* Ζαβγδεηφψ = *mite quidem* (Sw. hoc falso tribuit 𝔐 et sequentibus edd.). χ𝔐 — 𝔐a = *miti quidem.* ζ = *mitem quodammodo.* B(cr.∾) = *utuido igne.* 𝔈2. — 𝔐a = *vivido igni* contra mstos etiam Sac.

tunc deinde = BRαβειλυχ P2. 3. Sac 𝔄𝔖. GP1. Col. 𝔑 — 𝔐a = *tunc demum.* P4. pro his vocibus habet spatium vacuum quinque fere litterarum inter *illam* et *Vergilii.* B(s∾) = *Vergili.* 𝔄 = *nec tibi vultus.* RZΠαιλφχ P2. 3. Col. 𝔑u — 𝔖 + *sonat. O dea certe.* Ruhk. non vidit, cur Seneca haec omisisset: at cur omisit totum versum *An Phoebi soror* etc., qui apud Virg. (A. I, 329.) sequitur? β + *sonat. O dea terrae.* σ + *sonat. O dea sis felix.* mπ exhibet etiam versum Virgil., quem modo dixi, *An Phoebi soror* etc. BG P1. 4. 𝔄𝔑 — 𝔅1. ∾. GΠ 𝔑 — 𝔗 = *quocumque laborem.* ζι 𝔄 = *quemcumque laborem.*

6. B(p.m.) = *thensauros.* cf. Wagner Orthogr. Vergil. p. 458. G 𝔑 = *in thesauro.* G = *stupe infusa.* P4. = *Neque inquam non.* G𝔑 — 𝔅 — *non* post *inquam.* 𝔈1. — 𝔐 = *Nemo non inquam.*

obstrigillant = ci. Pinc. 𝔈 — 𝔖. BGαβγδϑκρτυ quidam codd. Pinc. P1. = *obstigillant.* 𝔑 — 𝔗 = *obstigilant.* P4. = *obstigallant.* RZζιλχ 𝔄 = *obsugillant.* εηοπσφ alii codd. Pinc. P2. 3. Col. 𝔅 — 𝔈2. = *obsigillant.* probat Turneb. Advv. XXX, 3.

obscuro = 𝔐 — 𝔅1. Mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈2. 𝔑u 𝔐a = *obscure* (saepissime *o* et *e* in mstis commutantur). Pinc. ci. 𝔈𝔊𝔖 = *obscuritate.* 𝔑 — 𝔅1. — *si* ante *quemadmodum* contra mstos etiam Gr.

let et repurgari, sic nos aciem animi liberare inpedimentis uo- 7
luerimus, poterimus perspicere uirtutem etiam obrutam corpore, etiam paupertate obposita, etiam humilitate et infamia obiacentibus. cernemus, inquam, pulchritudinem illam quamuis sordido obtectam. Rursus aeque malitiam et aerumnosi animi ueternum perspiciemus, quamuis multus circa diuitiarum radiantium splendor inpediat et intuentem hinc honorum, illinc magna-
rum potestatium falsa lux uerberet. Tunc intellegere nobis li- 8
cebit quam contemnenda miremur simillimi pueris quibus omne ludicrum in pretio est. Parentibus quippe nec minus fratribus praeferunt paruo aere empta monilia. *Quid ergo inter nos et illos interest*, ut Ariston ait, *nisi quod nos circa tabulas et statuas insanimus carius inepti?* Illos reperti in litore calculi laeues et aliquid habentes uarietatis delectant, nos ingentium
maculae columnarum: siue ex Aegyptiis arenis siue ex Africae 9
solitudinibus aduectae porticum aliquam uel capacem populi coenationem ferunt. Miramur parietes tenui marmore inductos: cum sciamus quale sit quod absconditur, oculis nostris inponimus. Et cum auro tecta perfudimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare. Nec tantum parietibus aut lacunaribus ornamentum tenue prae-

7. B = *repurgariste nos actem animi.*

sic nos aciem = Rβειοπρ meliores libri Swi 𝔄𝔖. υ + *sic si nos aciem.* Gγδζ 𝔑 — 𝔐a + *Sic et nos si aciem.* sR + *si uoluerimus.* o = *uolueris.* G (cr.∾) = *potuerimus.* R = *poterimus prospicere.* 𝔑 = *paupertate apposita.*

etiam humilitate = B P2. 3. 4. Col. Sac 𝔄𝔖. GR 𝔑 — 𝔐a = *et humilitate.* P 2. Col. = *hum. et fama.* χ = *sordidam et abiectam.* βιο (m∾) 𝔄 = *sordidam obiectam.* υ = *sordida obiectam.* πρ = *sordido obiectam.* σ = *sordido obtentam.* βιχ Pinc. ex famil. P2. Col. 𝔈𝔊 = *splendor impendeat.* II 𝔄 = *spl. impendat.* Πιπρσ 𝔅1. — 𝔐a = *hinc bonorum.* Rβιλχ = *hinc magnarum pot.*

potestatium = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *potestatum.*

8. Rιλπ 𝔄 — *nobis* ante *licebit.* BGR (s∾) βγδεζηϑιοπρστυψ Sac 𝔄𝔑 — 𝔅 = *empta mobilia.* Z = *parua erecta monetula.*

Ariston = mss. 𝔑 — 𝔅 𝔈2. — 𝔊 𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *Aristo.* 𝔄 𝔈1. = *Aristoteles.* G(m∾) — *et statuas.* 𝔑 — 𝔗 = *et stabulas.* B (s∾ a rec. m.) = *et statuas inanimus.* ε = *et st. manemus.* P4. = *carnis inepti.* σ P1. 𝔑 = *ineptis.* mβmφ = *carius empti.* R P3. = *carius emptas.*

9. ε = *ex Aegyptiis armis.* Pinc. ci. = *ex Aeg. eremis.* Z = *solitud. adductae.* Zβιτφ 𝔄 + *uel porticum.* ζ + *quae porticum.* G 𝔑 = *porticum aliquem.* Zβγδ (m∾) λοσ quidam codd. Pinc. P1. 3. 𝔄 = *tenui marmore indutos.* Zβο πρψ = *quod absconditum.* R(cr.∾) = *quod absciditur.*

perfudimus = B Sa 𝔑 — 𝔗𝔖. G = *perfodimus.* R Sc 𝔄𝔅 — 𝔐a = *perfundimus.* R(s∾) = *tenue*

tenditur: omnium istorum quos incedere altos uides bracteata
10 felicitas est. Inspice et scies sub ista tenui membrana dignitatis quantum mali iaceat. Haec ipsa res quae tot magistratus, tot iudices detinet, quae et magistratus et iudices facit, pecunia ex quo in honore esse coepit uerus rerum honor cecidit: mercatoresque et uenales inuicem facti quaerimus non quale sit quidque, sed quanti. Ad mercedem pii sumus, ad mercedem inpii et honesta, quamdiu aliqua illis spes inest, sequimur in
11 contrarium transituri, si plus scelera promittent. Admirationem nobis parentes auri argentique fecerunt et teneris infusa cupiditas altius sedit creuitque nobiscum. Deinde totus populus in alia discors in hoc conuenit. hoc suspiciunt, hoc suis optant, hoc dis uelut rerum humanarum maximum, cum grati uideri uolunt, consecrant. Denique eo mores redacti sunt, ut paupertas maledicto probroque sit, contempta diuitibus, inuisa paupe-
12 ribus. Accedunt deinde carmina poetarum quae adfectibus nostris facem subdant, quibus diuitiae uelut unicum uitae decus

protenditur. Ζβιπφ mo = *quos praecedere alios vides.* 𝔄 = *quos incidere alte vides.* Bentl. (ad Horat. Satt. II, 3, 183.) ci. = *quos incedere latos vides.* mo =*palliata felicitas est.*

10. *Inspice et scies* = BGZαγδ εζηϑκοστυφχψ Sac 𝔄𝔐 — 𝔈1. 𝔖. ρ = *Inspice et scias.* Rβιλπ — *et scies.* 𝔈2. — 𝔐a = *Inspice et disces.*

quantum mali iaceat = mss. (exc. εψ P3.) etiam Gr. Sac 𝔑 — 𝔈2. 𝔖. εψ P3. (?) quaedam exx. Pinc. 𝔊 — 𝔐a = *q. m. lateat.* 𝔄 = *q. m. liceat.*

Haec ipsa res quae = BR αγδι λυ Pinc. v. l. P2. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. GP1. 𝔅 — 𝔐 — *quae.* 𝔑 — 𝔅 — *tot iudices — et magistratus.*

quae et mag. et iud. = BRσπρ 𝔄𝔖. G𝔈1. — 𝔐a — *et* ante *mag.* 𝔊 — 𝔐a + *quae ex quo in honore* contra mstos etiam Gr. Ss. GP1. = *Pecunia ex hoc in honore.* B bis scribit *ex quo.*

quale sit quidque = B sG Rαγδε ιχλπυχΠ Pinc. v. l. P 2. 3. 4. Lat. Latin. l. l. 𝔄 𝔊ro — 𝔖. GZηϑστφ P1. Col. 𝔑 — 𝔅 = *quale sit quicquid.* βζψ = *quale sit quicquam.* 𝔈1. — 𝔏4. = *quale sit quid.* R ρρ (exc. ερ) P3. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *ad misericordiam impii.* GP1. 2. 4. Col. = *ad m̃iam impii.* quod non minus esse potest *ad miseriam* quam *ad misericordiam.* ερ = *pro mercede impii.*

et honesta = mss. (exc. ε) etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔈2. (ε) Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔖 — *et.* G(s∞) δ (?) ζ (?) σ P1. 𝔈1. 2. — *aliqua illis.* 𝔑 — 𝔅 = *spes illis* om. *aliqua.* R = *aliqua spẽs* [i. e. *species*] *illis.* δ (?) ζ (?) = *aliqua illi spes.*

scelera promittent = Bσ P2. Sa 𝔖. ιλυφ = *scelerata promittent.* GZγδζηϑκψ P1. 4. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *scelerata promitterent.* α = *scelera promitterent.* R P3. Pinc. v. l. 𝔏 — 𝔐a = *scelera promittant.* 𝔊 — 𝔐 = *scelerata promittant.*

11. 𝔄 = *crevitque nobis* om. *cum.* αο = *hoc suis aptant.* 𝔑 — 𝔅 — *maximum* post *humanarum.* 𝔈1. = *maxime.* χ = *humanarum custodibus.* 𝔄 = *mores reducti sunt.* R = *probo que.* 𝔄 — *sit* post *probroque.*

ornamentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare uidentur di inmortales posse nec habere.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis
Clara micante auro.

Eiusdem currum adspice: 13

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
Curuatura rotae, radiorum argenteus ordo.

Denique quod optimum uideri uolunt *seculum aureum* adpellant. Nec apud Graecos tragicos desunt qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutent.

Sine me uocari pessimum, ut diues uocer. 14
An diues omnes quaerimus, nemo an bonus.
Non quare et unde, quid habeas tantum rogant.
Ubique tanti quisque quantum habuit fuit.
Quid habere nobis turpe sit quaeris? Nihil.
Aut diues opto uiuere aut pauper mori.
Bene moritur qui moritur, dum lucrum facit.

Pecunia ingens generis humani bonum 15
Cui non uoluptas matris aut blandae potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.

12. ℜ = *ornamentumque audantur.* R = *Nec illis nihil melius dare.* Gℜ — 𝔈2. = *Nihil illi.* 𝔄 = *Nihil illic.*

13. R + *radiorumque.*

Graecos tragicos = BκmγεκορυχΠ Sac 𝔄𝔖. Gη𝔖στ (s. m.) ℜ — 𝔈1. = *apud grammaticos.* γδ = *apud grammaticos tragicos.* R 𝔈2. — 𝔐a — *Graecos.* P4. = *lucrum.* GγδζηιυφχΠ P2. Col. ℜ — 𝔈2. = *salute opinionem bonam.* P1. = *salute opinione bonam.* R λP3. = *sive opinionem bonam.* ρ = *salutem opinione bona.*

mutent = BR ιυΠ P3. Sac 𝔄𝔖. GP1. 4. ℜ — 𝔐a = *mutant.*

14. Gron. ci. = *Sino me vocari.* BGZβεζ𝔖κτφψ Pinc. v. l. P1. 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔅𝔈𝔊 + *simul ut dives.* Gεζ = *dives vocet.* γδσ = *ut dives vocetur.* G𝔖τ (s.m.) P1. ℜ — 𝔈2. = *An dives, an bonus nemo omnes quaerimus.* P4. = *omnis quaerimus.* σ = *An dives, an bonus sit omnes quaerimus.* Zαβγδζσπφχψ Pinc. v. l. P3. 𝔄 + *An dives sit.* R + *An dives sit* ∾ *an sit bonus.* P2. + *An dives sit* ∾ *an bonus sit.* Col. = *An dives sit omnis quaerimus, an bonus non.* Erm. (Adagg. I, 3, 87.) ci. = *Nemo an bonus: an dives, omnes quaerimus.* R (s∾) — *Non* ante *quare.* πP2. = *Non quaeritur et unde.* P2. = *tantum rogare.* η = *An dives* ∾ *an pauper mori.*

Bene moritur qui moritur, dum lucrum facit = 𝔖. Mss. (exc. ρρ) etiam Gr. Sac 𝔄ℜ — 𝔈2. = ∾ *quisquis moritur* ∾. ρ = *Bene moritur, dum lucrum facit* rell. om. 𝔐 — 𝔐a = *Bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit.*

15. 𝔅1. — 𝔐a = *aut blanda potest.*

Tam dulce si quid Ueneris in uoltu micat,
Merito illa amores coelitum atque hominum mouet.

Cum hi nouissimi uersus in tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eiciendum et actorem et carmen consurrexit uno inpetu, donec Euripides in medium ipse prosiliuit petens, ut spectarent uiderentque quem admirator auri exitum face-
16 ret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes quas in sua quisque dat. Nulla enim auaritia sine poena est, quamuis satis sit ipsa poenarum. O quantum lacrimarum, quantum laborum exigit! quam misera desideratis, quam misera partis est! Adice cotidianas sollicitudines quae pro modo habendi quemque discruciant. Maiore tormento pecunia possidetur quam quaeritur. Quantum damnis ingemiscunt quae et magna incidunt et uidentur maiora! Denique ut illis fortuna nihil detrahat, quicquid
17 non adquiritur damnum est. At felicem illum homines et diuitem uocant et consequi optant quantum ille possidet. Fateor. Quid ergo? tu ullos esse condicionis peioris existimas quam qui habent et miseriam et inuidiam? Utinam qui diuitias optaturi essent cum diuitibus deliberarent! utinam honores petituri cum

B (s∾) GR ρρ (exc. Zβιλπφχ) Gr. 𝔑 — 𝔈 1. = *venerit in vultu.* Z βιλφχ 𝔄 = *venerit in vultum.* π = *veneat in vultu.* BGRΠϑιxλ τυ 𝔄𝔑 — 𝔈1. = *illa mores coelitum.* P4. = *atque hominum metuit.* Grut. ci. = *atque hominum meret.* P. Leopardus (Emend. III, 2.) ci. = *atque hominum fovet* ex Graeco (᾿Αποσπασμ. p. 90, 1. ed. Dind.) Οὐ ϑαῦμ᾿ ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν. B = *Cum hii novissimi.* RZαεζηιλοπστχψ 𝔄 = *et auctorem et carmen.* B (s∾) = *Eripides.* R — *ipse* ante *prosil.*

prosilivit = BGγδψ. R𝔄𝔑 — 𝔖 = *prosiluit.*

spectarent = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊 (R P3. = *ut viderent spectarentque*). 𝔐𝔑 — 𝔖 = *exspectarent.* quod retinuit Sw., quoniam saepe a librariis *spectare* pro *exspectare* scriberetur: sed potius hoc posuerunt pro illo. cf. Drkb. ad Liv. VI, 33, 1.

16. GR Zαγδζηπσυφψ 𝔑 = *Bellerophontis.* β = *Bellefontis.* ι = *elephantis.* λ = *bella res phontis.* R = *quamvis sit satis ipsa poena sibi.* 𝔑 — 𝔖 + *o quantum laborum* contra mstos et 𝔄. B(p.m.) = *quam misera desiderates.* (De *i* a librariis in *e* mutata cf. Wagner. Orthogr. Vergil. p. 382 sqq.). B(s.m.) Rαβγδεζιλρτφ χψ P2. 3. Col. 𝔄 = *desiderat esse.* GP1. = *quam misero desiderant.* 𝔑 — 𝔅 = *desiderant esse.* η = *quam misere desideratur.* BGR ρρ (exc. ϑϰ) 𝔑 — 𝔅 = *quam miserae [misere] partis est.* 𝔄 = *quam miserae partes eius.* B = *discrutiant.* σ = *discutiant.* G(m∾) η = *discutiunt.* B = *ingemescunt.* 𝔄 — *est* post *damnum.*

17. 𝔄 = *At felicem isti hom.* G(m∾) — *illum.* B (cr. ∾) = *Qui ergo?* Rβ mγειλορτυχ = *tu illos esse cond.* ζ mo = *tu nullos esse.* B(cr. ∾) = *peiores existimas.* 𝔑 — 𝔈 2. verba *utinam — deliberarent* collocant post *ambitiosis:* ordinem restituit Pinc.

optaturi essent = B mG αγδεζ P2. 4. Col. Sa 𝔑 — 𝔈2. 𝔖. Gη = *optant esse.* ψ = *optant cum*

ambitiosis et summum adeptis dignitatis statum! profecto uota mutassent, cum interim illi noua suscipiunt, cum priora damnauerint. Nemo enim est cui felicitas sua, etiam si cursu uenit, satisfaciat. Queruntur et de consiliis et de processibus suis ma- 18
luntque semper quae reliquerunt. Itaque hoc tibi philosophia praestabit quo equidem nihil maius existimo: numquam te poenitebit tui. Ad hanc tam solidam felicitatem quam tempestas nulla concutiat non perducent te apte uerba contexta et oratio fluens leniter. Eant ut uolent, dum animo conpositio sua constet, dum sit magnus et opinionum securus et ob ipsa quae aliis displicent sibi placens, qui profectum suum uita aestimet et tantum scire se iudicet quantum non cupit, quantum non timet. Uale.

EPISTULA VII. (116.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Utrum satius sit modicos habere adfectus an nullos saepe quaesitum est. Nostri illos expellunt: Peripatetici temperant. Ego non uideo quomodo salubris esse aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Noli timere: nihil eorum quae tibi non uis negari eripio. facilem me indulgentemque praebebo rebus ad quas tendis et quas aut necessarias uitae aut utiles aut iucun-

divitibus. sGR Pinc. v. l. P1. 3. 𝔄𝔈 — 𝔐a = *appetituri essent.* B(cr.∾) = *te liberarent.* R(s∾) — *vota.* Rλ = *tamen interim illi.*
nova suscipiunt = P2.4. 𝔐 — 𝔖. GR P1.3. Col. 𝔑 — 𝔊 = *nova suspiciunt.* 𝔄 = *nova surrepant.*
cum priora damnaverint = BGR αγδζϑκλοπτυ Gr. (exc. P2.) Sac 𝔄𝔑 — 𝔈2. ι P2. = *qui priora damnaverint.* βφ = *qui peiora damnaverint.* εσ = *cum priora damnaverunt.* Pinc. ex. famil. 𝔈 — 𝔐a = *qui priora damnaverant.*
18. B = *paenitebit.* cf. Wagner Orthogr. Vergil. p. 463 sq. R(s∾) — *tam* ante *solidam.* G(s∾) ϑκοσ 𝔑 = *apta verba contexta.* ρ = *verba apte composita.* Santenius (ad Terent. Maur. p. 244. m.) ci. = *apte contexta verba.* 𝔄𝔑 = *fluens leviter.* R βζιλπσψ P2. 3. Col. = *Eant ubi volent.* ο = *ubi volunt.* ρ = *Eant verba ut volunt.* B(s∾) = *conpositio suo.* RZβιλοπσφχ P2. 3. 𝔅 — 𝔈2. + *opinionum suarum.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G (cr. ∾) γδ (cr. ∾) 𝔑 = *sibi placent.* Z(m∾) = *sibi placeant.* ηφ (s.m.) = *sibi placeat.* 𝔑 = *perfectum suum.* GR ιλοπτ 𝔄 = *vitam aestimet.* G(s∾) = *et tamen scire se.*

Lib. XIX. Ep. 7. (116.)

Gπ(s∾) = *satis sit.* ε = *satis est.* Z(cr.∾) φ = *sanctius sit.* P4. = *Nostri nos expellunt.* RZ οπφχ P2. 3. = *Non illos Perip. expellunt, sed temperant.* Col. + *sed temperant.* G (m∾) γδζηφ (cr.∾) = *negari cupio.* ψ = *eripiam.* Rζηικλπρσφχ P2. 3. Col. = *praebeo rebus.*

2 das putas: detraham uitium. Nam cum tibi *cupere* interdixero,
uelle permittam, ut eadem illa intrepidus facias, ut certiore
consilio, ut uoluptates ipsas magis sentias. Quidni ad te ma-
gis peruenturae sint, si illis imperabis, quam si seruies? Sed
naturale est, inquis, ut desiderio amici torquear datus lacrimis
tam iuste cadentibus. Naturale est opinionibus hominum tangi
et aduersis contristari: quare mihi non permittas hunc tam ho-
nestum malae opinionis metum? Nullum est uitium sine patroci-
nio. nulli non initium uerecundum est et exorabile: sed ab hoc
3 latius funditur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permise-
ris. Inbecillus est primo omnis adfectus. deinde ipse se con-
citat et uires, dum procedit, parat: excluditur facilius quam
expellitur. Quis negat omnis adfectus a quodam quasi naturali
fluere principio? Curam nobis nostri natura mandauit: sed huic
ubi nimium indulseris, uitium est. Uoluptatem natura necessa-
riis rebus admiscuit, non ut illam peteremus, sed ut ea sine
quibus non possumus uiuere gratiora nobis illius faceret acces-
4 sio: si suo ueniat iure, luxuria est. Ergo intrantibus resista-
mus, quia facilius, ut dixi, non recipiuntur quam exeunt.
Aliquatenus, inquis, dolere, aliquatenus timere permitte. Sed
illud *aliquatenus* longe producitur nec ubi uis accipit finem.

putas = BR αζηικλοπρυφχψ P2. 3. 4. Col. Sac 𝔄𝔖. Gℜ — 𝔐𝔞 = *putes.*

2. οπ = *intrepide facias.*

voluptates ipsas = BRZΠαβ mγ ζιλοπφχψ Sac 𝔄𝔖. Gγ ℜ — 𝔐𝔞 = *vol. illas.* ε = *voluptatibus ipsis magis assentias.*

perventurae sint = mss. etiam Gr. Sac 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐𝔞 = *Quidni?* ∾ *perventurae sunt.* G = *quid si servies.* R Zβζιλπσχ 𝔄 = *servias.* 𝔄 — *est* post *naturale.*

datus lacrimis = BGR ρρ (exc. ζη) Gr. 𝔄ℜ — 𝔊 ℜ𝔲. Lips. ci. 𝔊𝔯𝔬 𝔅1. 𝔐𝔞 𝔖 = *daius lacrimis* (de *i* in *t* mutata cf. ad Ep. 114, 13.). ζη = *datis lacrimis.* e = *date lacrimis.* 𝔐 — 𝔏4. = *da tempus lacrimis.* ℜ — 𝔈2. = *Nullum enim vitium.* τ + *Nullum enim est vitium.* ℭ — 𝔐𝔞 = *Nullum vitium est* contra mstos etiam Pinc. Gr. γζφ = *nulli enim non vitium est.* οπ P2. 3. 4. 𝔄ℜ — 𝔈2. = *nulli non vitium est.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. B = *ut exorabile.*

sed ab hoc latius = BΠγδηχ P1. 4. Sa 𝔖. Gαζρφ = *sed ad hoc latius.* R P2. 3. Col. 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 = *sed ob hoc latius.*

3. G ℜ — 𝔈1. = *ut desinas.*

Inbecillus est = B ικοπυ Pinc. v. l. 𝔄𝔖. Rℭ — 𝔐𝔞 = *Imbecillis est.* G𝔍 = *Imbecillusque primo.* γδζ + *Imbecillusque est.* τ = *Imbecillus quoque* [s *est*]. σ ℜ — 𝔈2. = *Imbecillisque primo.* G — *ipse.* R(s∾) βε 𝔄 — *se.*

omnis adfectus = B. γδψ = *hominis adfectus.* GR 𝔄ℜ — 𝔖 = *omnes adfectus.* G P1. — *nimium* ante *indulseris.* σ = *rebus immiscuit.* G𝔍x = *ut non illam pateremus.* B = *gratia nobis illius.* BG(lit.) P1. 4. — *si* ante *suo veniat.* P4. — *est* post *luxuria.*

4. Rλ P3. = *longius producitur.* P4. = *per longe prod.*

Sapienti non sollicite custodire se tutum est et lacrimas suas et
uoluptates ubi uolet sistet: nobis, quia non est regredi facile,
optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi uidetur Pa-
naetius respondisse adulescentulo cuidam quaerenti: *An sa-* 5
piens amaturus esset? De sapiente, inquit, *uidebimus:
mihi et tibi qui adhuc a sapiente longe absumus non est com-
mittendum, ut incidamus in rem commotam, inpotentem,
alteri emancipatam, uilem sibi. Siue enim nos respicit,
humanitate eius inritamur, siue contempsit, superbia ac-
cendimur. Aeque facilitas amoris quam difficultas nocet:
facilitate capimur, cum difficultate certamus. Itaque con-
scii nobis inbecillitatis nostrae quiescamus. Nec uino infir-
mum animum committamus nec formae nec adulationi nec
ullis rebus blande trahentibus.* Quod Panaetius de amore 6
quaerenti respondit hoc ego de omnibus adfectibus dico. Quan-
tum possumus nos a lubrico recedamus: in sicco quoque parum
fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoi-
cos uoce: *Nimis magna promittitis, nimis dura praecipitis.
Nos homunciones sumus, omnia nobis negare non possumus:
dolebimus, sed parum. concupiscemus, sed temperate.
irascemur, sed placabimur.* Scis quare non possumus ista? 7
quia nos posse non credimus. Immo mehercules aliud est in
re. Uitia nostra quia amamus, defendimus et malumus excu-
sare illa quam excutere. Satis natura homini dedit roboris, si

G(s∾) Zβζη mɔ = *Sapienti vero sollicite.* ρ — *non* post *Sapienti.* G (s∾) = *non est regendi facile.* ρ = *adolescenti cuidam.*

5. B (cr. ∾) = *Am sapiens maturus esset.* B (cr. ∾) = *inquid.* G = *qui adhuc sapientem longe adsumus.* εη = *longe absistimus.* RZβιλπ (s.m.) φχ P 2. 3. Col. 𝔄 + *sive enim in nos.* B = *sive enim non.*

respicit = mss. (exc. ψ) etiam Gr. Sac 𝔄ℜ — 𝔈1. 𝔖. ψ = *respiciat.* 𝔈2. — 𝔐a = *respexit.* B = *humanitatẽ.* 𝔄 = *contempserit.* G (m∾) = *Aeque felicitas erroris.* γδ = *felicitas am.* οσ ℜ = *facilitas erroris.* R Zλ = *conquiescamus.* ηοψ quaedam exx. Pinc. P1. = *Nec vitio infirmum.* ρ = *Nec cui nocituro infirmum.* G(s∾) — *nec* ante *ullis rebus* et = *contrahentibus.*

6. B = *Panaecius.*

de omnibus adfectibus = Bρ ψ Sa 𝔖. GR 𝔄ℜ — 𝔐a — *adfectibus.* RZβιλπρτφχψ 𝔄 = *promittis* ∾ *praecipis.* Gσπ (s∾) ℜ — 𝔈1. — *sed* ante *temperate.*

7. *Scis quare non possumus.* Non variant libri. ζ + *possumus temperare ista.* R = *Immo hercules,* 𝔄 = *mehercule.* ℜ = *et mallimus excusare.* Z + *dedit vim roboris.* R βιλτ (s.m.) P2. 3. Col. + *dedit scilicet vim roboris.* Grut. putat *vim* ortum esse ex *uni*, quod adscripserit quidam intelligens Adamum.

illo utamur, si uires nostras colligamus ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in causa est, non posse praetenditur. Uale.

EPISTULA VIII. (117.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Multum mihi negotii concinnabis et, dum nescis, in magnam me litem ac molestiam inpinges qui mihi tales quaestiunculas ponis in quibus ego nec dissentire a nostris salua gratia nec consentire salua conscientia possum. Quaeris *an uerum sit* quod Stoicis placet *sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse.* Primum exponam quid Stoicis uideatur. deinde tunc dicere sententiam audebo. Placet nostris quod bonum est corpus esse, quia quod bonum est facit, quicquid facit corpus
2 est. Quod bonum est prodest. faciat autem aliquid oportet, ut prosit: si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt: sequitur ut necesse sit illam corporalem quoque dicere. At sapere non putant eiusdem condicionis esse. Incorporale est et accidens alteri, id est sapientiae: itaque nec facit quicquam nec prodest. Quid ergo? inquit, non dicimus, *bonum est sapere?* Dicimus referentes ad id ex quo pendet, id est ad ipsam
3 sapientiam. Aduersus hos quid ab aliis respondeatur audi, antequam ego incipio secedere et in alia parte considere. Isto

σ𝔄 — *certe.* B (cr. ∾) = *si illo mutamur, si utres nostras.* Rπ = *excitemus.* ζ + *utamur vel concitemus.*

Lib. XIX. Ep. 8. (117.)

Gβηϑκσφ = *Multum tibi negotii.* 𝔑 + *Multum mihi tibi neg.* 𝔗 — 𝔐a (exc. 𝔖𝔊) + *Multum mihi tibique neg.* 𝔖𝔊 + *Multum mihi tu neg.* 𝔅 — 𝔏4. = *negotium.* GZγδζφ P1. 4. plerique Pinc. = *continuabis.* ϑκλ(cr. ∾) P3. = *concitabis.* ερ = *negotii dabis.* Rell. etiam Gr. Ss. ∾. R Zβηοπχ 𝔄 = *quaestiunculas imponis.* RZβλ = *sapientiam bonam esse.* 𝔄 — *sapere bonum non esse.* ψ = *Primo exponam.* 𝔄 = *quod Stoicis.*

deinde tunc = mss. (exc. ε) etiam Gr. 𝔑 — ℭ2. 𝔖. Pinc. ex. schol. 𝔄ℭ — 𝔐a — *deinde* et = *tum.* ε = *deinde meam sententiam dicere.* 𝔄 — *est* post *corpus.*

2. R (s∾) — *bonum.* Zαβγδζϑιοτυχ P2. 𝔑 — 𝔅 = *facit autem aliquid.* R mZλφ P3. Col. = *facere autem aliquid.* 𝔄 — *quoque* post *corporalem.*

Quid ergo? inquit = mss. (exc. ηπ Col.) etiam Pinc. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅ℭ 𝔊𝔖. π = *Quid igitur? inquit.* η Col. = *inquis.* ℭ1. — 𝔐a (exc. 𝔖𝔊) = *inquiunt.* Rλ + *nonne dicimus.* ℭ1. 2. = *cum dicimus.* 𝔖𝔊 = *num dicimus.* ιπ P2. quidam Pinc. = *bonum esse.* 𝔑 — ℭ2. — *est.* Rιλπ Pinc. v. l. P2. 3. 4. 𝔄 𝔑u + *sapere: sapere dicimus.*

3. GRZβζηιλπτφχψ 𝔄 = *incipiam secedere.* Gγδη(?)ϑστ mφψ P1. 𝔄𝔑 — ℭ2. = *et in aliam partem considere.* φ = *et in illam partem.*

modo, inquiunt, nec beate uiuere bonum est. Uelint nolint, respondendum est beatam uitam bonum esse, beate uiuere bonum non esse. Etiamnunc nostris illud quoque obponitur: Uultis sapere. ergo expetenda res est sapere. si expetenda res est, bonum est. Coguntur nostri uerba torquere et unam syllabam 4
expetendo interponere quam sermo noster inseri non sinit. Ego illam, si pateris, adiungam. *Expetendum* est, inquiunt, quod bonum est: *expetibile* quod nobis contingit, cum bonum consecuti sumus. non petitur tamquam bonum, sed petito bono accedit. Ego non idem sentio et nostros iudico in hoc descendere, quia iam primo uinculo tenentur et mutare illis formulam non licet. Multum dare solemus praesumptioni omnium homi- 5
num et apud nos ueritatis argumentum est aliquid omnibus uideri: tamquam *deos esse* inter alia hoc colligimus, quod omnibus insita de dis opinio est nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque proiecta, ut non aliquos deos credat. Cum de animarum aeternitate disserimus, non leue momentum apud nos habet consensus hominum aut timentium inferos aut colentium. Utor hac publica persuasione: neminem inuenies 6

𝔄 = *beatam spem bonum esse. bonum esse, beate vivere* = B𝔖. GR 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 + *et beate vivere.* G (m∾) — *si expetenda — bonum est.* BΠαγδηϑϰσχ duo Gr. [P1. 4.] ℜ — 𝔈2. = *bona est.* Rell. etiam Pinc. Gr. 𝔄 ∾.

4. 𝔄 = *Torquentur nostri verba torquere.* B (cr. ∾) = *sullabam.* G(m∾) — *interponere.* quod verbum Stephano (Prood. I, 6.) suspectum fuit. G(cr.∾) γδεζϑπ (cr.∾) υ = *Ergo illam.* ℜ — 𝔅 = *Ergo si illam si pateris.* π = *si pateris iniungam.* γδηεσϙ ℜ — 𝔊 = *Expet. est, inquit.*

expetibile quod nobis contingit, cum = mss. (P4. ρρ [?] = *contigit.* P4. = *quod*) 𝔄ℜ — 𝔊ℜu𝔖. 𝔐 — 𝔅1. 𝔐𝔞 = *adexpetendum quod bono contingit: quod cum bonum* ex ing. Mur. Sw. illud vocabulum προςαιρετόν, quod Mur. a Seneca redditum volebat per *adexpetendum*, nullum esse docet: sed potius *expetibile* respondere Graeco αἱρέσιμον. RZβιλπχ ℜ — 𝔈1. = *bonum secuti sumus.* ϙ = *insecuti sumus.* Ex. Francisc. = *sed petito bonum accedit.*

5. *et apud nos* = BRZαβζιϰλσπχψ P2. 3. 4. Col. Sac 𝔄𝔖. G P1. ℜ — 𝔐𝔞 — *et.* G — *veritatis.* ε = *veritas.* ZΠβιλπϙ 𝔄 = *aliquod omnibus videri.* R(s∾) — *esse* post *deos.* ρ = *deum.*

hoc colligimus = mss. (exc. γδηϑϰλσϙψ) etiam Pinc. P2. Col. Sa 𝔄𝔈𝔊𝔖. ηϑσψ P1. = *hoc colligamus.* probat Grut. γδϙ = *haec colligamus.* mδ Sc ℜ — 𝔈1. = *haec colligimus.* sR λ P3. + *ob hoc colligimus.* ϰP4. = *hoc cogitamus.* 𝔈2. = *hinc colligimus.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *sic colligimus.* o(m∾) π 𝔄 = *de his opinio est.* B (s∾ r.m.) — *de* ante *animarum.* G(s∾) ϑπ ℜ = *aeternitate diximus.* ζ = *aetern. diximus.* RZβδζιλπ (s.m.)χψ P2. 3. Col. = *non leve argumentum.* Παηστ (s.m.)υ ℜ = *habet sensus.* π + *omnium hominum.* G (cr.∾) = *ac colentium.* Zβγδζιλπ sτχψ Pinc. v. l. P2. 3. 4. Col. Sc ℜu 𝔐𝔞 + *aut colentium aethera.* R + *aut colentium aethe-*

qui non putet et sapientiam bonum et sapere bonum. Non faciam quod uicti solent, ut prouocem ad populum: nostris incipiamus armis confligere. Quod accidit alicui utrum extra id cui accidit est an in eo cui accidit? Si in eo est cui accidit, tam corpus est quam illud cui accidit. Nihil enim accidere sine
7 actu potest: quod agit corpus est. Si extra est, posteaquam acciderat, recessit. quod recessit motum habet: quod motum habet corpus est. Speras me dicturum non esse aliud cursum, aliud currere nec aliud calorem, aliud calere nec aliud lucem, aliud lucere. Concedo ista alia esse, sed non sortis alterius. Si ualitudo indifferens est, bene ualere indifferens est. Si for-
8 ma indifferens est, et formosum esse. Si iustitia bonum est, et iustum esse. Si turpitudo malum est, et turpem esse malum est: tam mehercules quam, si lippitudo malum est, et lippire quoque malum est. Hoc ut scias, neutrum esse sine altero

rea [ultimum *e* notatum]. 𝔄 = *aut celestium ethera.* Rell. etiam P1. Sa 𝔑 — 𝔅1. 𝔖 ∾.

6. *et sapientiam bonum et sapere bonum* = BRZγδζηϑλφψ. 𝔖 = *et sap. bonum et bonum sapere.* G — *et sapere bonum.* 𝔄𝔑 — 𝔐a — *bonum* post *sapere.* 𝔑 = *Nunc faciam.* γδηϑοσ 𝔄𝔑 = *provocent.* Gϑσ = *nunc incip.*

incipiamus = BG ρρ Sac 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. R = *incepimus.* sR𝔈2. — 𝔐a = *incipimus.* 𝔄 = *infligere.* G (m∾) γδζϑκφ (m∾) = *an extra id.* σ = *aut extra id.* ο = *utrum ex eo cui.* 𝔄 = *extra id cui acciderit.* G = *tam opus est quam illud.* γδ 𝔑 — 𝔅 = *tam opus est quam illi.* σ𝔈1. = *tam corpus est quam illi.* 𝔈2. = *tam corpus est quam ille.*

sine actu potest = B (fuerat quidem *tactu*, sed prius *t* ab ipso librario, ut videtur, exstinctum est) ακ. GRZΠβπχ 𝔄𝔑 — 𝔖 = *sine tactu potest.*

quod agit corpus est = BG ακ οτ P1. 𝔄𝔑 — 𝔈1. ZΠβυχ + *quod agit corpus corpus est.* Rλρ P1. 3. Col. + *quod tangit corpus corpus est. quod agit* [sRλρ P3. Col. + *corpus*] *corpus est.* ι P2. 4. + *quod tangit corpus* [P4. — *corpus*] *corpus est. Nihil accidere sine tactu potest. quod agit corpus* [P4. — *corpus*] *corpus est.* π + *quod tangit corpus est. Nihil accidere tactu potest. quod agit corpus est.* 𝔈2. — 𝔖 = *quod tangit corpus est. tangit* a librariis factum est, postquam *actu* nescio quo casu abiit in *tactu:* nam illa scriptura (*tangit*) in meorum librorum nullo integra et sola legitur, sed coniuncta est cum altera additis etiam aliis, quod fieri solet in locis corruptis.

7. *posteaquam* = BP2. 𝔄𝔖. G R 𝔑 — 𝔐a = *postquam.* Zηϑκ φψ P1. 4. 𝔑 — 𝔈2. = *accesserat, recessit.* mZ P2. = *acciderit.*

Speras me dicturum = B sG RZ βεζικλπρτ (s.m.) Sa 𝔖. G 𝔑 — 𝔐a = *Speres me d.* 𝔄 + *Speras me nunc dicturum.*

bene valere indifferens est = GR ρρ 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔖. B Sac haec omittunt. 𝔈2. — 𝔐a = *et valere ind. est.* R — *est* post *indifferens.* B(p.m.) = *formonsum esse.* cf. ad Ep. 110, 16. G𝔑 — 𝔐a + *formosum esse indifferens est.* BR ιλυ 𝔄𝔖 ∾.

8. G 𝔑 — 𝔐a + *et iustum esse bonum est.* BRιλυ 𝔄𝔖 ∾. G 𝔄𝔑 = *et turpe esse.*

et lippire quoque = B mGR Z

potest. Qui sapit sapiens est. qui sapiens est sapit. Adeo
non potest dubitari an quale illud sit tale hoc sit, ut quibusdam
utrumque unum uideatur atque idem. Sed illud libenter quae-
sierim: Cum omnia aut mala sint aut bona aut indifferentia, sa-
pere in quo numero sit? Bonum negant esse. malum utique 9
non est: sequitur ut medium sit. Id autem medium atque in-
differens uocamus quod tam malo contingere quam bono possit,
tamquam pecunia, forma, nobilitas. Hoc, ut sapiat, con-
tingere nisi bono non potest: ergo indifferens non est. Atqui
ne malum quidem est quod contingere malo non potest: ergo
bonum est. Quod nisi bonus non habet bonum est. sapere
non nisi bonus habet: ergo bonum est. Accidens est, inquit, 10
sapientiae. Hoc ergo quod uocas sapere utrum facit sapientiam
an patitur? [Siue facit illud siue patitur,] utroque modo cor-
pus est. Nam et quod fit et quod facit corpus est: si corpus
est, bonum est: unum enim illi deerat, quo minus bonum es-
set, quod incorporale erat. Peripateticis placet nihil interesse
inter sapientiam et sapere, cum in utrolibet eorum et alterum
sit. Numquid enim quemquam existimas sapere, nisi qui sa-
pientiam habet? Numquid quemquam qui sapit non putas ha- 11
bere sapientiam? Dialectici ueteres ista distinguunt: ab illis

Παβγδζηιλοπσφχψ𝔛. 𝔖 — *et*. 𝔈1. — 𝔐a — *quoque*. ε = *et lippum esse malum est.* G (m∾) ℜ — 𝔅 — *et lippire q. m. est.* 𝔛 = *Hic ut scias.* G — *ut*.

Qui sapit — qui sapiens = mss. (exc. Gρ P1.) etiam Gr. 𝔛𝔖. ρ + ∾ *et qui sapiens.* G P1. ℜ — 𝔐a = *Quod sapit* ∾ *quod sapiens.* ℜ — 𝔈2. = *an quale istud malum sit* contra mstos etiam Pinc. Gr. G (s∾) ℜ — 𝔗 — *unum* post *utrumque*. π + *unum esse videatur.*

aut mala sint aut bona = BGR 𝔛. ℜ — 𝔖 = *aut bona sint aut mala.*

9. GR ρρ (exc. εψ sφ ∾) 𝔛ℜ — 𝔖 — *ut* post *sequitur.*

contingere possit = B Sa 𝔖. GR 𝔛ℜ — 𝔐a = *potest.* B(s *t*) = *amquam.* G Zζηϑσπφ ℜ — 𝔈1. + *Ergo hoc ut sapiat.* ψ + *Hoc autem ut sapiat.* R (cr. ∾) sG ρρ (exc. Zβφ ∾ et ϑσ) = *Atqui nec malum quidem.* G — *ne.* σ = *Atque malum quidem.* ϑ = *Atque quod malum est.* G = *Quid nisi bonus.* B (cr. ∾) = *bonum.*

10. B (cr. ∾) = *inquid.* π (m∾) = *inquit, sapere.*

[*Sive facit sive patitur*,]. haec uncis inclusi, cum abessent a B: in GR 𝔛ℜ — 𝔖 leguntur. ℜ — 𝔈1. — *Nam et quod fit — corpus est.* σ haec collocat post *bonum est.* Quidam Pinc. 𝔛 — *enim* post *unum.* Alii Pinc. 𝔈𝔊 = *unum ergo deerat illi.* ρ = *unum enim secundum illis deerat.* ℜ — 𝔅 = *quod corporale erat.* υ + *erat quod Peripat.* Π αυ = *quemquam existimes.* G(m∾) — *existimas — Numquid quemquam.* ℜ — 𝔈2. = *nisi quia sapientiam habet.*

11. *qui sapit* = mss. 𝔛. ℜ = *saperit.* 𝔗 — 𝔖 = *sapiat.* R = *distingunt.* ε = *ab illis ducta*

diuisio usque ad Stoicos uenit. Qualis sit haec dicam. Aliud
est ager, aliud agrum habere: quidni? cum habere agrum ad
habentem, non ad agrum pertineat. Sic aliud est sapientia,
aliud sapere. Puto concedes duo esse haec, id quod habetur et
eum qui habet: habetur sapientia. habet qui sapit. Sapientia
est mens perfecta uel ad summum optimumque perducta: ars
12 enim uitae est. Sapere quid est? Non possum dicere mens
perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita
alterum est mens bona, alterum quasi habere mentem bonam.
Sunt, inquit, naturae corporum, tamquam hic homo est, hic
equus: has deinde sequuntur motus animorum enuntiatiui corporum.
Hi habent proprium quiddam et a corporibus seductum:
tamquam uideo Catonem ambulantem. hoc sensus ostendit,
13 animus credidit. Corpus est quod uideo, cui et oculos intendi
et animum. Dico deinde, *Cato ambulat.* Non corpus, inquit,
est quod nunc loquor, sed enuntiatiuum quiddam de corpore
quod alii *effatum* uocant, alii *enuntiatum*, alii *dictum.*
Sic cum dicimus sapientiam, corporale quiddam intellegimus:

sententia usque. G = *Qualis sit, hoc dicam.* Sa = *dicamus.* Gγδζπσφχ ℜ — 𝔊 + *aliud est agrum habere.* GRαγδζϑκλστ (cr. ∾) υ P1. 3. 4. ℜ — 𝔈1. = *concedas.* Z ιφ P2. = *concedere.* Rell. etiam Pinc. ∾. σ P1. = ℜ — 𝔈2. = *habitu sapientiam habet.* P4. = *habitũ sapientiae habet.* R — *vel* ante *ad summum* et = *producta.*

12. οπ(m∾) = *Sapere quidem.* R = *Sapere quid est? non possumus dicere mentem perfectam.* λP3. = *Sapere quidem non possumus dicere mentem perfectam.* ιτ (s.m.) P2. Col. 𝔄 = *Sapere quidem non possum dicere mentem perfectam.* Etiam Zβφχ = *mentem perfectam.* B(cr. ∾) = *enuntiatibi corporum.* B = *Hii habent propriam* [cr. ∾]. R (m∾) = *corporum quiddam.* ϑιxσ 𝔄 = *proprium quoddam.* G = *a corp. seducunt.*

animus credidit = BGZΠαγδηϑκοπστφχ 𝔄𝔖. Rℜ — 𝔐a = *an. credit.*

13. τ = *cui et oculos dedi* [n.] *et animum intendi.* G (lit.) = *et animum dedi et corde et animo inclinuto ambulat.*

non corpus, inquit, est = B (p.m. *inquid*) G(p.m.) Zα mγεηϑιλοπ στ(p.m.) φχψ Pall. Sa ℜ — 𝔈2. 𝔖. R = *non corpus est, inquit.* Quidam codd. Pinc. Sc 𝔄 = *non corpus est quidem.* Col. = *non corpus est quid est quod.* G(s.m.) γτ (s.m.) 𝔈 — 𝔐a = *corpus quidem est.* B = *enuntiavom* (o post in *u* mutatum). G(s∾) Παγδεητ ℜ — 𝔗 = *enuntiatum quiddam.* ϰ = *enuntiatum quoddam.* ι = *enuntiativum quoddam.* Rιλ οπ = *quod alii affectum, alii enuntiatum, alii edictum dicunt.* εP4. 𝔄 = *quod alii affatum.* φχ P2. = *quod alii effectum.* Zβ P3. = *quod alii affectum.* Col. = *quod alii effoetum.* G (m∾) — *alii enuntiatum.*

alii dictum = Sa 𝔖. laudat Sw. Sext. Empir. Pyrrhon. II, 84. λεκτόν. B(si recte legi) GR 𝔄ℜ — 𝔐a = *edictum.*

corporale quiddam = mss. (exc. G) etiam Sac ℜ𝔖. G (cr. ∾) =

cum dicimus *sapit*, de corpore loquimur. Plurimum autem interest utrum *illum* dicas an *de illo*. Putemus in praesentia 14
ista *duo* esse. nondum enim quid mihi uideatur pronuntio: quid prohibet, quo minus *aliud* quidem sit, sed nihilo minus bonum? Dicebas paulo ante aliud esse agrum, aliud habere agrum. Quidni? in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur: illa terra est, hic homo est. At in hoc de quo agitur eiusdem naturae sunt utraque, et qui habet sapientiam et ipsa quae habetur. Praeterea illic aliud est quod habetur, alius qui 15
habet: hic in eodem est et quod habetur et qui habet. Ager iure possidetur, sapientia natura: ille abalienari potest et alteri tradi, haec non discedit a domino. Non est itaque quod conpares inter se dissimilia. Coeperam dicere posse ista *duo* esse et tamen utraque bona: tamquam sapientia et sapiens duo sunt et utrumque bonum esse concedis. Quomodo nihil obstat, quo 16
minus et sapientia bonum sit et habens sapientiam, sic nihil obstat, quo minus et sapientia bonum sit et habere sapientiam, id est sapere. Ego in hoc uolo sapiens esse, ut sapiam. Quid

corporale quidem. 𝔄 = *corporale quoddam.* 𝔗 — 𝔐𝔞 = *incorporale quiddam.* R = *Plurimum enim.*

utrum illum dicas = Βυλλοποτ P2. (Ss.) 𝔄𝔑 — 𝔊. R = *utrum dicas illum.* P3. = *unum dicas illum.* P4. = *inter illum dicas.* GP1. Col. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *utrum dicas illud.*

14. ηϑκοφ (m∾) = *nunc enim quid mihi.* τ𝔑 — 𝔈2. = *non enim quid mihi.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. ΒΠϑοτυ — *sit* post *quo minus aliud quidem.* G(s.m.) R rell. ρρ (exc. αη ∾) et sτ 𝔑 — 𝔈2. = *aliud quidem esse.* G(s∾) — *sed* ante *nihilo minus.* P4. 𝔈𝔊 = *aliud quidem sit nihilominus* om. *sed.* probat Gr. Pinc. ci. = *quominus alia quidem sint, nihilominus.* 𝔄 — *est* post *natura.* B — *qui habet, in alia — illa terra est.* R (m∾) — *in alia quod habetur.* B — *quae habetur* post *et ipsa.*

15. G = *Praeterea hic alius* [cr. ∾] *est.* ι = *Praeterea illuc aliud est.* G = *in re possidetur* om. *Ager.* R ρρ 𝔄 = *Iure possidetur ager.* Gοπσ = *ille alienari potest.* G = *hoc non discedit.* π = *Non est igitur quod.*

tamquam sapientia = mG P2. Col. probant Grut. Sw. B (*et* n.) Z βεζοπφ Pinc. v. l. Sac 𝔄 + *et tamquam sapientia.* Rιλ + *bona sunt. tanquam et sapientia.* 𝔖 + *tamquam et sap.* GΠϑκυ = *bona et sapientia.* P1. = *et sapientia et sapere.* P4. „hic octo decem verba omisit.“ γδ = *utraque bona et habens sapientiam et sapientia.* 𝔑 — 𝔅 = *et sapientia et sapientiam habens duo esse.* 𝔈1. — 𝔊 = *et sapientiam et sapientiam habere duo esse.* 𝔐 = *et sapientiam et sapientem duo esse.* 𝔈 — 𝔐𝔞 — *tamquam.*

16. RZδζλοπτφχψ P3. Col. 𝔄 = *et habere sapientiam, sic.* P2. 4. 𝔑 — 𝔈1. = *et habere sapientiam id est* [P2. 𝔑 — 𝔈1. = *idem*] *sapere* rell. om. 𝔇 P1. = *Nihil obstat ergo minus* om. *sic.* G(s∾) — *sic.* 𝔈2. = *nihil obstat ergo quominus* om. *sic.* ι = *idem est sapere.* ο = *idem sapere.* Π = *Ergo in hoc volo.* R = *Ego volo*

ergo? non est id bonum sine quo nec illud bonum est? Uos certe dicitis sapientiam, si sine usu detur, accipiendam non esse. Quid est usus sapientiae? sapere: hoc est in illa pretio-
17 sissimum quo detracto superuacua fit. Si tormenta mala sunt, torqueri malum est, adeo quidem, ut illa non sint mala, si quod sequitur detraxeris. Sapientia habitus perfectae mentis est, sapere usus perfectae mentis. Quomodo potest usus eius bonum non esse, quae sine usu bonum est? Interrogo te an sapientia expetenda sit? fateris. Interrogo an usus sapientiae expetendus sit? fateris: negas enim te illam recepturum, si uti ea
18 prohibearis. Quod expetendum est bonum est. Sapere sapientiae usus est, quomodo eloquentiae eloqui, quomodo oculorum uidere: ergo sapere sapientiae usus est. Usus autem sapientiae expetendus est: sapere ergo expetendum est. si expetendum est, bonum est. Olim ipse me damno qui illos imitor, dum accuso, et uerba apertae rei inpendo. Cui enim dubium potest esse quin, si aestus malum est, et aestuare malum sit? si algor malum est, malum sit algere? si uita bonum est, et uiuere
19 bonum sit. Omnia ista *circa sapientiam*, non in ipsa sunt: at nobis *in ipsa* commorandum est. Etiam si quid euagari libet, amplos habet illa spatiososque secessus. De deorum natura quaeramus. de siderum alimento, de his tam uariis stellarum

in hoc et sapiens esse. ζη = *Quid ergo? non est illud.* ι = *sine quo illud bonum non est.* η = *nec ullum bonum est.* 𝔄 = *sine quo nec id bonum non est.*

Quid est usus sapientiae = mss. 𝔄𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔖 = *Quis est u. s.* 𝔄 = *hoc in illa* om. *est.* GR = *supervacua sit.*

17. B = *usus perfecta mentis.* R(s∾) = *usus eius bonum esse* om. *non.*

quae sine usu bonum est = Bγδτ (p.m.). αβεη = *quae sine usu bonus est.* GR τ (s. m.) 𝔄𝔑 — 𝔖 + *quae sine usu bonum non est.* B (cr. ∾) = *Interroga te.* βεηϑ = *Interroga te* ∾ *Interroga.* Πλ + *Interrogo te an usus.* β = *fatearis si negas.* RG — *enim* post *negas.* 𝔄 = *te illam excepturum.*

18. *eloqui* = BυSa𝔖. GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *loqui.* G (m∾) — *usus autem sapientiae — si expetendum est, bonum est.* 𝔑 = *Olim me ipso damno.* 𝔗 — 𝔈2. = *me ipsum.* R𝔄 = *quia si aestus.* G (s∾) ο — *et* ante *aestuare.* G = *malum sit agere.*

et vivere bonum sit = BG (s.m.) RZΠαβγεζηϑικλπφχψ P2. 3. 𝔄𝔖. G (p.m.) — *sit.* P1. 4. Col. 𝔑 — 𝔐a = *bonum est.* probat Grut.

19. R (s∾) — *ista* post *Omnia.* ο = *contra sapientiam sunt non ipsa.* Etiam R P2. 3. — *in* ante *ipsa.* 𝔑 — 𝔅 = *circa sapientiam sunt, non in sapientia sunt.* 𝔈1. = *circa sap. sunt et in ipsa sapientia sunt.* π = *at nobis cum ipsa.* Col. = *et iam sine quo evagari.* Zβγδζιλπρχψ P 2. 3. = *etiamsi quo evagari.* 𝔄 = *amplius habet illa.*

de siderum alimento = B (p.m. = *desiderium*) cod. Fran-

discursibus: an ad illarum motus nostra moueantur. an corpo-
ribus omnium animisque illinc inpetus ueniat. an et haec quae
fortuita dicuntur certa lege constricta sint nihilque in hoc mundo
repentinum aut expers ordinis uolutetur. Ista iam a formatione 20
morum recesserunt: sed leuant animum et ad ipsarum quas
tractat rerum magnitudinem adtollunt. Haec uero de quibus
paulo ante dicebam minuunt et deprimunt nec, ut putatis, exa-
cuunt, sed extenuant. Obsecro uos, tam necessariam curam
maioribus melioribusque debitam in re nescio an falsa, certe
inutili terimus? Quid mihi profuturum est scire an aliud sit sa- 21
pientia, aliud sapere? quid mihi profuturum est scire illud bo-
num esse [hoc non esse]? Temere me geram, subibo huius
